lis eſſet fructus ligni: cui tantopere ad/
herere ſtudebant: perſequentes emula/
1.reg.3 tores gratie:⁊ eos a ſuis finibus excludẽ
tes. Quod bene quoqꝫ in hely de ſylo ſi/
gnificatum fuerat:qui non poterat vide/
re lucernam dei anteq̃ꝫ extingueretur:q꞉
nimirum populus ille illuminatus ⁊ ce/
cus:tunc ſe primo gratia eẽ nudatũ ꝑpen
dit:cum perdidit illam quaꝫ habẽs apud
ſe venerari neglexerat. Atqꝫ vtinaꝫ nunc
vel ita confuſi a ligno ipſo diſcederent:vt
vel poſt caſum lignum mortiferuꝫ abhor
rerent:ſed addiderunt malum ſuper ma/
lum abſcõdẽtes ſe in ligno:de quo eis nõ
ſolum edere:ſed etiam cõtingere non lice
bat:diſcedẽtes a cõſpectu altiſſimi ne lo/
cum clementie reperirent. Neſcierunt.n.
cõfeſſionis donum ⁊ penitẽtie gratiam:ꝓ
pterea perierũt. Deſperauerunt deniqꝫ ⁊
abſorti ſunt:frons meretricis facta eſt eis
⁊ noluerunt conuerti. Sic ſolet accidere
inceſtuoſis ⁊ adulteris:qui metuentes ne
in notitiam veniãt dolent ſe quideꝫ com/
miſiſſe reatum:ſed tñ id ipſum qđ in ſe ar
gũunt iterare non deſinunt:q꞉ dominan/
te ſibi peccato:duꝫ amplius iacere q̃ꝫ exur
gere libet abſtinere nõ poſſunt. Quaſi ve
ro ad auram poſt meridiem:vocẽ dñi dei
deambulãtis in paradiſo audierũt:poſtq̃ꝫ
dono gratie priuati ſunt:cum eis paulus
ipſe quem deſpexerant: per cuius ſibi os
xp̃s erat locutus abſqꝫ nomine proprio ve
luti tranſeundo: ⁊ reuera tranſeundo ad
gentes ⁊ ab illis recedendo penitus mi/
ſerabiliter ſcribit:improperãs illis ruinam
⁊ aduerſionẽ eorum dicens. Cum debere
tis eſſe magiſtri ꝓpter tempus:rurſuꝫ in Heb.5
digetis vt vos doceamini que ſunt elemẽ
ta exordij ſermonũ: ⁊ facti eſtis quibus la
cte opus ſit:non ſolido cibo. Et poſt pau
ca. Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illu
minati:guſtauerunt etiam donũ celeſte:⁊
participes facti ſunt ſpũs ſancti: guſtaue/
runt nihilominus bonum dei verbum:
virtuteſqꝫ ſeculi vẽturi ⁊ prolapſi ſunt re
nouari rurſus ad penitentiã:rurſum cru/
cifigentes ſibimetipſis filiũ dei: ⁊ oſtẽtui
habẽtes. Cõſueuerunt.n. folia ficus faciẽ/
tes ſibimet pizomata aſcondentes ſe in li
gno eodem:quod vſqꝫ in hodiernum diẽ
facere iudei nõ deſinũt. Quotiẽſcũqꝫ eos
xp̃ianus aliquis de illoruꝫ carnalitatibus
obiurgat:conſuunt:in q̃ꝫ vſqꝫ ad preſens
verba ꝓphetarum ⁊ legis:palliant ſe ſub
verbo decalogi:dicentes non licere ſibi re
linquere cerimonias patrum ⁊ diſcedere
a lege quam mandauit dominus Moyſi.
Quod autem deus omnipotens ad aurã Gen.3
poſt meridiem deambulaſſe deſcribitur:
cauſam culpe videtur exprimere:qua fer/



uor gratie vertit in tempore ⁊ meridies
iuſtitie ad occaſuꝫ declinat. Aut certe vni
Jo.13. genitus dei filius qui dicit. Qui recipit ſi
quem miſero me recipit:ad auraꝫ poſt me
ridiem deambulare dicitur(hoc eſt)inter
ſextam ⁊ nonam horam:in qua dicam ſo
lis pro peccatis noſtris ſuſtinuit vſtioneꝫ:
q꞉ dum homo per tumorem ſuperbie con
tra deum omnipotentẽ erigitur:ac ſi tem
peries mundi ardore concupiſcentie diſſi
pat. Et quaſi non inueniens vmbram ar/
boris:iuſtuꝫ.ſ.ſub quo caput reclinet:pre/
dicator qui a domino miſſus eſt vehemẽ
ter affligitur:ac per hoc in corde ſuo me/
ditando:huc illucqꝫ deãbulat:recurrens
ad temperiem conſolationis diuine. Et q̃
Lu.10. eſt illa? Siquidem receperint vos requie
ſcet ſuper illos pax veſtra:ſin aũt ad vos
reuertet. Et quideꝫ in gentili populo nõ
defuit arbor bona:ſub qua in nuntijs ſuis
requieſceret dominus:ſꝫ nõ in populo il/
3.re.19. lo:cuius typum gerit Adam. Hinc eſt ꝙ
helyas ſubter vmbram requieuit iunipe
Gen.18 ri:fugiens vtiqꝫ a facie iezabel:apud quaꝫ
requiem non inuenit. Hinc habraam ve/
nientes ad ſe angelos in feruore diei:decli
nare eos ad ſe hũiliter ⁊ ſuppliciter orat:
⁊ requieſcere ſub arbore reuerenter inui/
tat. Iſte ergo qui deſignat gentiles inuita
uit angelos ad quieſcendum ſub arbore:⁊
in angelis ipſum deum:quem adam: qui
iudeorum deſignat populum:inuitare ne
glexit. Recte ergo poſt meridieꝫ: hoc eſt
in feruore diei: deambulare dominus in
paradiſo ad auram poſt meridiem dictus
eſt: q꞉ dum verba eius quem mittit ipſe
non recipit homo ſuperbus:ad diuinam
conſolationem que eſt in amore dei ⁊ ec
cleſie predicator recurrit:vt ardor animi
ſui quem ſterilitas auditoris peperit:tem
perie ſancti ſpiritus qui nouit corda ho/
minum: extinguatur. Quia vero nec
iſtud conſequens amor verus quieſcit:
nec poteſt ſepius leſus a feruoris ſui ri/
gore molleſcere:querit ſaltem miſero in/
dicare ruinam: qui nolens ſibi acquie/
ſcere culmen felicitatis amiſit. Loquitur
ergo dominus Ade:⁊ qui nouit omnia:
vbi ſit peccator inquirit:vel vnde vene/
rit:⁊ quo venerit preuaricator agnoſcat.
Non enim poterat populus ille nõ agno
ſcere nuditatem ſuam:exutus ⁊ elõgatus
a gratia memorans multorum operum q̃
apud illos effecerat ſpiritus ſanctus: ita
vt illi quoqꝫ qui recipere ſacrum baptiſ/
ma noluerunt:confiterentur ac dicerent.
Quid faciemus viris iſtis:quoniam qui
dem ſignum notum factum eſt per eos: Act.4
⁊ non poſſumus negare? Cum ergo defi/
ciente in eis rore quo mandauerat vellus
gedeonis in ſpiritu non potuiſſent: non
agnoſcere detrimentum ſuum:hoc ſoluꝫ
agnoſcere ⁊ ſi potuerunt noluerunt: ꝙ
propter eſum legis mortiferũ:fructu gra
tie qui eſt ligni vite irrecuperabiliter pri
uati ſunt. Et recte dñs nõ ſtare ſed deam/
bulare deſcribitur:q꞉ qui apud iuſtos ad
quos venit manſionẽ ꝑ clementiam facit
a delinquẽtibus ꝑ iudiciũ:⁊ ſi appropin/
quat:recedit. Appropinquat aũt illis: vt
reatus eorũ culpã aperiat:tranſit vero ab
illis:vt quale ſit culpe meritum innote/
ſcat. Si enim ſicut prius cum non pecca
uerant gratum ſibi adeſſe ſentirent: aut
omnino ſe non peccaſſe fingerent:aut ve
nialiter ſe peccaſſe putarent:ac per hoc
licitum ſibi preuaricari crederent: qui
penam criminum non ſentirent. Expul
ſi ſunt ergo Adam ⁊ Eua: de paradiſo
voluptatis. Expulſi ſunt infelices iudei
ab eccleſia ſanctorum: ⁊ ducti ad lacum
miſerie ⁊ lutum fecis:vt ſaltẽ vel hoc mõ
diſcãt nõ blaſphemare. Ecce(inquit)dñs
Adã factus eſt quaſi vnus ex nobis ſciẽs Gen.3.
bonũ ⁊ malũ. Nunc ergo ne forte mittat
manũ ſuam ⁊ ſumat de ligno vite ⁊ come
dat ⁊ viuat in eternum. O vere metuen
da ſentẽtia. Horribile eſt iquit apoſtolus:
incidere in manus dei viuentis. Obceca
inquit dñs ad ꝓphetã:cor populi huius Heb.10
⁊ aures eius aggraua:⁊ oculos eius clau/ Eſa.6.
de ne forte videat oculis ⁊ auribus au/
diat:⁊ corde ſuo intelligat: ⁊ conuerta/
tur ⁊ ſanem eum. Cuius populi? Eius

qui deſignatus eſt in Adam: de quo ⁊ nũc
dr̃. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex
Gen. 3 nobis ſciens bonum ⁊ malum: nunc ergo
videte ne forte mittat manum ſuam: ⁊ ſu
mat etiam de ligno vite ⁊ comedat ⁊ vi/
uat in eternum. Si enim vera eſt ſenten/
Psa. 48. tia pſalmiſte que dicit. Homo cum in ho/
nore eſſet non intellexit: liquet ꝙ priua/
tus honore intelligere cogitur poſt rui/
nam: etiam ſi talis intellectus remunera/
tionem non habeat. Quid eſt autem chri
ſto dicere: ſicut vnus ex nobis: niſi qꝛ vnꝰ
ex mortalibus eſſe voluit vt eſſet vnus ex
dijs creatis qui cum patre ⁊ ſpũ ſancto oĩ
um eſt creator deorum? Qui ſunt autem
dij quorum vnus factus eſt xp̃s: niſi pro/
phete ⁊ apoſtoli ⁊ ſancti omnes quorum
primogenitus ipſe? Quomodo autẽ pri/
mogenitus ipſe: niſi qꝛ priogenitus mor/
tuorum. Quorum autem mortuorũ: niſi
Psa. 81. eorũ de quibus dicitur in pſalmis. Ego
dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi omnes? Sci/
mus autem viris ſanctis ⁊ precipue eccle
ſiarũ doctoribus collata eẽ dona ſpũs ad
vtilitatem: ⁊ quibuſdam qui ⁊ doctores
facti ſunt gratia ſciẽdi ⁊ diſcernendi iter
bonum ⁊ malum ⁊ diſcutiendi iter literã
⁊ ſpũm: inter legem ⁊ gratiã: propter qđ
⁊ legẽ moyſi frequentiſſime legunt quod
tamen illis non expedit qui carnaliter ſa/
piunt: qui litere ſuperficiem ⁊ intellectũ
hyſtoricum proſequuntur: qui ignorãtes
donum dei: putant ſe humano ſtudio ad
ſcientie plenitudinem peruenire: cũ illis
potius cõferatur adeo qui gratie ſtabiliũt
corda ſua: qui placere magis deo per fidẽ
ꝙ̃ ſcire legis literam concupiſcunt. Qui
ergo ſic vtuntur verbis legis: vt ad carna
lem ea transferant intellectũ: bonum eſt
eis dediſcere magis ꝙ̃ adiſcere legem: bo/
num eſt eis ignorare aliquid: ꝙ̃ eſſe ſicut
dij ſcientes bonum ⁊ malum. Et qꝛ popu
lus ille ſuperbus declinando in partem:
ſcientiam ⁊ obſeruationem legis: gratie
preferendo deliquit merito de eo expolia
to a gratia: per increpationẽ dicitur. Ec
Gen. 3. ce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis:

nunc ergo ne forte mittat manum ſuam:
⁊ ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat
in eternum. Qui enĩ ſe alta ſapiendo ad
regnum humilitatis intrare poſſe confi/
dit: potiuſꝙ̃ erat: elongatur ab illo: ⁊ ibi
magis incurrit tenebras: vbi eſſe lucis ſe/
miram ſuſpicatur. Unde ⁊ in eius typo:
thome ad horam incredulo per increpa/
tionem dicitur. Quia vidiſti me Thoma
credidiſti. Beati qui non viderunt ⁊ cre Jo. 20.
diderunt. Queris experimentum? Teſtis
eſt ipſamet iudeorum duritia. Uſqꝫ ⁊ enĩ
in hodiernum diẽ nolunt iudei credere:
vt ſciant: ſed querũt ſcire in lege q̃ de xp̃o
ſcripta ſunt vt credere poſſint: ſꝫ quid di/
cit apoſtolus. Uſqꝫ in hodiernum diẽ id
ipſum velamen in lectione veteris teſta/
menti manet non reuelatum. Sed ⁊ vſqꝫ 2. Co. 3.
in hodiernum diem: cum legitur moyſes
velamen eſt poſitum ſuper cor eorũ. Cũ
aũt conuerſi fuerint ad deum auferet̃ ve/
lamen. Certe audiſti qđ de fide dicat apo
ſtolus. Cũ inquit cõuerſi fuerint ad deũ
auferet̃ velamẽ. Quare? Quia qui nõ cre
dit non intelligit ⁊ qui durus eſt corde
ad credendum: durior efficitur ad intelli
gendum. Si ğ q̃rit̃. Quid ſibi velit vox
illa qua dicitur. Ecce Adam factus eſt q̃ſi
vnus ex nobis ⁊ cetera. Nil ꝓfecto aliud
ꝙ̃ quod ſcriptum eſt per apoſtolum. Sal
uari vtiqꝫ hominem per fidem: ⁊ per eã
peruenire ad notitiam ſcripturaꝝ: priuari
vero dono gratie: qui per legẽ nitit̃ pueni
re ad fidẽ. Accidit enĩ nõnunꝙ̃ qđ ſine
formidine dõm nõ eſt: vt plerunqꝫ mul/
to labore ⁊ legendi ſtudio perueniat quis
ad intellectum fidei: ſed qꝛ deum per icre
dulitatem ⁊ ſuperbiã offendit: vt non cre
deret cum eũ neſciebat: non eſt dignus q
credat cũ ad itellectũ pducit̃. Priuati ſũt
ergo fructu ligni vite qui in ligno ſcien/
tie boni ⁊ mali gloriati ſunt. Quia qui
ſcientie innititur pluſꝙ̃ gratie: ⁊ ſiquidẽ
ſcire multa cõcedit̃: doni tñ gratie partici
patione priuat̃. Quia vero magni prelij
erat tunc: q̃nimo ⁊ tũc ⁊ nunc inter mul
tos a veritatis tramite deuiãtes in callis



rectitudine permanere commode: dei ſer
mo fideles generaliter quidẽ omnes: ſed
ſpecialiter illos ad quos pſeudo apoſtoli
veniebant: querẽtes eos auertẽ a fide que
eſt in ſpiritu ⁊ gratie libertate: ſicut ſepe
accidit in aſia tempore apoſtolorũ: ⁊ eos
vt perſeuerent in dono gratie exhortatur
cum dicit. Uincenti dabo edere de ligno
vite quod eſt in paradiſo dei mei. Tale
eſt enim ac ſi diceretur. Qui gloriantur in
lege Moyſi: in qua non eſt virtus fidei:
ſed occaſio peccati: ſolaqꝫ boni ⁊ mali ſte/
rilis ⁊ infecunda notitia remanebunt ina
nes: qui autem in radice fidei ſolidati ſũt:
adherebunt mihi vt cibati ligno vite vi/
uant ⁊ gaudeant in eternum. Neqꝫ enim
eſt alius fructus ligni vite ꝙ̃ charitas de
corde puro: ⁊ fide non ficta que eſt ſum/
mum ⁊ precipuum in donis ſpiritus ſan/
cti: quam arguuntur amiſiſſe iudei per le
gem Moyſi: greci propter ſuperficiem li
tere ⁊ intellectum hyſtoricum quem ſe/
quuntur: ita vt ⁊ ipſi iudaizare in hac par
te: ⁊ ſentire carnaliter conuincantur. Ex/
pulſi ſunt ergo ⁊ eorum plurimi de ſocie/
tate iuſtorũ quicunqꝫ ſectando literã nau
fragauerunt circa fidem ⁊ inſeruerunt ſe
Gal. 3. deceptionibus multis. Reputati ſunt eni
iter illos quibus dicit apoſtolus. Sic ſtul
ti facti eſtis: vt cum ſpiritu ceperitis: nũc
carne conſumemini. Cui grecorũ lapſui
ſicut ⁊ iudeorum: nomen quoqꝫ epheſi cõ
gruẽter aptatur: que lapſus in lingua no/
ſtra iterpretari dicitur: eo ꝙ nõ eſſent diu
tius in prima ſoliditate manſuri. Qui au
tem ſequentes ſpiritum legi carnis ⁊ lite
re reſtiterunt fructu ligni vite qui eſt cha
ritas xp̃i cibati ſunt quod ſolum confert
vitam eternã apprehendẽtibus eam: ⁊ cõ
ſortium paradiſi conſeruantibus illam.

Explicit de angelo Epheſi.

Incipit de angelo Smyrne.

C. 10 Et angelo ſmyrne eccleſie
ſcribe. Hec dicit primus & no/
uiſſimus qui fuit mortuus &

uiuit.

Per ſingulas ſpecies libri huius ⁊ ſpe
ciales: vt ita dixerim: ſtationes ſubſi
ſtendum eſt pauliſper ⁊ intendũ memo
rie ne aliquid icaute proferatur in ſpecie:
quod diſcordare a generali regula iã ſepe
propoſita videatur. Dicendũ fuit in exor
dio libri: ⁊ ne forte labatur a mentis ocu/
lis iterum atqꝫ iterũ replicandum: ſeptẽ
eẽ ſp̃alia tẽpora in hoc ſacro volumine p̃ſi
gnata: ſeptem nihilominus ordines de q/
bus in preſentiarũ agi cepimus: ptinẽtes
ad ſpũm: quinqꝫ vero alios ptinentes ad
corpus. Qꝛ vero nõ põt nõ eſſe cõcordia
vbi vnio vel vnitas eſt: ita ſibi miro mõ
ordines ipſi ꝯueniũt: vt cũ illi gaudẽt iſti
cõgaudeãt: ⁊ cũ illi patiũt̃: iſti cõpatiant̃.
Primus aũt q̃qꝫ ordinũ apoſtoloꝝ fuit:
ſcđs martyrũ habuitqꝫ primus ſp̃alẽ cõ/
flictũ ꝯtra iudeos ꝓ litera ⁊ ſpũ. Scđs cõ
tra paganos: ꝓ verbo crucis ⁊ idoloꝝ cul
tura: licet cõtra vtroſqꝫ ꝓ vtroqꝫ vterqꝫ.
Sicut aũt primus ordo ducẽtiũ vitã ge/
tã ⁊ ex toto abrenũtiãtium curis mundi:
nõ potuit nõ cõicare tẽptationibus apo/
ſtoloꝝ quas ꝓ litera ⁊ ſpũ: ꝓ circũciſione
⁊ grã paſſi ſunt: ita ⁊ ſcđs ordo a laboribꝰ
martyꝝ expers eẽ nõ potuit. Quãuis. n.
leuitaꝝ ſit ꝓpriũ euãgelizare ieſũ ⁊ ſequi
veſtigia paſſionũ eius: monachoꝝ ſilẽtio
⁊ orationi vacare: nõ idõ tñ vel ipſi exptes
eſſe potuerũt a dolore: q̃n ⁊ ipſi biberẽt ca
licẽ xp̃i: q qdẽ ⁊ ſi raro vocibus moribus
tñ ⁊ habitu indeſinẽter clamabant. Ra/
piebant̃ ergo ⁊ ipſi cũ teſtibus veritatis
ad ſupplicia ducebant̃ ſepe ⁊ ipſi cũ p̃di
catoribus ad examen: ita vt apte petri vi
deret̃ traxiſſe aliquid pars ioãnis: pp qđ
maxime ipſi pariter ⁊ fratri eius dictũ ẽ
a principe martyꝝ. Calicẽ quidem meũ
bibetis. Non enĩ ſicut petrus ⁊ andreas Mat. 20.
aſſumpta cruce ſua ſecuti ſunt dñm: ita e
diuerſo iacobus ⁊ ioannes q̃ filij tonitrui
dicti ſunt: ambo cõiter dormierũt in pace
ſed vnus eoꝝ occubuit gladio: aliꝰ pacto
curſu pacato fine q̃euit. Quare hoc? Qꝛ
cũ vita cõtẽplatiua propria ſit angelorũ:

ſicut actiua filiorum hoīum:nõ eo modo põt aſcribi ipſa alicui ſancto ordini : qũo alicui:vita actiua:quia iſtud quidem ſecũ dum totum:illud ſcòm partem accipien/ dum eſt.Nõ enim ſicut illi ordini qui de/ ſignatus eſt in petro ⁊ andrea datum eſt perfecte in agone contendere:ita ei quem deſignant ſimul iacobus ⁊ ioannes:datuʒ eſt ex toto viuere ſine pugna:vterqꝫ.n.ho minum eſt:vterqꝫ mortalium:ſed datum eſt illi qui robuſtior eſt ad pugnã: portare patienter pondus diei ⁊ eſtus:iſti qui deli catior quieſcere vel ex parte: ac ꝑ hoc:⁊ ſi minus iſti qꝫ illi:⁊ iſti tñ datum eſt paſſio nem ſubire.Quid eſt.n.caliceʒ bibere:niſi amaritudinem paſſionis ſentire?Cui:vʒ: amaritudini:bene cõgruit nomen vrbis: que grece quidem ſmyrna:latine vero in terpretatur myrrha:qꝛ ⁊ myrrha cum ſit amara:carneʒ protegit a putredine:⁊ paſ/ ſionis amaritudo : carnales concupiſcen/ tias extinguit . Hec(inquit)dicit primus ⁊ nouiſſimus qui fuit mortuus ⁊ viuit. Quem.n.oportebat euʒ qui mortuus eſt ad horã:⁊ viuit ineternum:exemplũ pre/ ponere morituris:niſi ſeipſuʒ:aut qd niſi hoc ipſum quod eſt totius patẽtie robur ad gaudia vere vite peruenire per mortẽ? Hec inquit dicit primus ⁊ nouiſſimus q fuit mortuus ⁊ viuit. Dicturus : qui fuit mortuus ⁊ viuit ꝑmiſit dicens.Hec dicit primus ⁊ nouiſſimus. Si enim ipſe pri/ mus eſt ⁊ ipſe nouiſſimus nimirum qꝛ ⁊ vixit ante mortem ⁊ viuit poſt mortem: conſequens eſt vt qui prius viuunt in il/ lo ⁊ moriuntur cum illo:iterum reſurgãt a mortuis:⁊ viuant ſine fine cum illo : qꝛ qui potuit ex virtute eternitatis ſue qua ſemꝑ erat:quod eſt:creare primum homi neʒ de limo terre ⁊ inſpirare in faciẽ eius
Geſ.2. ſpiraculum vite potẽs eſt excitare de pul/ uere corpora filiorum Adam:⁊ reddere il lis in die nouiſſimo animas quas accepit. Non enim qui potuit terram de nihilo: non potuit primuʒ hominem creare niſi de terra:ſed vt crederent mortales poſſi/ bile in nouiſſimo temporum qꝫ non du/ bitant omnipotentem potuiſſe in primo. Si enim voluit ⁊ potuit formare corpus Ade qui fuit pater omnium de limo ter/ re:cur non poſſit eodem modo corpora fi liorum Adam reformare de terra? Eras aliquãdo puluis terre ⁊ eſſe cepiſti quod non eras.Siquidem in Adaʒ omnes fue ramus a principio puluis : ⁊ non poteſt deus reuerſum in puluerem reſtituere in formam primã:vt eſſe incipias ſicut eras? An quia tunc erat verbum dei:per quem facta ſunt iſta modo autem eſſe deſinit ne horum ſimilia operetur ? O ſtulta corda hominum ⁊ tarda ad credendum in om nibus que locuti ſunt prophete . Nonne hec pati oportuit genus humanum pro/ pter malum ſuperbie:⁊ ſic per morteʒ car nis pertingere ad vitam eternaʒ?Uoluit enim omnipotens exercere iudiciuʒ hoc in genere humano nõ vt diſſiparet opus ſuum: ſed vt oſtenderet illi altitudinem magnitudinis ſue:⁊ incuteret ei timoreʒ diſcipline:vt non ſaperet alta ſciens quia potens fuerat ad formandum:non erat i/ potens ad reformandum:non ſoluʒ vt re ſtitueret quod diſſolutum erat : verum etiam vt reſtituens cõmutaret in melius. Ipſe eni primus ⁊ ipſe nouiſſimus . Ipſe primus ad animandum genus humanũ: iterũ ad mortem:ipſe nouiſſimus ad pre/ ſtandam vitam venienti de morte . Pri/ mus ad formanda corpora animalia nouiſ ſimus ad reformanda ⁊ immutanda ea/ dem corpora vt eſſe incipiant ſpiritualia. Immutabit enim non omnia : ſed que
ipſe voluerit.Omnes enim reſurgemus 1.Cor.15 ſed non omnes imutabimur . Non ergo id tantum ſperãdum eſt vt reddat nobis nouiſſimus:quod dederat primus verũ/
etiam vt faciat glorioſuʒ:quod prius erat 1.Cor.15 ignobile:apoſtolo atteſtante qui ait : Se/ minatur corpus animale reſurget corpus ſpirituale:Quod ſi ita eſt:non ſolum fu/ giendum eſt a morte verumetiam modis omnibus ad celerandum ad eam : quate/ nus per mortem temporalem veniamus ad vitam:⁊ ꝑ tẽptationes ad gloriam.Ti



meri poſſe tale commertium vt omnino cunctis mortalibus videretur incertum: ſi non iam viueret in celis ille quem occi derunt iudei:ille de quo ſpiritus ſanctus loquitur in hoc loco ⁊ dicit.Hec dicit pri mus ⁊ nouiſſimus qui fuit mortuus ⁊ vi uit.Nõ.n.poteſt non videri duruʒ:quod de morte deſpicienda iubetur eſſetqꝫ mul to amplius ⁊ ſupra vires : ſi non cunctis optanda mortalibus reſurgendi promiſ/ ſio ſequeretur.Ea propter qui ſe mortuuʒ fuiſſe perhibet : viuum ſe eſſe conſequen/ ter adiungit:vt eos quos metus mortis deterendo deprimeret:ſpes vite cõſolidan do leuaret:quatenus dum merces pugne preſto eſſet bellantibus:ſecuri ⁊ intrepidi onus pugne ſubirent. Si enim tranſito/ rie ſpes ſalutis nonnullos ad tollerandos cruciatus ſolidiores facit : quanto magis ſpes vite eterne roborat animos electo/ rum dei : vt quicquid in momento vite huius voluptuoſum eſſe poteſt deſpiciãt ⁊ pro nihilo reputẽt omne quod eſt ama rum?At pleriqꝫ cum morituros ſe ſciant amputati ſe capitibus pro chriſti nomine velle dicunt:qui tamen duʒ adviuunt pa ti triſte aliquid erubeſcunt:quaſi cõdigne paſſionis huius temporis eſſe queant ad futuram gloriam que reuelabitur in no/ bis:aut quaſi magnum aliquid ſit tranſi/ re de voluptate in voluptatem ⁊ non po
Ro.8. tius tranſire per ignem ⁊ aquam ⁊ ſic peruenire in refugium . Non eniʒ ait do minus qui vult me ſequi : tollat vno die crucem ſuam:ſed tollat crucem ſuaʒ quot
Lu.9. tidie ⁊ ſequatur me.Nec per vnam tan/ tum tribulationem dicit apoſtolus:eun/ dum eſſe ad regnum dei:ſed per multas: nec eſſe coronandũ:niſi qui legittime cer/ tauerit.Unde ⁊ ſubditur.

E.1 ¶ Scio tribulationem tuam & paupertatem tuã:ſed diues es.

¶ Tribulationem preſſure paupertatem temporalis inedie . In vtroqꝫ enim ſan/ cti martyres ſuſtinuere diſpendia : In vtroqꝫ certamen : quia modo vincula ⁊ carceres ⁊ diuerſa in corporibus ſuis per/ tulere tormenta : ſed ⁊ ſtipendijs bono/ rum ſuorum que habere ad vſum quot/ tidianum temporaliter videbantur : ex/ poliati ſunt:vt quaſi hinc ⁊ inde angu/ ſtati:deficerent in tormentis:⁊ dum nul/ lum ſolatium eis ſupereſſe videretur:iuſ/ ſis ſacrilegis:obedirent.Oportebat ergo illos ſcire non ſibi eſſe ſublata temporalia bona:ſed in celeſtium theſaurorum man/ ſiones delata vt eo ſecuritatem acciperẽt de veris opibus ⁊ eternis quo tempora/ les ⁊ mundanas diuitias pro Chriſto ⁊ euangelio contempſerunt . Scio inquit
tribulationem tuam ⁊ paupertatem tuã: Ps.75. ſed diues es.Si diues quomodo pauper? Si pauper quomodo diues ? Sed dor/ mierunt inquit ſomnum ſuum ⁊ nihil
inuenerunt omnes viri diuitiarum ſua/ Ps.53. rum in manibus ſuis.Diuites egerunt ⁊ exurierunt.Non ſic autem pauperes chri
ſti qui omnia pro domino reliquerunt: mat.19 non ſic:ſed omnis ait:qui dereliquerit do mum vel fratres aut ſorores:aut patrem aut matrem : aut vxorem : aut filios aut agros propter nomen meum:centupluʒ accipiet ⁊ vitam eternaʒ poſſidebit.Sed hoc vbi ? Nunquid in terris vbi pauper eſſe voluit Chriſtus ? Certe ⁊ ſi in vita iſta ſequatur equiponderis retributio:cũ videamus nonnullos anguſtatos penu/ rie neceſſitate potiuſqꝫ voluntate confu/ gere ad collegia iuſtorum : vt abundent temporalibus bonis quibus in ſuis do/ mibus egebant : non ideo tamen in hac vita retributio expectanda eſt:aut de ta/ li viciſſitudine gratulandum : ſed magis de eternis illis diuitijs que in celo ſunt: ad quas nos ſuſpirare debere docet apo/
ſtolus cum dicit.Si conſurrexiſtis cum Col.3. Chriſto que ſurſuʒ ſunt querite vbi chri ſtus eſt in dextera dei ſedens que ſurſum ſunt ſapite non que ſuper terram . Sed forte paupertate ſola celeſtes ille diuitie promerentur ⁊ non etiam blaſphemijs ⁊ maledictis quibus ſe affici letabantur apoſtoli quando ibant gaudentes a con/

ciliꝫ qñ digni habiti erāt ꝓ noīe ieſu con
Act.5. tumeliā pati:iā.n.audierāt eundem dñm
docentē ſe ac dicētē. Beati eritis cū male
Ma.5. dixerint vobis hoīes ⁊ ꝑſecuti vos fuerit
⁊ dixerint omne malū aduerſuʒ vos men
tiētes ꝑꝑ me. Gaudete in illa die ⁊ exulta
te:ecce.n.merces veſtra copioſa ē in celo.
Futuꝝ qꝑpe erat vt maledicerēt ſanctis
martyribꝰ iudei ⁊ dicerēt oē malū aduer
ſus eos. Sicut ⁊ in hoc loco ſubiūgitur.

T.12 ¶ Et blaſphemaris ab his q ſe
dicūt iudeos eſſe & nō ſunt:ſed
ſunt ſynagoge ſathane.

¶ Et blaſphemaris inqt ab his q ſe di/
cūt iudeos eē ⁊ non ſunt. Quia iudas de
cuius ſtirpe nati ſūt iudei ſcd̄m carnē:in/
terp̄taē cōfeſſor:falſo q xp̄m negāt iudeo
rū ſibi cognomē aſcribūt cū ſint alienati a
fide:⁊ facti nō eccleſia dei:ſʒ ſynagoga ſa/
thane:aſcribētes ſibi nomē vanū cuiꝰ fru
ctus datus ē cōfeſſoribus xp̄i. Illis qꝑpe
cōgruit nomē iſtud q cōfitenē xp̄m eſſe fi
Mat.21. liū dei:q dicūt illi quottidie in ꝯfeſſione
laudis. Oſanna filio dauid:bn̄dictus q ve
nit in noīe dñi. Quāuis aūt iudeoꝝ duri/
tiā tytus veſpaſiani filiꝰ domuiſſe tradaē:
Lu.12. ad cōplēdā ꝓphetiam ſaluatoris dicētis.
Erūt in ore gladiȷ ⁊ captiui ducenē i oēs
gētes:ad vlciſcēdā:vʒ:mortē ipſiꝰ: q hoc
ipʒ.ſicut poſtea accidit:lōge añ p̄dixit:ni/
hilominus tñ venūdati i ſeruos:blaſphe
mare famulos Chriſti nō ceſſabant inter
gētes dicētes xp̄ianos ſtultos ⁊ fatuos q
adorarēt ⁊ colerēt hoīem crucifixū. Fece/
rūt hoc iudei tp̄e p̄mitiue eccleſie ſicut ex
multis locis oñdiē i lib.actuū apl'oꝝ. Fe/
cerūt hoc tp̄e martyrū de qbꝰ agiē in hoc
loco:nec deſinūt pro poſſe ſuo facere hoc
vſqꝫ ad pn̄s:ꝑſequētes ⁊ occidentes gla/
dio lingue eos quos gladio ferri:iugulare
Jo.18. nō pn̄t. Qui.n.ſemel a principio apuerūt
os blaſphemū i xp̄m dicētes p̄ſidi pilato.
Tolle tolle crucifice eū:dn̄ante ſibi pctō
cuiꝰ facti ſūt ſerui nō potuerūt vltra ceſ/
ſare a maledicto:ſed iterū atqꝫ iteruʒ exa/
cuerūt vt gladiū linguas ſuas ad blaſphe
mādos xp̄ianos ⁊ accuſandos illos in gē
tibꝰ:vt qd̄ initius egerūt mali in capite:
ſuppleret in mēbris. Et hoc qdē illi:xp̄s
aūt ſuos milites munit ſpiritalibꝰ armis:
⁊ vt digni ſint militari gloria:cohortatur
ad pugnam. Nam ſequitur.

¶ Nihil horū timeas que paſ/ T.13
ſurus es.

¶ Siue famē:ſiue ſitiʒ:ſiue frigꝰ:ſiue nu
ditatē:ſiue ēt vīcula ⁊ carceres:aut aliqd
hmōi patiaris:viriliter ē agēdū:qꝛ nō co/
ronaē:niſi q legittīe certauerit qꝛ fidelis
ē pr̄ meꝰ q in celis ē:⁊ nō patieē vos tem Tit.2.
ptari ſupra id qd̄ poteſtis:qꝛ ego vobiſcuʒ 1.Cor.10
ſuʒ oībus diebus vſqꝫ ad ꝯſumationē ſecu
li. Simile ē illud qd̄ ꝓus dixerat in euan Mat.18.
gelio. In mūdo qdē p̄ſſurā hēbitis:ſʒ ꝯfi Jo.16.
dite:qꝛ ego vici mūdū. Quid ē ꝯfidite qꝛ
ego vici mūdū, niſi qꝛ ꝓ nobis vicit eū q
pugnare ⁊ vicere ꝯſueuerat:vt iā nō lice/
at trepidare de pugna:ſʒ magis exultare i
dn̄o:⁊ oīno p̄ſumere de triūpho. Ac ſi ap
tius diceret. Et ſi graue ſatis ē:ꝙ vos pa
tiēter ſuſtinere cōmoneo.fortior eſt tñ qui
pugnat ⁊ triumphat in vobis. Quaʒ ve
ro graue ſit aperiē cum ſubditur.

¶ Ecce miſſurus ē diabolus ali/ T.14
quos ex uobis in carcerem ut tē
ptemini & habebitis tribulatio/
nem diebus decem.

¶ Magnus labor:ſʒ maior glīa. Diutur
na ꝯcertatio quā nūerus h̄ pfectꝰ deſignat Ro.8.
ſʒ nō ſūt ꝯdigne paſſiōes huiꝰ tp̄is ad fu/
turā glīaʒ:q̄ reuelabiē i vobis. Notādū vō
ꝙ nō ait. Miſſurus ē vos diabolus i car/
cerē vt temptemini:ſʒ ex vobis:qꝛ nouit
dn̄s q ſūt apti ad pugnā:⁊ qbꝰ ſit a pugna
parcēdū:nouit qui cū ſenioribus fratribꝰ
diriganē ad cōflictū:⁊ q cum Beniamin
adoleſcētulo ꝯſeruētur in domo. Sic pau
lus:ſic antonius i ſemotis antris deſti cū
aliȷs q̄ʒplurimis qbꝰ pepcit deus:abſcōdi
ti ſūt i abſcōdito faciei dñi a ꝯturbatione
hoīuʒ:⁊ ꝓtecti in tabernaculis heremiā
cōtraditione linguarum. Non.n.oēs viri Ps.30.



perfecti abrenūtiantes ſeculo:traditi ſunt
in poteſtate ſathane:vt temptaret eos pro
velle ſuo:interrogādo ſupplicȷs ⁊ tormē
Job. tis. Sed nōnulli cum ſancto Job:ꝑmiſſi
Dan. ſunt temptari ⁊ affligi:nōnulli cuʒ Danie
le ꝓpheta inter ipſos temptationum tur/
bines ꝑmāſerunt illeſi. Si enim nullus eo
rum ꝯfligeret cum Diabolo:haberet occa
ſionem auctor doli:exprobrare illis de ſan/
cto otio ſuo:q̄ſi nō eſſent auſi preliari cuʒ
eo. Et ſi nullus euaderet manꝰ eius:aſcri/
beret hoc ipſum potentie fortitudinis ſue
q̄ſi intātum eſſet in malitia potēs:vt nul/
lus a facie eius ꝑtrāſiret immunis. Bene
aūt diebus decem, poteſtas Diabolo data
eſſe ꝑhibeē:qꝛ duodecim generationes an
noꝝ peracte ſunt a Chriſto vſqꝫ ad Julia/
num apoſtataʒ:quaꝝ due iam preterierūt:
qñ ſcriptus eſt liber iſte: decem vero: aut
quaſi decem ſubſequute ſunt. Quaſi ergo
decem diebus poteſtas paganoꝝ quorum
princeps erat Diabolus:ꝑſeueraſſe digno
ſcitur:qꝛ in decem generationum curricu
lis:ſceua illa maris quaſſatio conſumatio/
nem accepit. Sequitur.

T.15 ¶ Eſto fidelis uſqꝫ ad mortem
& dabo tibi coronam uitæ.

¶ Quare? Quia qui ꝑſeuerauerit (inqt)
M.10. vſqꝫ in finem:ſaluus erit. Sed qd ſibi vel
le dicimus:ꝙ agēti fideliter vſqꝫ ad mor/
tem ꝓmittitur a domino corona vite:niſi
qꝛ hȷ qui donantur deo cum triumpho pre
cioſe mortis ꝑueniunt ad veraʒ vitam:eo
ſit illis ipſa vita corona glorie:quo vt ſer/
uare illam poſſent in regno:eam in exilio
Joā.12 ꝑdiderunt? Qui amat (inquit) dominus
animam ſuam:perdet eam:⁊ qui odit ani/
mam ſuam in hoc mundo:in vitam eter/
nam cuſtodit eam. Sequitur.

T.16 ¶ Qui habet aures audiēdi:au
diat qd ſpiritus dicat eccleſiis.

¶ Et qd dicit? id qd̄ mō audiuimꝰ: Eſto
fidelis vſqꝫ ad mortē ⁊ dabo tibi coronā vi
te. Audiat hoc q hʒ aures:aures dico non
capitis ſʒ mētis: Audiat ⁊ illud qd̄ ſeqtur.

T.17 ¶ Qui uicerit non ledeē a mor
te ſecunda.

¶ Que eſt mors ſcd̄a? Illa qua cruciatur
aīa poſt mortem carnis:⁊ per quaʒ corpus
⁊ aīa ꝑduntur:eternaliter in gehēna. No
lite (ait dn̄s) timere eos qui occidunt cor
pus:aīam autem nō poſſunt occidere:ſed M.10.
potius eum timete qui pōt aīam ⁊ corpus
ꝑdere in gehēnam. Bonum eſt eniʒ ſubi/
re mortem primam cum triumpho victo
rie.q̄ʒ euadere:⁊ ſi libet:non licet: vt ſcd̄a
mors vitari queat:que ſi libeat:licet:q̄ʒ vi
tare ad horam mortem primam:que vita
ri nō pōt:⁊ ledi a morte ſcd̄a:quam ſi vult
aliqs vitare poteſt. Bonum eſt inq̄ʒ ſper
nere:qd̄ breue eſt ⁊ trāſitorium vite preſen
tis:⁊ ſuſtinere qd̄ momētaneum eſt:⁊ leue
tribulatiōis huiꝰ:q̄ʒ ledi a morte ſcd̄a q̄ ē:
vt infra ſcribiē:ſtagnuʒ ignis in qd̄ demer
gendi ſunt oēs impȷ: ⁊ qui nō inuenienē
ſcripti in libro vite.

¶ Explicit de angelo Smyrne.
¶ Incipit de angelo Pergami.

¶ Et angelo pergami eccleſiæ T.18
ſcribe. Hæc dicit qui habet rō/
pheam ex utraqꝫ parte acutam.

Cum dicat apl's gladiū ſpūs eſſe ver Eph.6
bū dei. Recte loquuturꝰ illi ordini
q h̄ʒ tp̄is ꝓprietatē:cū ordine doctoꝝ cōio
nē hēat:romphee acute meminit xp̄s:q̄te
nus dū radicē ꝟgulta:⁊ fonteʒ ſuū riuuli ꝑ
ꝯductionē agnoſcūt:eo idiſtributa ſibi grā
vnuſqſqꝫ ꝑficiat:quo vñ ſibi manet:ꝓui/
dēter attēdit. Videmus ſepenumero pr̄es
familias ⁊ eos qbus rei familiaris diſpēſa/
tio credita eſt:diuerſa cū diuerſis diſpone/
re:⁊ d̄ hȷs que ꝑtinēt ad ſingulos:ſeorſuʒ
cū eoꝝ ſingulis ⁊ q̄ſi ſigillatiʒ tractare. Sʒ
⁊ hȷ qui gubernacula regnoꝝ ſuſcipiunt
dū placē volūt diuerſis:ſtudēt ꝓ poſſe ſuo
fieri oībꝰ:oīa:⁊ eſſe cō ſinglīs qd̄ ipſi ſunt:
Nō.n.cū militibus de legū iſtitutis diſpu
tant:nec cū p̄hīs de peritia militari: ſed ſi
gillatim cum hȷs ⁊ illis de proprȷs: Sic
ſic vnigenitus dei filius de cuius plenitu Joā.1
dine nos omnes accepiſſe gaudemus:cuʒ
i capitulo precedēti loquereē martyribus

eos ad ſpiritalem militiam ⁊ mortem nõ
verẽdaʒ hortabať dicẽs. Hec dicit primus
⁊ nouiſſimus qui fuit mortuus ⁊ viuit.
Eſto fidelis vſqʒ ad morteʒ ⁊ dabo tibi co
ronã vite. Et qui vicerit nõ ledeť a morte
ſcđa: Nũc vero loquuturus illi ordini cui
doctrine prerogatiua inter ſeptem preſcri
ptos angelos data eſt. in tertio vʒ curſu tẽ
poris: ſicut ſupra diſtinximus in exordio li
Heb.4 bri: mutata ſignificatione loquitur dicẽs.
Hec dicit qui hʒ rompheaʒ ex vtraqʒ par
te acutã. Quare autem hoc doctoribus lo
quturus pretermittit: niſi q: viuus eſt dei
ſermo ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oi gladio
ancipiti ⁊ ptingẽs vſqʒ ad diuiſionem aie
ac ſpiritus: compagum quoqʒ ⁊ medulla/
rum: ⁊ diſcretor cogitationum ⁊ intentio/
num cordis: ⁊ nõ eſt vlla creatura inuiſibi
lis in ↄſpectu eius? Eſt igiť dei ſermo rõ/
phea: nõ ex vna tm̃: ſʒ ex vtraqʒ parte acu
ta: ↄſumẽs ad dexteram ⁊ ſiniſtram.: ſicut
Job.9. ⁊ per beatum Job ſignificãter diciť. Ju/
ſtum ⁊ impium ipſe ↄſumit: Quare iuſtũ
Job.25 ⁊ impium? Q: nemo mũdus a ſorde: nec
infans vnius diei. Nemo qui audeat dice
Pro.20. re peccatum nõ habeo: preter eum qui ſi/
ne peccato natus eſt in mũdo ⁊ iuſtificat
oẽs auferẽs peccata mundi: ⁊ emundans
delicta. Sʒ dicit aliqs. Si xp̃s nos abluit
a peccatis: qđ eſt pro quo affligimur iam
1.cor.1. mundati a culpis? Reſpõdeat pro me ve/
ritas ipſa: reſpõdeat multo amplius ⁊ pro
ſeipſa: vt non iuſtificetur ois caro in ↄſpe
ctu eius: Ego inqt ſum vitis vera ⁊ vos
Joã.15 palmites: ⁊ pater meus agricola eſt. Oẽm
palmitẽ in me nõ ferẽteʒ fructuʒ tollet eũ:
⁊ oẽm qui fert fructum: purgabit eum: vt
fructum plus afferat. Quis eſt autem qui
fert fructuʒ: niſi in quo precedit purgatio.
Unde ⁊ mox ſubdiť. Jam vos mũdi eſtis
pp̄ ſermonem quem loquutus ſuʒ vobis:
Si autem pp̄ ſermonem loti ſunt qui ver
bum accipiunt: liquet q̄ ⁊ ſermo mundat
⁊ mũdãdo ſanctificat: ſiue ad inſtar aque
que ſordes abluit exteriores: ſiue ad inſtar
ferri: qđ arboꝝ ſupflua purgat. Nam ⁊ il/
lud ad rem ptinet qđ ſcriptum eſt. Et gla

dius meus deuorabit carnes. Sed ſi preit
purgatio in palmite vt ferat fructum: ⁊ ſe
quitur: vt fructum plus afferat: liquet q̄
poſt baptiſma multa ſubripiant: a quibus
oportebat purgari hoieʒ aſſidue obnoxiũ
corruptioni: q: ⁊ ſi culpa in baptiſmate ſo
luta eſt: pena tñ culpe in poſteꝝ ſoluenda
relinquiť: qñ ipſa creatura liberabiť a ſer/
uitute corruptionis: vt iam nõ ſimus ſer/
ui ſed liberi: nõ aiales ſed ſpiritales: nõ in
firmi ⁊ inſtabiles: ſed integri ⁊ pfecti. Uis
enim ſcire q̄ dimiſſa culpa: nõ ptinus di/
mittitť pena? Dauid ingemiſcenti ⁊ me/
tuẽti: dicit ꝓpheta: q̄ tranſtulerit dñs pec
catum eius: ⁊ tñ nõ eſſe tranſlatam penã
indicat cum ſubiungit. Uerũtamen quia
blaſphemare feciſti inimicos dñi: pp̄ ver/
bũ hoc: filius qui natus eſt tibi: morte mo
rieť. Sic igiť ⁊ ex hijs que patimur: ⁊ ex
ſentẽtijs veritatis manifeſte colligitur: q̄
ideo nõ ſtatim liberať hõ poſt baptiſma a
pena corruptionis: q: nõ ſtatim plene acci
pit de illa plenitudine quam ꝓmittit veri
tas iamiam baptizatis apoſtolis ⁊ etiaʒ in
die paſce ſpiritus ſancti munere confirma
tis: cum diciť. Uos aũt baptizabimini ſpi/
ritu ſancto nõ poſt multos hos dies: Nec Act.1
ideo fatẽdum eſt plura eſſe baptiſmata: cũ
dicat apoſtolus. Una fides vnum baptiſ/
ma: q: ⁊ ſpiritus ſanctus apoſtolis ter da/ Eph.4
tus eſt: ⁊ ter eodem ſpiritu emũdati ſunt
ipſi: nec tñ tres ſpiritus ſunt: ſed vnus ⁊
idem. Primo deniqʒ acceperũt ſpiritum
ſanctum qñ baptizati fuerũt: Scđo in die
paſche. Tertio in die penthecoſtes. Neqʒ
enim fas eſt credere nõ iam accepiſſe apo/
ſtolos ſpiritum ſanctum qñ dicebať eis a
dño. Si diligitis me: mãdata mea ſeruate:
cum ſine gratia ſpiritus ſancti neminem Jo.14
poſſe diligere certum ſit: ſed tm̃ cum inſuf
flauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpirituʒ ſanctũ:
aut cum completuʒ eſt illud qđ in die aſcẽ
ſionis ꝓmiſit dicẽs. Ego mitto ꝓmiſſum Jo.14
patris mei in vos: vos aũt ſedete in ciuita
te donec induamini virtute ex alto: ſʒ vt Luc.
p ea que corporaliter oſtẽſa ſunt: ſiue cum
idem ſpiritus apparuit ſup baptizatuʒ do



minum in ſpecie columbe: ſiue cum inſuf/
flauit idẽ dñs in facies apoſtoloꝝ: ⁊ dixit
eis. Accipite. ſpiritum ſanctum: ſiue cum
in die penthecoſtes factus eſt repente đ ce
Act.1. lo: tanq̃ʒ aduenientis ſpiritus vehemẽtis:
⁊ apparuerũt apoſtolis diſpartite lingue
tanqʒ ignis: feditqʒ ſupra ſingulos eoꝝ: in
telligeret vnuſqſqʒ fideliuʒ in noie ſancte
trinitatis ſeſe eſſe mundãdum: nec poſſe
ad pfectam emũdationem venire: qui nõ
credit donari ſibi gratiaʒ: nõ a ſolo patre:
⁊ nõ potius a tota pariter trinitate. Quia
vero cum ſcđo augeť gratia: hʒ adhuc ho
Job.9. mo vnde purgeť: ⁊ ſi iam ex parte aliqua
purgatus ſit. Recte per viꝝ ſanctum dici
tur. Juſtum ⁊ impium ipſe ↄſumit: nõ vʒ
illum iuſtum qui penitus mundatus eſt:
Jac.5. qđ vix aut nunqʒ alicui ↄcediť in hac vi/
ta: maxime cum dicat ſanctus Jacobus.
In multis: offendimus oẽs: ſed illuʒ qui
ſic eſt iuſtus: vt ſupſit illi vnde iuſtificetur
Pro.2 adhuc: vt iuſto quoqʒ iuſtior fiat: nec ex ea
parte ↄſumiť iuſtus in qua iuſtus eſt: ſʒ ex
ea in qua minus eſt iuſtus: Quis ⁊ aliter:
ſed tñ ſub eodem ſenſu intelligendum ſit.
Sunt pleriqʒ hoium: qđ ſine gemitu dicẽ
dum nõ eſt: qui ſic impietati ſubditi ſunt:
vt pro lege ſit eis deſiderioꝝ voluptas: le/
tãtibus ait ſcriptura cum maleſecerint ⁊
exultãtibus in rebus peſſimis: ↄtra quos
doctor fidelis dʒ euaginatum habere gla/
dium: ⁊ rectis ictibus ferire eos qui huiuſ
modi ſunt: vt qui ſuas impietates per ſe
ipſos nõ ſentiunt: ſaltem vel coacti ꝑpen/
dant: aut certe ſit illis in teſtimonium ſer
mo dei: vt abũdet in hoc ipſo veritas dei:
⁊ ipſi excuſationem nõ habeãt de peccatis
ſuis. Sunt vero ⁊ nõnulli qui ſe a malis
opibus pro poſſe vigilanter obſeruant: ⁊
q̃ʒtum ſufficit humana fragilitas arceʒ p
fectionis apprehẽdere querunt: ſed tñ cuʒ
vident hoies multis facinoribus implica
tos: eleuati cum phariſeo illo qui ſe iactať
ſe legiť in euãgelio: niſi eis ſubueniat is q
põt: quicqđ ſe pfectionis habere extimãt:
ammittunt: Quia vero ob innatã huiuſce
modi mutabilitatem nature: difficile eſt

operatorem boni carere opto extollẽtie ma
lo: per qđ ſi inſoleſcat: itur in ſcelus confu
ſionis: niſi hunc ab elationis impulſu: aut
acuta verba comprimãt: aut flagella: ſalua
auctoritate dei cui oia poſſibilia ſũt. Quis
eſt qui dicere audeat: quare deus iuſtũ ho
minem flagellãdo ↄſumit: ⁊ nõ potius iu
ſtus eſt dñs in oibus vijs ſuis: ⁊ ſanctus i Ps.144
oibus opibus ſuis? Deniqʒ ⁊ pp̄ hoc duo
bus modis peritus medicus ferro vtitur
inciſionis: aliqñ enim ſecat carnem putri
dam ↄferendo medelam: aliqñ prorumpẽ
tibus ſignis future corruptionis: etiam ſa
ne carnis: venam aperit minuẽdo cruorẽ:
aut certe laborãtes de morbo calculi circa
femur incidit cum nulla ſit in carne putre
do: ne forte occupatum ſomno mortis in/
ſanabilis: eum qui patiť egritudo ſequať.
Quia ergo ↄſumit deus iuſtum ⁊ impiuʒ
flagellãdo vtrũqʒ: non immerito habere
dicitur rumpheam ex vtraqʒ parte acutã:
que alio loco flãmeus gladius atqʒ verſati
lis dicta eſt: vt in eo feriat ex omni parte:
ois qui officium predicationis aſſumit.
¶ Quid enim per cherubin qui plenitu
do ſcientie interpretať: niſi doctor eccleſie:
⁊ qđ per flãmeum gladium atqʒ verſatilẽ:
niſi gladius ſpiritus qđ eſt verbuʒ dei: qui
ſic in manu doctoris datus eſt: vt nullus
niſi per eum ingredi valeat interiorem pa
radiſum vt liceat ei guſtare de ligno vite:
qđ eſt fructus ſpiritus ⁊ gratia Jeſu chri/
ſti niſi forte aliqs de illis ſit qui in Cheru
bin deſignãtur? Qđ ſi abſqʒ eo intrare nõ
ſinitur hõ terrenus: qđ eſſe dicimus do/
ctorem eccleſie niſi portariuʒ paradiſi? Et
qđ verbum dei niſi hoſtium per qđ ſi qs
ingrediť ſaluať: ⁊ paſcua inueniť vite eter
ne: Qđ vʒ verbuʒ recte gladio verſatili: ⁊
qſi ſpe rotũde aſſimilatũ eſt: q: vndiqʒ pec
catorem laniat: vndiqʒ deuorat ⁊ ↄſumit.
Nihil enim relinquiť ab eo intactum in
quo ſinať peccator hõ carnaliter aut mor
taliter viuere dum ↄtra oia vitioꝝ genera
liber ſtat iugiter ad cedendum: ⁊ ↄtra oia
ſcelera ad mactãdum paratum. Ipſum eſt
ergo flãmeus ⁊ verſatilis gladius: ipſum

rompbea ex vtraqꝫ parte acuta incidens
arbores ſteriles ex parte vna : ⁊ ex alia q̄ꝫ
mordacius eas que malum proferunt fru/
ctum:quo iure vti dꝫ doctor eccleſie a dex
tris ⁊ a ſiniſtris:vt in vtroqꝫ veri magiſtri
verus eſſe appareat imitator iudicij. Pro
pterea nãqꝫ angelo pergami:hoc de ſeipſo
dñs loqui:exhorſus eſt : vt tales ſe docto/
Eſa.56 res eccleſie exhibere ſtudeant.qualem no
runt eſſe magiſtrum:vt nõ ſolum:vꝫ illos
arguant:qui ſunt canes muti nõ valentes
latrare:verũetiam illos multo durius in/
crepent qui inter verba catholica que lo/
quuntur:falſa proferunt ⁊ indigna :ꝙ ex
parte qdem vna neglexiſſe arguitur:ordo
iſte qui ex parte altera commẽdatur cum
dicitur.

T.20. ¶ Scio ubi habitas ubi ſedes eſt
Sathanæ & tenes nomen meum
& non negaſti fidem meam.

¶ Qđ autem neglexerit ex alia parte:de
mõſtratur cum ſubdit.Sed habeo aduer/
ſum te pauca:qr habes illic tenẽtes doctri
nam Balaam qui docebat Balac mittere
Job. ſcãdalum coram filijs iſrael edere ⁊ forni/
41. cari.Scriptũ eſt de Diabolo in libro Job:
ꝙ omne ſublime videat:⁊ ꝙ ipſe ſit rex ſu
per vniuerſos filios ſupbie.Quia in re di
ligentius ꝯſiderari opꝫ:ꝙ ſicut chorus hu
milium ſedes xp̄i:ita ſuperboꝝ collegiuꝫ:
ſedes Diaboli dicta eſt. Quia vero iuxta
I.cor.8 vocem Pauli:ſcientia per ſe nõ edificat:
ſed inflat:⁊ ipſe Sathanas emulator ſcien
Ez.28 tie Cherub extentus ⁊ ꝓtegens in ꝓphe
ta vocatur : qui ſunt illi : qui magis pro/
prie ſedes Sathane dicti ſunt:niſi hĳ qui
Mat.23 ſine dono gratie ad magiſterĳ vanitatem
aſpirant:diligentes iuxta vocem dñi:ſalu/
tationes in foro : ⁊ querẽtes vocari ab ho
minibus rabbi:qui etiam duꝫ diſcipuli vi/
deri nolunt:magiſtri erroris fiunt : Talis
erat Scriba ille:qui rogabat dñm dicens.
Magiſter ſequar te quocũqꝫ ieris : qui ẽt
Ma.8 ſm ꝙ ſibi erat expediens:ſentẽtiam proti
nus veritatis audiuit.Vulpes foueas ha/
Luc.9 bent:⁊ volucres celi nidos:filius aũt ho/
minis:nõ hꝫ vbi caput ſuum reclinet.Ve
re enim ſuperbe mentes:nidi Demonum
ſunt:ſedes vꝫ Sathane ⁊ ſatellitum eius:
ſicut corda carnalium:fouee vulpiuꝫ : hoc
eſt alioꝝ immundoꝝ ſpirituum:qui ꝓ eo
ꝙ grauioris nature ſunt reſpectu aliorum:
carnaliũ maxime corda hoiuꝫ exaggerare
noſcunt:adeo vt pleriqꝫ eoꝝ:etiam corpo
rali motu ad vltima ꝑpetrare ferantur:qđ
qualiter accidere queat iuſto dei (ſꝫ occul/
to) iudicio:incertum eſt:niſi ꝙ ex illa po
tentia dei:multa pro peccatis hoium De
monibus ꝑmittentis hoc accidere poſſe
credit : qua boni quoqꝫ angeli aſſumptis
corporibus nõ ſolum apparuiſſe hoibus:
verũetiam ⁊ coram eis ꝯuiuaſſe leguntur:
Vel hoc pro differentia immundoꝝ ſpi/
rituum:quoꝝ alĳ qdem per vulpes : alĳ
per volucres deſignantur:qr ⁊ illoꝝ eſt in
tenebris apud luxurioſos quieſcere:⁊ iſto/
rum apud ſupbos iactãter ⁊ inaniter glo
riari:Qua in re vehemẽtius admirari poſ
ſemus qua diſtrictione iudicij actum fue/
rit:vt ita deus iuſtus ⁊ pius aliquos ſacer
dotes eccleſie : qui veritatem velle ſequi:
ꝓferre ⁊ aſſerere niſi ſunt : tam enormiter
oberrare ꝑmiſerit:niſi certa eſſet cauſa iu/
dicij.qua Scriba ille de quo ⁊ loquimur:
qui ſequi velle dñm videbatur:ab eodem
Joã.6. iuſto dño:qui ait.Euꝫ qui venit ad me nõ
eĳciam foras:iuſto iudicio repulſus eſt:ni
miꝝ qr ſic ſeq volebat vt tumidus:vt ver,
boſus:vt arrogans:vt elatus:neſciens il/
lud qđ ſcriptum eſt. Nõ habitabit in me/ Ps.100
dio domus mee qui facit ſupbiam:qui lo/
quit iniqua:nõ direxit in ꝯſpectu oculoꝝ
meorum. Tales ſunt illi Scribe infra ſan
ctam eccleſiam ꝯſtituti:qui inflari vanita/
te ſeculi ⁊ ſciẽtia mundi:⁊ magiſterium ſi/
bi praui dogmatis arroganter vſurpant:
quoꝝ ſupbe mentes nidi auium ſunt ⁊ ſe/
des ſpirituum malignoꝝ:ſapientes in ocu
lis ſuis:⁊ coram ſemetipſis prudẽtes. De
quoꝝ numero fuerunt Arrius:Eunomi/
us:Macedonius.⁊ fautores eoꝝ : qui ne/
ſcientes regem humilium:facti ſunt ſedes
Sathane : ⁊ ignorantes auctorem lucis:



adheſerunt principi tenebraꝝ:in quorum
tpe fuerũt doctores eximĳ Hylarius:Hie/
ronymus:Ambroſius:Auguſtinus : ⁊ alĳ
multi orthodoxe cõionem fidei inconcuſ
ſe ſeruantes:quibus in perſona angeli per
gami:id quod ſupraſcriptũ eſt.Ad eorum
cõmendationem ⁊ laudem : a doctorum
principe:dictuꝫ eſt.Scio vbi habitas vbi
ſedes eſt ſathane ⁊ tenes nomen meum:⁊
non negaſti fidem meam.Sequitur.

T.21 ¶ Et in diebus illis antiphas te
ſtis meus fidelis:q occiſus ẽ apđ
uos ubi Sathanas habitat.

¶ Iſte antiphas martyr aliqs eẽ credit:
qui apud vrbem pergami:aut prope vrbẽ
peregerit curſuꝫ ſuuꝫ:de quo ⁊ ſi nihil ad
lram certum legimus:in eo tñ illi marty
res ſignificati ſunt:qui a tyrãnis arrianis
pro fide catholica occiſi ſũt:⁊ diuerſis ſup
plicioꝝ generibus:pro gloria indiuidue
trinitatis affecti.Quod tñ miro modo re
funditur in laudeꝫ doctorum:qui tenere
nomen chriſti in die tanti certaminis po/
tuerunt:non territi minis iudicũ:nõ mi
narum experimẽto cõcuſſi:eligentes ma/
gis agi ſupplicĳs:q̄ꝫ nomen redemptoris
ſui annullari pferre. Unde bene quoqꝫ ꝑ/
gamus:diuidẽs cornua eoꝝ:in noſtra lin/
gua interpretat:vt quãta fuerit in doctori/
bus xp̄i in diuidẽdis cornibus ab hereti/
coꝝ prudẽtia:intimato vrbis noie:innote
ſceret:nõ tam vt ipſi penas euaderent:q̄ꝫ
vt fides oipotentis dei permaneret illeſa.
Ut enim pretermittam cetera:que ducere
ad memoriaꝫ lõgum eſt:quaſi tria cornua
diſſonãtia ſibi : hereſis arriana ꝓduxerat:
quoꝝ diſſenſione actum eſt : vt Doctores
xp̄i poſſent ad illa diuidẽtes eccleſias ma/
lignãtium ⁊ fruſtrãtes ꝯcilium vanitatis.
Nõ enim Macedonius per oia concors
erat:eunomio:nec ipſi cuꝫ arrio ſentiebãt:
qui tñ vt ⁊ ipſi erraret:⁊ ſuas hereſes pñci
paliter ꝯderent:occaſionem ab arrio acce/
perunt. Erant ergo hec tria vnius beſtie
cornua:ſed tñ diſſimilia ⁊ diſſidentia ſibi.
Verũtamen vt iudeoꝝ tempore phariſei
⁊ Saducei ſibi in alterutrum hoſtes erãt:
⁊ tñ in ꝑſequendo xp̄m ꝯſpiraſſe legunt:
ita ⁊ iſti non coherebant ſibi:ſed tñ ad ſub
uertẽdam orthodoxaꝫ fidem:ꝯſilium ſibi
adinuicẽ ⁊ doli auxilium exhibebãt.Sed
⁊ ſicut Paulus doctor egregius eorũdem
phariſeoꝝ ⁊ Saduceoꝝ:cornua ſapienter
diuidẽs:per ſciſſuram euaſit:ita ⁊ iſti:quã
uis:pro eo ꝙ ibi ſignum:hic ſigni cã com
pleta eſt:ꝙ taliter phariſeoꝝ ⁊ Saduceo/
rum diuiſit cornua Paulus:ſpecialiter di
xerim accipiendum:vt vꝫ arrianos inde:
hic ſabellianos ſtatuamus hereticos:quo
rum primi:vnitatem quãdam:quam ipſi
ſibi finxerãt de cordibus ſuis : ſeruare ꝑti/
naciter niſi ſunt negãtes trinitatis in dei/
tate ꝑſonas:alteri ſic verbum dei ⁊ ſpiritũ
ſanctum eſſe vnum deuꝫ cum patre nega/
uerunt:vt tñ eos eſſe magnum aliqd ⁊ ſu
pra cõmune genus hoium : aut naturam
angelicam nõ negarent.Deniqꝫ ſaducei ꝓ
phetas reſpuunt:reſurrectionem negant:
angelum ⁊ ſpiritum diffitentur.Phariſei
ecõtrario:ꝓphetas legunt : ſed ꝓphetam
illum magnum quem ꝓmiſerat dñs per
Moyſen:eſſe regem glorie non ꝯcedunt.
Eſſe etiam celeſtes ſpiritus viua voce pro
nuntiant:ſed ſpiritum oipotentis Dei:de
quo in diuina pagina frequens mẽtio eſt:
eſſe deum ⁊ dñm:non agnoſcunt:Predi/
cant mortuos ſuos oportere reſurgere:ſed
tñ teſtes veritatis:qui dicunt auctoreꝫ vi/
te reſurrexiſſe a mortuis:ac ſi falſa dixerit:
vehemẽter impugnant. Quaſi ergo vnaꝫ
ꝑſonam predicabant Saducei qui non re
cipiendo ꝓphetam aut ſpiritum:negabãt
dei filium ⁊ ſpiritum ſanctum:in quorum
deteſtandam ꝑfidiam inciderunt heretici
Sabelliani : ⁊ quaſi tres ꝑſonas diuiſas ⁊
inequales annunciabant phariſei:qui eſſe
qdem ꝓphetas ⁊ ſpiritus catholice ſentie
bãt:ſed tñ eſſe eum qui eſt vere propheta:
aut ſpiritum ſanctum equalem deo:quaſi
precurrẽdo arrianos negabant.Quaſi er/
go duo cornua Doctores catholici diuiſe/
runt:cum incedẽtes inter arrium ⁊ ſabel/
lium:inde ſcylle diſcrimen:inde caribdis

baratrum deuitaſſe noſcuntur:tenẽtes de
ſabellio:ſed nõ ſicut ſabellius:ꝙ vnum di
xit:de Arrio:nõ vt arrius:ꝙ trinum:vitã
tes ſabellium:in quo negat pſonas:arriuȝ
in quo ſciſſuras ⁊ diſſimilitudinem predi
cat. Sed qꝛ nõ omnis qui paſcit oues:pa/
ſtoꝛ eſt ouium:nec ois qui vinee colonus:
poſſeſſoꝛ:ſeqtur increpatio dura:ꝓpter il/
los:⁊ ꝯtra illos:qui mercennarij ſunt:vel
qꝛ minus q̃ȝ opoꝛtet:coꝛrigunt malos:vel
qꝛ ipſi tales ſunt qui increpari durius me/
reantur. Nam ſubditur.

E.22 ¶ Sed habeo aduerſum te pau/
ca: quoniam habes illic tenẽtes
doctrinam Balaam qui docebat
Balac mittere ſcandalum corã fi
liis iſrael:edere & fornicari: ita
habes & tu tenentes docttinam
nicolaitarum.

¶ Duo ſunt erroꝝ genera que frequen/
tius anguſtãt eccleſiam: vnum in doctri/
na fidei:alteꝝ in cuſtodia moꝝ. Hoꝝ vnũ
qꝺ ꝯtra fidem eſt:nulla neceſſitatis occa/
ſione:tollerant viri ſancti:qꝛ nec opȝ:alte/
rum ſepe ſuſtinent:ſepe poꝛtãt: ⁊ vtinam
patiẽtia iuſtum nõ excederet modum. Et
ſup illis quidem qui exciderunt a fide ⁊ a
coꝛpoꝛe eccleſie alienati ſunt:nõ eſt in quo
poſſint argui doctoꝛes catholici:ſi poſt pꝛi
mam ⁊ ſcꝺam admonitionem ad ſinũ ma
tris eccleſie:de quo ꝓlapſi ſunt:redire poſ
ſent:nolunt:ſȝ differunt de die in dieȝ:ad
fidei veritatem ꝯuerti:qꝛ ſcriptum eſt. Fu
Ps.57. roꝛ illis ſm ſimilitudinem ſerpentis:ſicut
aſpidis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas: Et
Ti.3. apoſtolus. Hereticum hoiem poſt vnam
⁊ ſcꝺam coꝛreptionem: de vita: ſciens qꝛ
ſubuerſus eſt:qui eiuſmodi eſt ⁊ delinqt:
ꝓpꝛio iudicio ꝯdẽnatus. Non igiꝛ de hu/
iuſmodi hereticis arguiꝛ angelus pgami
habere aliquos in eccleſia ſua tenentes do/
Ti.1. ctrinam Balaam:ſed de eis qui recte cre/
dunt:ſed prauis opibus fidem rectam im
pugnant:iuxta illud qꝺ ſcriptum eſt. Cõ/
fitẽtur ſe noſce deuȝ:factis aũt negãt: Ba/
laã nãqȝ dẽ deo vera ⁊ catholica pꝛedicãs:
nõ rectẽ coꝛaȝ deo:auaritia depꝛauatus in
ceſſit:docuit.n. Balac:vt ſcribit in hoc lo
co Joãnes:mittere ſcãdaluȝ corã filijs iſra
el:edere illicita:⁊ foꝛnicari. Et hoc q̃re:qꝛ
Balac cõpulit eum:imo qꝛ cupiditas ob
cecauit. Sciebat enim reatuȝ ſuum:nec ſe
palliatione aliqua excuſare valebat:⁊ ideo
(vt inuitus:ſed volens) ad docẽdum faci
nus:pductus eſt. Sicſic doctoꝛes auari: ⁊
qui cupiunt diuites fieri:incidũt in rethe
diaboli:vt veritateȝ quã ſeruãdã iudicãt:
auaritia ſupati:dimittãt:⁊ qꝺ (teſte ꝯſcien
tia) pauloante tenẽdum dicũt:oppꝛeſſi cu
piditatis mole:ſine moꝛa puertãt. Simili
ter ⁊ Nicolaus in numero miniſtroꝝ ele/
ctus:prauam moꝝ ꝯſuetudineȝ induxiſſe
diꝛ:exponẽs (vt iam diximus) vxoꝛeȝ ſuaȝ
volẽtibus introire ad illam. Quãuis non
hoc Lucas in libꝛo actuum apoſtoloꝝ re/
ferat:nec aliqs eoꝝ qui canonicam ſcriptu
ram tunc tpis edidiſſe noſcunꝛ:ſȝ ſola rela
tione veteꝝ traditũ a maioꝛibus ſit:⁊ foꝛ/
te occaſiõe huius loci:in quo doctrina ni/
colaitaꝝ:doctrine Balaaȝ ſimilis eſſe phi
beꝛ. Qꝛ vero tertium tp̃s eccleſie:nicolai/
tas hereticos habuiſſe nõ legiꝛ:pꝛeſertim
cum eadem res:potius alteram:q̃ȝ ſeipſaȝ
ſignificet:nõ pꝛo ipſis nicolaitis hereticis
in hoc loco accipiẽdi ſunt nicolaite:ſȝ pꝛo
eis qui manẽtes adhuc in fide:docere ne/
faria auſi ſunt:ſiue vltra q̃ȝ expedit magni
ficãdo miſericoꝛdiã:⁊ attenuãdo iudiciũ:
ſiue diſſimulando ⁊ pꝛo nihilo reputãdo
vtrũqȝ:qꝺ carnalia coꝛda hoiuȝ ſepe finge
re:certum eſt:quoꝝ ꝯfuſam multitudinẽ:
viri ſancti eradicare metuũt:ne deterioꝛa
ꝯtingãt:⁊ ne foꝛte reſpiciat illos miſicoꝛs
deus:⁊ abſoluat a laqueis diaboli quo ca/
ptiui teneñ. Quis enim neſciat q̃ȝ vagos
⁊ inoꝛdinatos motus parturiat mens car
nalis:etiã ſi docta ſit:⁊ liberalibus artibus
ſufficiẽter ibuta? Querit.n. ſcire aliqd ad
defenſioneȝ facinoꝛis. Querit vt excuſare
poſſit quo carere nõ vult:⁊ cũ iuenire ne
qt'qꝺ cupit aut ſpe:aut deſpatiõe delinqt.
Vñ ⁊ Balaã recta ſciẽs: ſȝ iniq̃ ptractãs:



vt ſe pꝛudẽter peccare doceat:ex upens in
Nu.24 lachꝛymis ſemetipȝ accuſat. Dixit (inqt)
hõ cuius obturatus eſt oculus:dixit audi
toꝛ ſmonũ dei:qui viſionẽ oipotẽtis:itui
tus eſt:q cadit:⁊ ſic apiunꝛ oculi eius. Et
paulopoſt. Dixit auditoꝛ ſmonũ dei. Qui
nouit doctrinã altiſſimi:⁊ viſiones oipotẽ
tis videt:q cadens aptos hȝ oculos. Tale
eſt eniȝ ac ſi diceret. Nõ ego ſicut plurimi
hereticoꝝ a via rectitudinis:ignoꝛãs de/
uio:ſȝ ſciẽs ⁊ pꝛudẽs in ignẽ mitto manũ.
Nõ eniȝ qꝛ praue ſentio: veritatẽ deſero:
ſȝ qꝛ praua mihi ieſt volũtas:libẽs iter lu/
minis derelinquo. Inde ẽ ꝙ doctrĩa Ba/
laã:quã i apto loquutus ẽ:i cathalago ſcri
pturaꝝ accepta eſt:nimiꝝ qꝛ catholica ⁊ fi
delis. Illa vͦo q̃ hic arguiꝛ:occulta fuit: ⁊
nõ eſt v̾bis manifeſtis expſſa:qꝛ vȝ q eiuſ/
modi ſũt:occulte magis q̃ȝ manifeſte:dog
matizãt ꝯtraria: nõ tã vt vͣa eſſe credãt q̃
docẽt:q̃ȝ vt ſuis illecebꝛis ſatiſfaciãt. Seqꝛ.

E.23 ¶ Similiter penitẽtiã age:ſi quo
minus:ueniã tibi cito: & pugna/
bo cum illis in gladio oris mei.

¶ Siĩr dictũ eſt pp illud qꝺ angelo ephe
ſi de verbo pñie dictũ fuerat. Sȝ ꝙ nõ ait
agãt:ſȝ age:ſi quo minus veniã tibi cito:⁊
pugnabo cũ illis:magnũ eẽ iſinuat vnita/
tis ecclie ſacramẽtũ:magnã eſſe ⁊ ſingula
rẽ charitatis v̾tutẽ. Queriꝛ eniȝ nõ abſur
de. Quid iuſtoꝝ gemitꝰ pctõꝛibꝰ ꝯferat:⁊
qd detrimẽti iferat iuſtis pditio miſeroꝝ:
ſi negligũt hij q iuſti ſunt pditoꝝ ſalutẽ:
qñqdẽ illi diꝛ:pñiam age q iuſtoꝝ ſiĩtudi
nẽ tȝ:⁊ illis cõminaꝛ iudiciũ q ſine illis de
linquit. Qꝺ vͦo iuſtoꝝ gemitꝰ deliquẽtiũ
cria ſoluat:teſtaꝛ oio Moyſi q totiẽs deli
quẽti populo ipetrauit veniã:quotiens ꝓ
eis diuĩ afflictꝰ ⁊ miſerãs exoꝛauit. Perti
nere ad detrimẽtũ eccleſie miſeroꝝ ruinã:
ratam deſignat.

Conſidera iſta prudēs lector:⁊ ꝑpende
quanti ponderis ſit myſterium qđ tam fre
quēs eſt in diuina ſcriptura : tam ſolēne ⁊
inclytum:in canonicis libris. Q̄ vero de
ruina Jerico mentio inter cetera facta eſt:
libet ruine huius ꝑſcrutari myſteria:vt ex
his que in vna ebdomada geſta ſunt:ꝙ in
ſexta etate mundi actum ſit:vel agendum
contemplari poſſumus. Per ſex dies ſacer
dotes dñi:ſemel in die vrbem circumeunt
⁊ reuertuntur ad caſtra:q̄ per ſingula ſex
tpum:que vſq̄ ad ſexti ſigilli aptionem in
labore ptranſeūt:doctores ſancte eccleſie:
mundi predixere ruinam:⁊ tū adhuc mū/
dus in ſua ſtabilitate pdurat. Quaſi enim
ſingulis diebus manentibus in ſoliditate
ſua muris:ſacerdotes reuertunt̄ ad caſtra:
cuꝫ nō valentes doctores preſens oſtēdere
qđ predicunt. Ipſi quoq̄ qui predicūt rui
nam mundi:cogunt̄ ſicut ⁊ ceteri:preſen/
tis vite oneri colla ſubire. Septimo vero
die:non ſemel:neq̄ bis circuierunt vrbeꝫ:
ſed ſepties idipſuꝫ iterādo fecerunt:⁊ hoc
ipſum in clangore ſolēni:atq̄ in ipſo ſepti/
mo circuitu:in quo ſacer ſeptenarius nu/
merus ꝯſumatus eſt:muri Jerico corrue/
runt:q̄ ſub ſeptimo angelo tuba canente
adeſſe excidium regni mundani:doctores
ſancte eccleſie:vna voce predicāt:idq̄ iaꝫ
momentis aſſiduis:ac ſi gallus poſitus in
aurora:inſtantius pre ſolito crebriuſq̄ cla
mabunt. Nec illud moueat qđ in precedē
ti parte libri ſub aptione ſigilli ſeptimi ſilē
tium in celo factum eſſe narrat̄:q̄ illud di
ctuꝫ eſt quo ad predicationem hyſtoricaꝫ:
ſm quam euangelium xp̄i in ſex tpibus la
borioſis annunciat̄ mundo:in ſeptimo au
tem erit quies:iſtud quo ad ſpiritualeꝫ in/
tellectum:qui q̄dem ſm partem in ſex il/
lis tpibus declaratus eſt in ſpiritualibus
viris:ſm vero plenitudinem ſui:non niſi
in ſeptimo manifeſtus erit:cum vꝫ inimi/
ci crucis xp̄i ꝯuertent̄ ad ipſum : cognita
ſpiritus veritate:haud dubium ꝙ ad pre/
dicationem eoꝝ:de q̄bus dr̄ in Daniele:
Dan. Docti in populo docebunt plurimos. Et
notādum ꝙ nō corruerunt muri Jerico:



niſi in ſeptimo vel poſt ſeptimum circui/
tum:⁊ quaſi (vt ita dicaꝫ) in ꝯſumatione
diei:q̄ completis ſeptem tpibus ab incar/
natione dñi : cum ruina Antechriſti:ruet
pariter preſens mundus:electi auteꝫ obti
nebunt illam requiem ſeptime:⁊ ad vlti/
mum octaue etatis:quaꝫ repromiſit deus
diligētibus ſe. Etenim ſeptem illa tpa:ſub
ſexta ꝯtinent̄ etate:qua ꝯſumata:ruet mū
dus cum habitatoribus ſuis : ⁊ incipient
regnare veri filij iſrael. Quantum ergo ad
hyſtoricum ſenſum qui ſpiritualem obum
brat intelligētiam:adueniente ſeptima ap
tione:ſilentium erit in celo. Quātum ve/
ro ad ſpiritualem intellectum:tunc magis
Eſa.35. apientur ora mutoꝝ : ⁊ lingue infantium
Exo.14 erunt deſerte. Unde ⁊ in Exodo ſcriptum
eſt. Cum aſcendiſſet Moyſes in montem
Synai:operuit nubes montem:⁊ obumbra
uit gloria dñi ſup Synai:tegens illum nu
be ſex diebus : ſeptimo autem die vocauit
eum dñs de medio caliginis. Sex quippe
diebus deus oīpotens montem Synai ca
ligine texit : q̄ donec compleant̄ ſex tpa:
de q̄bus ſepe loquuti ſumus:tam vetus te
ſtamētum:q̄ꝫ nouum:littere obſcuritas ac
ſi quedam nubes obumbrat : adeo vt do/
ctores eccleſie deſignati in Moyſe:nō poſ
ſint videre interim ꝯſilia dei:niſi per ſpecu
lum in enigmate. Septimo autem die vo
Exo.2. cauit dñs Moyſen de medio caliginis : ⁊
inuitauit ad cernēdam lucem:que ipſe eſt:
q̄ cum tp̄s ſeptimi angeli tuba canētis ad
uenerit:videbunt hoīes de deo ſuo:multa
que hactenus latuerunt:⁊ agnoſcentes ve
ritatem dei:a labore quieſcent. Et q̄dem a
ſexto tpe ſicut oſtendetur inferius:claritas
hec aliquibus apparere incipiet:nec tū eo
modo quo in tpe ſeptimo:q̄ qđ prius per
paucis ꝯceditur:vt teſtimonium phibeāt
veritati:paulopoſt apparebit multis:vt to
tius dubietatis auferatur obſcuritas. Niſi
eniꝫ vſq̄ modo:⁊ vſq̄ ad tp̄s ſeptimi ange
li tenebre eſſent ſup facieꝫ abyſſi : nequaq̄ꝫ
Gen.1 tot hereticoꝝ ſpecies p ſingulos angelos
ad ꝯflictum venirent : q̄ ꝑfecto ille errat
a veritate qui non intelligit ſcripturas ⁊
virtutem dei:qui neſciens ſemitas myſte/
rioꝝ dei:ignorat vnde veniat:aut quo va/
dat. Unde ⁊ quibuſdam hereticis veritas mat.22.
ipſa dicit. Erratis : neſcientes ſcripturas:
neq̄ virtutem dei. Igitur ignorātiam:ma
trem eſſe ꝯſtat erroris. Sed tū veniale eſt:
ſi non defendit aliquis errorem ſuum : ſi
querit qui ſe arguat ⁊ reducat ad viā. Qđ
q̄ facere noluerunt aliq̄:ꝯuenerunt in ſe/
ctas:⁊ ſm ea que ſcripta ſunt in hac tertia
parte preliaturi aduerſus pios doctores:
ac ſi equi preparati ad preliuꝫ inſtinctu dia
bolico iniere certamen. Sequitur.

Et alius angelus venit & ſte/ T.3.
tit ante altare habēs thuribulum
aureum in manu ſua : & data ſūt
ei incenſa multa:vt daret de ora
tionibus ſanctorum ſuper alta/
re aureum , quod eſt in conſpe/
ctu dei.

Memorari oportet in hoc loco quod
premiſſum eſt de ſeptem partibus:in prin
cipio libri. Diximus enim ꝙ ſingule quin
que partes:ſic ſunt certis ſpecialiter depu/
tande tpibus:vt tū generaliter ad omnia
ſeptem tpa referant̄. Myſterium ergo pre
dicationis dñice vnde ſumpſerit principi/
um:ex verbis ſupraſcriptis luculenter ap/
paret. Angelus ſane iſte qui obtulit ſacrifi
cium deo patri:ille eſt ſacerdos magnus q
conſtitutus eſt a Deo ſm ordinem Mel/ Hebr.6
chiſedech vt eſſet Pontifex in eternum.
De quo videlicet Angelo per Prophe/
tam ſcriptum eſt. Et ſtatim veniet ad tem Mal.3
plum ſanctuꝫ ſuum dominator quem vos
queritis:⁊ Angelus teſtamenti quem vos
vultis. Thuribulum aureum quod ha/
buit in manu ſua:ſignificat Sacrum Cor
pus quod aſſumpſit ipſe de Uirgine : vt
haberet in ſemetipſo quod offerret pro no
bis ⁊ daret deo viuo ⁊ vero incenſum ⁊ li
bamen orationum noſtraruꝫ. Qđ vꝫ thu/

ribulum aureū:bene in manu ſua habere
angelus dictus eſt:qꝛ in cuius manu ſunt
oēs fines terre:erat haud dubiū ꝛ corpus
eius:vt duceret illud quo ipſe vellet ꝛ vte
ref eo pro arbitrio ſuo. Altare aureum an
te qḋ ſtetit angelus vt offerret incēſuꝫ:par
uum illum deſignat iuſtoꝝ numeꝝ qui de
veteri teſtō collectus erat:quiqꝫ de aduen
tu ipſius angeli ꝓphetando predixerat:ꝛ
vſqꝫ ad paſſionem ꝛ aſcenſionem ipſius in
aliq̄ztis electoꝝ reliquijs:pſeuerare dona
Eſa. 9. tus eſt:vt non prius deficeret Iudeoꝝ ele
ctio:q̄z gentium multitudo (que ambula
bat in tenebris) vidēs lucem magnam cō
uerteref ad deum. Ex illo numero fuerūt
illi cētum viginti:q oēs viderunt xp̄m in
mūdū aduenisſe:ꝛ in pn̄tia eccleſie:crucis
ſuppliciuꝫ ptuliſſe. Unde ꝛ ante altare au
reuꝫ ſtare angelus dictus eſt:qꝛ in ꝯſpectu
illius eccleſie paſſus eſt xp̄s:que prius etiā
q̄z idem xp̄s veniret in mundum : per le
gem ꝛ circuncīſionem:in fide vnius dei ꝛ
ꝯfeſſione pmanſit. Unde ꝛ eidem eccleſie
Ps. 79. per pſalmiſtaꝫ dī. Dux itineris fuiſti in cō
ſpectu eius. In ꝯſpectu quippe eccleſie:dux
itineris xp̄s fuit:qꝛ vt iter paſſionis oſten
deret:per qḋ itur ad deuꝫ : nō in clanculo
ꝛ ſeorſum paſſionem ſubijt:ſed in ꝯſpectu
eccleſie crucifixus eſt. Oportu t enim illū
exaltari in cruce vt videretur ab oibus:ꝛ
morſus ſerpentinus qui occidebat incau
tos:eius potentia curaref. Stetit ergo an
gelus ante altare:ꝛ incenſum ſibi datum a
multis:obtulit ſolēniter deo patri:qꝛ vota
ꝛ ſuſpiria iuſtoꝝ oium:in eo vniuerſaliter
collecta ſunt ſimul:vt ea ipſe offerret in cō
ſpectu altiſſimi. Qui enim volunt preces
ſuas coram regia effundere maieſtate:talē
ſibi aduocatum inuenire deſiderant : qui
pro merito bonitatis ſue audiatur a rege:
ꝛ cuius nō auertaf facies ad ea que poſtu
lat impetrāda. Sic ꝛ vniuerſi viri iuſti te
ſtamēti prioris:magnum hūc ſacerdotem
affutuꝝ expectabāt in mūdum:qui fieret
mediator inter deum ꝛ hoies:ꝛ eſſet aduo
1. Tibi. 2. catus ꝓ peccatis eoꝝ. Unus eſt aūt ange
lus:vnum thuribulum:ſꝫ incenſa multa.
Unus eſt mediator dei ꝛ hoiuꝫ xp̄s ieſus:
vnum corpus eius qḋ traditum eſt ꝓ no
bis:vota aūt ꝛ orationes iuſtoꝝ multe : qꝛ
multi ſunt fideles:ꝛ multe catholicoꝝ ec
cleſie. Sed quare ſup altare? Q: nō ſolum
paſſio xp̄i ꝓfuit nobis : ad pulſandas pro
peccatis noſtris:aures miſerationis diui
ne:verūetiam fides ꝛ merita precedētium
iuſtoꝝ:quoꝝ noia ſcripta ſunt in libro vi
te:ꝛ opera ꝯſignata in ꝯſpectu dn̄i:necnō
ꝛ ſuffragia illoꝝ ꝛ preces:non ꝙ non ſuffi
ciat ad oia xp̄s:ſꝫ factus hō pro ſalute no
ſtra:voluit in ope pietatis:pios hoies ha
bere ꝯſortes. Non enim ſolus xp̄s interce
dit ꝓ nobis:ꝛ ſi ſolus obtineat:qḋ alij nō
merētur:nec ſolus eſt aduocatus nr̄ apud
patrem:verūetiam cum ipſo ꝛ per ipſum:
oium iuſtoꝝ:qui nos in regno dei preceſſe
rūt:cohortes. Alioqn ſi hoc non eſt:decipi
tur (qḋ abſit) ꝛ errat vniuerſa eccleſia:que
quottidie ſanctoꝝ ſuffragia ꝯfidēter expo
ſtulat : vt ipſi qui iam ſunt reputati inter
amicos dei:intercedāt pro nobis ad dn̄m
deum noſtꝝ. Nec alienum eſt ab hac fide:
ꝙ illoꝝ venerādas reliquias in ſacris alta
ribus collocamus:ſciētes illud qḋ ipſe ait.
Uolo pater:vt vbi ego ſuꝫ:illic ꝛ miniſter Ioh.
meus ſit. Quo circa ſup altare oblata ſunt
incēſa ꝛ ſuſcepta ab angelo : cui data ſunt:
ꝛ fumus incenſoꝝ aſcēdit in ꝯſpectu dn̄i:
qꝛ gratia dn̄i noſtri ieſu chriſti ſingulari ꝛ
multiplici ſanctoꝝ interceſſione actuꝫ eſt:
vt gemitus ꝛ preces electoꝝ oium:pueni
rent ad deum:ꝛ abſoluerentur a peccatis
eoꝝ. Dum enim ꝯueniunt ſimul in vnuꝫ:
incenſum qḋ offerf ꝛ ignis:fumus pariter
ꝛ calor ex vtroqꝫ aſcēdunt:qꝛ duo ſunt:vꝫ
precepta charitatis:amor.ſ.dei ꝛ proximi:
quoꝝ alteꝝ hic in thure:alteꝝ deſignatur
in igne. Lꝫ aūt ꝛ illis electis:qui iam nūc
in patria collocati ſunt:ꝛ illis quos adhuc
preſens ſeculum in carne retinet:vtrunqꝫ
donuꝫ ſpiritus preſto ſit:nec hi tn̄ qui ſunt
in exilio:pfectionem amoris Dei : ſicut in
patria habere poſſunt : nec illi qui ſunt in



patria illa eo modo quo in exilio iſto effe
ctum amoris ꝓximis oſtēdere queunt : qꝛ
illorum eſt magis compati miſeris:qui ad
huc ex aliqua parte, eādem ſentiunt paſſio
nem. Quo circa vt ꝓprietas amoris proxi
mi deſignati in hoc loco in thure:illis qui
ſunt adhuc in incolatu iſto aſcribif:ita ꝓ
prietas amoris Dei deſignati in igne : illis
qui ſunt in patria attribuenda eſt. Quaſi
autem ſup altare offerunt viri iuſti incen
ſa : vt in igne altaris ſuccendantur ſimul
cum his qui ꝯſtituti ſunt ad intercedēduꝫ
pro populo:orant pro eo ſanctos Dei:qui
iam ſunt mole carnis exuti:vt ipſi interce
dant pro eis apud oipotentem deum:ſciē
tes ꝙ tāto facilius poſſunt impetrare que
poſtulant : quanto accenſi igne charita
tis dei:vnus cuꝫ eo ſpiritus facti ſunt. De
niqꝫ incenſoꝝ oblatio:que nō poſſet per ſe
ipſam reſolui in odoreꝫ fumi:per virtuteꝫ
ignis qui leuioris eſt nature:rapif in ſub
lime:ꝛ veluti quedam leuis nebula eleuaf
in altum. Sicſic dum fidelis oratio eoruꝫ:
qui ꝛ ſi diligunt ꝓximos:tn̄ adhuc carnis
mole grauantur:iungitur illoruꝫ orationi
qui iamiam ꝯſtituti in plenitudine liberta
tis ardent pfectius amore dei : accidit:vt
vtraqꝫ ſimul oratio pueniat ad clementeꝫ
deuꝫ:ꝛ exaudiatur altera per alteram:duꝫ
due incipiunt eſſe vna. Confert ergo ali
qd altare:ꝯferunt ꝛ incenſa:ſed nihil ſine
angeli myſterio : nihil ſine opere Ieſu : qꝛ
1. cor. 3. neqꝫ qui plātat eſt aliquid:neqꝫ qui rigat:
ſed qui incrementum dat Deus. Nam ſe
quitur.

L. 4. Et aſcendit fumus incenſo
rum de orationibus ſanctorum
de manu angeli coram deo.

Incēſa ſunt orationes in humana men
te ꝯcepte. Fumus eſt ꝯfeſſio oris:de qua di
Ro. 10. cit apoſtolus. Ore autem ꝯfeſſio fit ad ſa
lutem. Eſt aūt ꝯfeſſio peccati:de qua dicit
apoſtolus Iacobus. Cōfitemini alterutꝝ
peccata veſtra:ꝛ eſt ꝯfeſſio laudis : de qua
Mat. 11. dicit filius patri ſuo. Confiteor tibi pater:
dn̄e celi ꝛ terre. Ipſe ꝯfitens ipſe orat ipſe
interpellat pro nobis : ꝛ offert illi incenſa
orationum noſtraꝝ. Nec interualloꝝ [illegible]
eguit ad offerendas ſinguloꝝ orationes:
ſed ſemel fecit hec qui poteſt oia:introiens
per ſemetipſum ſemel in ſancta eterna re
demptione inuenta. Quo circa fumus in Heb. 9.
cenſoꝝ aſcendere in ꝯſpectu Dei de manu
angeli dictus eſt:qꝛ per opus pietatis ꝛ iu
ſtitie quod operatus eſt Chriſtus : actum
eſt : vt oratio miſerorum (qui nihil per ſe)
poterant promereri perueniret in conſpe
ctu dei:omnibus quidem quieſcentibus:
ꝛ vno ſeſe opponēte pro multis. Sed poſt
quam angelus incenſum obtulit:quid ad
huc fecerit:audiamus.

Et accepit (inquit) Angelus L. 5.
thuribulum & impleuit illud de
igne altaris & miſit in terram.

Unigenitus dei filius thuribulum ac
cepiſſe dicitur : qꝛ corpus quod pro nob s
moriendo poſuit:reſurgēdo ſuſcepit. Hoc
eſt enim illud quod ipſe ante predixerat.
Nemo tollit animam meam a me:ſed ego Ioā. 10
ponam eam:ꝛ ego iterum ſumo eam. Qḋ
autem dicitur idem Angelus impleuiſſe
thuribulum de igne altaris : magna que
ſtio eſt:ne quis putet hominē Chriſtum
Ieſum:tunc primo accepiſſe ſpiritum ſan
ctum:quando reſurrexit a mortuis:preſer
tim qꝛ eodem die legitur inſufflaſſe apoſto
lis ac dixiſſe. Accipite ſpiritum ſanctum:
quorum remiſeritis peccata : remittuntur
eis. Sed multa ſunt que notari oporteat: Ioā. 20
quare hoc dictum ſit:vt intelligatur illud
quod Ioānes ait. Spiritus nondum erat Ioan. 7
datus : qꝛ Ieſus nondum fuerat glorifica
tus. Quādo autem glorificatus eſt? Haud
dubium:ꝙ in die paſche:in quo ꝛ reſurre
xit a mortuis. Uis ſcire ꝙ ita eſt? Audi
ipſum dominum cum duobus diſcipulis
die ipſo:loquentem ꝛ arguentem eoſdem
diſcipulos : ac dicentem. O ſtulti ꝛ tardi
corde ad credendum in omnibus que lo
quuti ſunt prophete. Nōne hoc oportuit

pati Chriſtum ⁊ ſic intrare in gloriam ſu/
am? Die namq; illo introiuit in gloriam
ſuam:⁊ mox promiſſionez quam accepit:
effudit ſup electos ſuos effuſionis adhuc
plenius in die Penthecoſtes bis ſane ſub
eodem tempore glorificatus eſt Chriſtus:
bis ꝓmiſſionem quaz accepit effudit. Pri
mo cum reſurgens ab inferis:venit ad ſu/
peros : ſecundo cum cernentibus ſuis re/
meauit ad celum. Et primo quidem cum
adhuc eſſet in terra : dedit illis ſpiritum
velut e terra:ſecundo cum reſideret in ce
lo:eum quaſi de celo plenius ⁊ ſolemnius
miſit. Quare autem non prius : ſed poſtq̃z
glorificatus eſt Chriſtus:niſi quia nolebat
hoc facere tempore humilitatis ſue:ne pri/
us videretur querere gloriam ſuam:q̃z im
pleret miniſterium humilitatis:pro quo ⁊
venerat in hunc mundum : ſm q̄ faciunt
illi qui volunt gloriari ante tempus:nolẽ/
tes per tollerantiam paſſionum eſſe imita
tores patientie Chriſti? Si eniz prius oſtẽ
deret omnipotentiam ſuam:quomodo ſu
ſtineret obprobrium paſſionis:quãdoqui/
dem ſi cognouiſſent eum homines : nun/
1.cor.2. quam regem glorie crucifixiſſent. Ergo ⁊
qui volunt videri ſancti anteq̃z ſint:appa
ret q2 nolunt vituperari ⁊ deſpici ab homi
nibus ſicut Chriſtus:ſed magis gloriari ⁊
extolli:vt ſe oſtendant eſſe membra illius:
2.theſ.2 de quo dicit Paulus. Qui extollitur ⁊ ad
uerſatur ſupra omne quod dicitur Deus:
aut quod colitur:oſtendens ſe tanquaz ſit
deus. Abutuntur autez qui eiuſmodi ſunt
auctoritate illa domini dicentis. Ut vide/
ant opera veſtra bona:non attendentes q̄
non ait dominus. Et glorificent vos : ſed
mat.5. glorificent patrez veſtrum qui in celis eſt:
nec memorantes illius ſententie qua di/
ctum eſt per Pſalmiſtam. Dominus diſſi/
ps.52. pabit oſſa eorum qui hominibus placent:
confuſi ſunt:quoniaz deus ſpreuit eos. Ne
autem fingant ſe non poſſe capere diuerſi
tatem ſententiaruz:non ſunt contrarie ſen
tentie iſte ſicut ipſi putant : ſed cum quaſi
per triginta annos : ⁊ eo amplius operati

fuerint omnem iuſtitiam coram ſolo deo:
ideſt quouſq; ſint fundati ⁊ radicati in om
ni humilitate. Siquidem per triginta ſer
me annos occultauit idem dominus glo/
riam ſuam:tunc ſciant licere ſibi oſtende/
re hominibus opera ſua:⁊ hocipſum non
repente:ſed paulatim ſicut fecit idem ma/
giſter verus qui de celo deſcendit:vt vide
ant homines opera illorum bona:⁊ glori/
ficent patrem ſuum qui in celis eſt. Sed ⁊
tunc ſummopere caueant ſibi:ne ſe putẽt:
aut oſtendant habere aliquid quod nõ ac/
ceperint:ſed ſtudeant imitari hoiez Chri/
ſtum Jeſum : cui dictum eſt per Pſalmi/ ps.67.
ſtam. Aſcendiſti in altum cepiſti captiuita
tez:accepiſti dona in hominibus:⁊ de quo
dictum eſt per Petrum in actibus apoſto Act.2.
loꝝ. Dextera dei exaltatus:⁊ promiſſione
ſpiritus ſancti accepta a patre:effudit hũc
quem vos videtis ⁊ auditis. Ita autem di
ctus eſt filius accipere aliqd a patre : etiaz
ſm q̄ deus eſt:quomodo dicit ipſe de ſpiri
tu ſancto. De meo accipiet:⁊ annunciabit
vobis. Secundum vero q̄ eſt homo:lõge Joã.16
alio modo dictus eſt accepiſſe dona ſpiri/
tus ſancti : ad hoc vt effunderet in mem/
bra ſua:non q2 ipſe non habeat adhuc qd
daret:q ſpiritu ſancto erat repletus ex vte
ro matris ſue : immo qui habebat illum
ſemp in ſe ſicut ſpiritum ſuum:ſed vt au/
ctrix donationis intelligat diuinitas que Jaco.1
dat omnibus affluẽter ⁊ non improperat.
Si enim ſm diuinitatez ſuam a patre ſuo
ſe dicit habere id quod hz:qm̃ ab ipſo eſt:
quãto magis ſm humanitatem dicendus
erat:hoc vel illud accepiſſe a patre:oſtenſa
qdem infirmitate nature noſtre:quam ac/
cepit a matre:ſ3 nõ excluſa auctoritate glo
rie:quaz ipſe ſicut deus oia poteſt cum pa
tre. Tanta nempe eſt auctoritas patris:vt
nil credatur habere filius:qd non habeat
a patre:tanta equalitas filij : vt oia que hz
pater:eque ſint filij:vt ⁊ patris. Si autem
omnia que hz pater:eque ſint filij:vt ⁊ pa
tris:quare dictus eſt filius accepiſſe tem/
poraliter promiſſionem a patre:niſi vt in/



telligat manere ſemp in celis : qd fieri pro
ſalute noſtra ſemel eſt dignatus in terris?
Non ſolum autem : verumetiam vt qua
reuerentia debeat mortalis homo hono/
ris ſui culmen attendere : exemplo tanti
magiſtri prouidenter agnoſcat ne quando
per malum ingratitudinis eleuatus : cor/
ruat:⁊ ſequens eum qui de celo cecidit:ſi/
milem per ſuperbiam patiatur ruinam.
Quid (inquit) Apoſtolus habes quod
1.cor.4 non accepiſti? Si autem acceperis quid
gloriaris quaſi non acceperis? Hoc enim
fecit ille qui non ſtetit in veritate : ⁊ ideo
Joã.8. de bono Angelo : factus eſt Diabolus : ⁊
Sathanas : volens obtinere tyrannide
quod noluit humiliter poſſidere. Sicut
ergo vnigenitus Dei filius:non pro ſe ba
ptizari voluit:ſed pro nobis:nec pro ſe vi/
Joã.1. dit ſpiritum ſanctum ſuper ſe venientez:
ſed pro nobis:nec pro ſe ſubijt crucez:aut
reſurrexit a mortuis:ſed pro nobis:ita nõ
pro ſe dictus eſt accepiſſe promiſſionem
hanc a patre:ſed pro nobis:quibus acce/
pit:vt ſciamus quo ordine:⁊ quibus gra/
dibus eundum ſit nobis de virtute in vir
tutem:accipientes in ſingulis dona ſpiri/
ritus : quouſq; ipſi quoq; ſublimati in al/
tum:poſſimus ex ipſo ⁊ per ipſum diſcipu
lis veritatis:effundere verba vite:⁊ aman
tibus vnitatem : doctrinam impendere
ſpiritualem. Cum enim fideles quiq; ba/
ptizantur in Chriſto : tunc incipiunt ha/
bere id quod deſignatum eſt in Colum/
ba Columbe ſiquidem in principio mun/
di : ſicut ⁊ Aues cetere de aque ſubſtantia
proceſſerunt. Columba igitur ſiue aqua:
ſimplicem que decet ſimplices ⁊ adhuc in
Chriſto paruulos:doctrinã deſignat:(hoc
eſt):illaz doctrinam:quibus inſtituuntur
qui paruuli ſunt in Chriſto : non quidem
in verbis ſpiritalibus:ſed ſm hyſtorie ve
ritatem. Cum autem incipiunt eſſe viri ⁊
apti ad doctinam ſpiritualem:ſm eius do
ctrine modum : que vocatur typica vel
moralis:tunc incipiunt habere magnum
illud donum:quod deſignatum eſt in in/

ſufflatione domini : que facta eſt ad Apo
ſtolos in die Paſche. Cum vero deſeren/ Joã.20
tes ſemetipſos:rapiuntur ſupra ſe ad con/
templanda celeſtia : vt aliquid de igne a/
moris Dei : incipiant in ſpiritu perſenti/
re:⁊ ipſa que ſentire donantur:concedun
tur digne eloqui preparatis ad ignem ve
luti ſcintille ardentes egrediuntur ab eis:
quibus corda audientium inflammen/
tur:eo q̄ non ipſi ſint qui loquantur : ſed
ſpiritus Jeſu qui loquit̃ verba ſua in eis.
Non enim (inquit) vos eſtis qui loqui mat.10.
mini : ſed ſpiritus Patris veſtri qui lo/
quitur in vobis. Probatum eſt hocipſum
in verbis Petri : de quo dictum eſt in
Actibus Apoſtolorum. Adhuc loquen/ Act.10.
te Petro : cecidit Spiritus Sanctus ſu/
per omnes qui audiebant verbum eius.
Hec igitur eſt cauſa myſterij:cur Domi/
nus noſter Jeſus Chriſtus dictus eſt qui
buſdam certis temporibus accepiſſe Spi
ritum Sanctum qui eum ſemper habuit
in ſemetipſo:quatenus qui Dei ⁊ homi/
num mediator erat:hoc videretur petere
propter nos:homo.ſ.propter homines a
patre Deo : quod ipſe ſm q̄ Deus erat:
habebat cum eodem patre ante omnia ſe
cula. Ut enim de vſu humano aliquid lo/
quamur. Si filius alicuius Regis habe/
ret ex parte matris fratres aliquos vteri/
nos:qui non ſibi attinerent ex parte Pa
tris : non poſſet illis filius abſq; volun/
tate ⁊ licentia Patris : paternam com/
municare ſubſtantiam : ⁊ eos ſibi in poſ/
ſeſſione paterna facere coheredes. At ſi
motus pietate carnis ſue cuperet eos ſi/
bi facere coheredes : rogaret vt ſibi Pa/
ter largiretur in Fratribus : quod ipſe
iure hereditario poſſideret : feliciter in
ſemetipſo : reputans ſibiipſi : quicquid
pro eis acciperet ipſe ſibi. Petijt er/
go filius pro Fratribus ſuis : ⁊ accepit
quod petijt pro eiſdem : vt videlicet :
ſibi Pater largiretur in Fratribus:quod
iure hereditario haberet in ſemetipſo :
reputans (vt iam dixi) ſibiipſi donari

quicquid pro eiſdem fratribus accepiſſet a
patre. Si enim ſm ꝙ ipſe dicit in euange/
Luc.10 lio. Omnis qui petit accipit: ⁊ omnis qui
querit inuenit: quãto magis ipſe filius nõ
poteſt fraudari a prece ſua: qui quaſi vnige
nitus amatur a patre? Nec loquẽdo ſicut
nos facimus: petit ſuper hoc filius patrez
ſuum: ſed petitio ipſius: compaſſio ipſa eſt
qua compatitur nobis tanq̃ꝫ corpori ⁊ car
ni ſue: ⁊ exauditio patris eius eſt comple/
re filij voluntatem. Bene ergo dictum eſt
ps.67. per pſalmiſtam. Accepiſti dona in homini
bus: qꝛ qui in ſe habebat oĩa ſicut deus: in
nobis accepit aliquid ſicut homo: vt eſſet
primogenitus in multis fratribus. Quo
circa ⁊ ſi thuribuluz aureum: corpus illud
Chriſti ſignificat: quod tertia die reſurre/
xit a mortuis: ⁊ die quadrageſimo aſcẽdit
in celum: nihilominus tamen duodecim
viri quos idez ſummus paſtor ⁊ verus põ
tifex operis ſui vicarios eſſe fecit: cuz ipſo
pariter in hoc myſterio intelligendi ſunt:
vtpote qui ante omnes cõmortui fuerunt
cum ipſo ⁊ correſuſcitari a mortuis: quiq̃ꝫ
cum eo aſcendente in celum pariter aſcen
derunt: ita vt ſecuri ex eo tempore dicere
phil.3. poſſent. Noſtra autem ↄuerſatio in celis
eſt. Ergo ⁊ ipſi primi diſcipuli igne ſpiri/
tus ſancti repleti ſunt: ſm ꝙ ⁊ apparuit in
die pẽthecoſtes qñ apparuerũt illis diſpar
tite lingue tanq̃ꝫ ignis: ſeditq̃ꝫ ſupra ſingu
Actu.2 los eorum. Tunc in q̃ꝫ repletum eſt thuri/
bulum igne altaris: vt effunderetur in ter
ram: quatenus in omnez terram exiret ſo/
ps.18. nus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eo
rum. Non ergo ſic ſimpliciter eſt accipien/
dum id quod dictum eſt per pſalmiſtam.
Aſcendens in altum cepiſti captiuitatem:
ps.67. accepiſti dona in hoĩbus. Nec illud quod
Actu.2 dicit Petrus. Dextera dei exaltatus: ⁊ re/
promiſſione ſpiritus ſancti accepta: ſicut
Luc.4 nec illud quod dicit euangeliſta. Jeſus au/
tem plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt a
Jordane: quaſi tunc primo repletus fuerit
ſpiritu ſancto: qꝛ quod ſpiritualiter dictuz
aut factum eſt: ſpiritualiter eſt ⁊ intelligen

dum. Spiritus (inquit) dominus eſt qui Joh.6.
viuificat: nam caro non prodeſt quicquaz. 2.cor.3.
Et apoſtolus. Littera occidit: ſpiritus au
tem viuificat. Dixerat dñs Judeis. Qui Joh.6.
manducat carnem meam ⁊ bibit ſangui/
nem meum: habet vitam eternam. Quod
cum audiſſent multi diſcipuloꝝ: abierunt
retro non intelligentes ꝙ diceret panez ⁊
vinum tranſubſtãtianda ſpiritaliter in cor
pus ⁊ ſanguinem ſuuz: ſed putantes ſe car
nem domini ſimpliciter manducare: ⁊ ſan
guinem ſimpliciter bibere. Eodem modo
accidit multis non intelligentibus: quid
ad q̇d quare dicatur: nec valentibus ſcru/
tari verba ſpiritualia: eo ꝙ animalem ha/
beant intellectum. Unde apoſtolus. Aia/
lis homo: non intelligit: que ſunt ſpiritus 1.cor.2.
dei. Quapropter qui ſpiritualis eſſe cupit:
dꝫ verba ⁊ opera xp̄i: ſpiritualiter intelli/
gere: ſm ꝙ ipſa verba vel opera: ſpiritus ⁊
vita ſunt: quatenus per ea que dicuntur
ſm litteram: alia que ſint ſimilia potius q̃ꝫ
eadem intelligere ſtudeat: ⁊ de his que fi/
guraliter dicta ſunt: ad ipſam ꝑtingere ve
ritatem. Non ergo tam ꝓ ipſum Chri
ſtum dictuz eſt a Petro. Dextera dei exal
tatus ⁊ ꝓmiſſione ſpiritus ſancti accepta
a patre: effudit hunc quem vos videtis ⁊ Actu.2
auditis: cum ꝓ ſummam vnionem qua
vna ꝑſona eſt xp̄s in duabus naturis: nõ
poſſet non habere humanitas eius: quod
habebat diuinitas: ſed ꝓpter eos in q̇bus
accepit: niſi forte dicat aliquis: ita eſſe acci
piendu
z q̃uo: illud q̇d ait idem dñs de ſpi Joh.16.
ritu ſancto. Ille me clarificabit: qꝛ de meo
accipiet: q̃ꝫuis ⁊ hoc ipſum reſolutione in
digeat: cur ille de futuro accipere aliquid
dictus eſt: qui ſemꝑ cum patre ⁊ filio hꝫ
omnia ſicut deus: vt vꝫ: non pro ſe dictuz
accipiatur: ſed pro his q̇bus acciperet ad
annunciandum fidelibus: ſicut quondam
apoſtolis qui predicare in gentibus miſſi
ſunt. Aut ſi hoc ad eternam acceptionem
referri poteſt: quod de tempore futuro
dictum eſſe videtur: cur non eodem
modo id quod in Chriſto de preterito



ps.67. dictuz eſt. Accepiſti dona in hominibus:
de eterna acceptione dictum fore accipia/
tur. At illud nolunt aliqui accipere: de tẽ
porali acceptione: qꝛ ſpiritus ſanctus de/
us eſt ⁊ non hõ: iſtud volunt accipere de
tꝑali: qꝛ filius dei vnigenitus: ⁊ deus eſt ⁊
hõ: nõ attendentes ꝙ in ſimili cã dicti: ſi
milis ſit cã dicendi. Quo circa ſi illud de
eterna acceptione dictum eſt: ⁊ iſtud. Si
illud de tꝑali: ⁊ iſtud. Si autem de tempo
rali acceptione dictum eſt vtrũq̃ꝫ: q̇d ve/
rius creditur: cum ſtare hoc non poſſe vi
deatur ſimpliciter de ſpiritu ſancto: fatea
mur vtrũq̃ꝫ ita dictum: q̃uo ſuperius dixi
mus: vt vꝫ: nec pro filio: nec ꝓ ſpiritu ſan
cto dictum eſſe credamus: ſed pro hijs q̇/
bus accepit vtrũq̃ꝫ. Uez hoc pro thuribu
lo aureo: q̇d dictus eſt angelus accepiſſe ⁊
impleſſe igne altaris: ⁊ miſiſſe in terram.
Ubi ⁊ illud quoq̃ꝫ nõ incõgrue queritur:
cur non abſolute: de igne impletuz eſſe di
cit: ſed de igne altaris: tanq̃ꝫ ſi alterius eſ/
ſet donum ſpiritus ſancti: ⁊ nõ eius a quo
idem ſpiritus: ⁊ bona cuncta procedunt.
Sed vt fateamur verius: ⁊ eius eſt qui de
dit illud: ⁊ eius cui donatum eſt: nimiruz
qꝛ ⁊ altare cui donatus eſt ignis eius qui
dedit ignem: ac per hoc ⁊ q̇d donatũ eſt:
eius eſt qui dedit: eſt ⁊ id cui donatuz eſt:
eius efficitur a quo accepit. Dat pater fi/
lijs: ⁊ ſponſus ſponſe: ⁊ tñ q̇d datur illis:
ipſi relinquit a quo datur: qꝛ non dat alie/
nis: ſed ſuis: ⁊ tam id q̇d datum eſt q̃ꝫ hij
q̇bus donatum: in eius ſunt poteſtate qui
dedit. Et tñ vult pater ſiue ſponſus: vt eo
rum eſſe potius dicat̃ q̃ꝫ ſuum: quatenus
⁊ ꝑcepta munera amorem foueãt accipiẽ/
tis: ⁊ fotus muneribus amor in largitoris
affectibus inardeſcat. Ignis ergo iſte diui
nus quem dei filius miſit in mũdum: alta
ris eſt in quo ⁊ ſeruat̃: qꝛ accẽſio ⁊ infuſio
ſpiritus ſancti: que facta eſt ſub teſtamẽto
veteri in patriarchis ⁊ ꝓphetis: nõ eſt in
aduentu dñi exinanita: ſed aucta non eua
Luc.12 cuata: ſed amplificata. Ignem (inq̄t) veni
mittere in terram: ⁊ q̇d volo niſi vt accen

datur? Hꝫ autem ignis iſte verba ſpiritua
lia charitate flãmantia: ⁊ idcirco ſanctis
apoſtolis lingue ignee apparuiſſe legunt̃.
Si q̇dem ignis iſte nõ modo ardet: ſed ⁊ Actu.2
lucet: qꝛ charitas dei que diffuſa eſt in cor/ Ro.5
dibus noſtris ꝑ ſpiritum ſanctum qui da/
tus eſt nobis: nõ ſolum accendit nos in di
lectione dei ⁊ ꝓximi: veruinetiam illumi/
nat vt ſciamus que a deo donata ſunt no/
bis. Erãt autem lingue iſte abſcondite in
altari: qꝛ in cordibus ⁊ libris ꝓphetaꝝ: la
tebant ante aduẽtum dñi ſpirituales intel
lectus: quos nobis ſicut in prima parte li
bri prediximus: patefecit̃ primo dñs in die
paſche: qñ aperuit diſcipulis ſuis ſenſum:
vt intelligerẽt ſcripturas. Q̇d ſi fideli nu
mero illi iuſtorum credita ſunt prima elo
quia dei: ⁊ in illis ſpiritualia verba late/
bãt: liquet ꝙ de doctrina data ſanctis pro
phetis: ſumptum eſt: ⁊ miſſum in terram:
non ſm litteram que occidit: ſed ſm ſpiri
tum qui viuificat. Sic de ſpiritu Moyſi 1.cor.3.
abſtulit dñs: ⁊ dedit ſenioribus iſrael: quo
ꝑcepto ꝓphetare ceperunt: ⁊ effici docto/
res in populo. Sic ⁊ Joſue filius Nun re Nu.11.
pletus eſt ſpiritu ſapiẽtie: qꝛ Moyſes im/ Deu.34
poſuit ſuꝑ eum manus ſuas ſicut ſpiritus
Helye requieuit ſuꝑ Helyſeum: ⁊ factus
eſt propheta in iſrael. Spirituali ergo do/
ctrina miſſa in terraz: hoc eſt in cordibus
humanis: que terre bone ⁊ optime ſimi/
lis eſſe perhibetur: facta ſunt tonitrua ⁊
voces: ⁊ fulgura: ⁊ terremotus. Ita enim
in ſequentibus dicitur.

¶ Et facta ſunt tonitrua: & T.6.
voces: & fulgura: & terremo/
tus.

¶ Facta ſunt tonitrua: qꝛ in oẽm terraz ps.18.
exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre ver
ba eoꝝ. Facte ſunt voces: qꝛ oĩum linguis
loquuti ſunt. Facta ſunt fulgura: qꝛ mira/
culis coruſcare ceperunt. Factus eſt terre
motus: qꝛ mota ſunt ex hoc corda hoĩuz:
⁊ viſis tot ſignis ⁊ tot miraculis: timere
cõpulſi ſunt. Hijs ⁊ hijs ſimilibus ita ge/

ſtis: precones veritatis ⁊ fidei multiplicari ceperunt: ⁊ vſqꝫ ad hec extrema tempora: ſi quis eſt qui audiat: clamare non ceſſant. Iam ſequitur.

Z.7. ¶Et ſeptem angeli qui habebant ſeptem tubas: parauerunt ſe vt tuba canerent.

¶Nõ enim ſimul omnes a principio preſentes erant: vt ſimul omnes inciperent ⁊ quieſcerẽt: ſed alijs obeuntibus: ex hac luce: alij qui vicem gererent: locis obeũtiuꝫ ſucceſſerunt. Parant ſe autem vt tubis canant: cum ſpiritualem intelligẽtiam que eſt ſimilis flatui procedenti ex tuba: qualiter illam pronunciare debeant: in tuba littere formant. Sicut enim (vt iam diximus) flatus ex tuba: ita de corde littere ſpiritualis progreditur intellectus. Sequitur.

¶De primo angelo tuba canente.

Z.8. ¶Et primus angelus tuba cecinit. Et facta eſt grando & ignis cõmixta in ſanguine: & miſſum eſt in terram: & tertia pars terræ combuſta eſt: & tertia pars arborum combuſta eſt: & omne fenum viride combuſtum eſt.

PRimus ſeptem angelorũ: Paulus fuit cum ſodalibus ſuis: qui miſſus eſt (vt ait ipſe) non baptizare: ſed euange
1.cor.1. lizare. Sicut autem ſancti dyacones: qui ⁊ euangeliſte dicti ſunt: ꝓpter euangeliuꝫ Chriſti: multa diſcrimina ꝑpeſſi ſunt: ita ſancti doctores pro doctrina myſtica multas iniurias ꝑtulerunt: nolentibus obedire iudeis: ſententie illi Pauli qua dicitur:
2.cor.3. littera occidit: ſpiritus autẽ viuificat. Lapidatus eſt namqꝫ Stephanus a iudeis: qꝛ xp̄m dei filiuꝫ predicabat: captus eſt Paulus ab eiſdeꝫ iudeis accuſantibus eũ (qui erant ex circuncitione) non taꝫ qꝛ dicebat xp̄m eſſe filium dei: q̃ꝫ qꝛ iudeis ſicut ⁊ gẽtibus diſceſſionem: vt agebatur a Moyſe: predicaret. Ob hoc enim nõ modo infidelibus: verũetiam ⁊ his qui crediderãt ex iudeis: oneroſus per oĩa videbatur: maxime his qui erant de ſecta phariſeoꝝ. Querat qui vult in actibus apoſtolorum: ⁊ ex his que dicta ſunt a ſenioribus veritatem agnoſcet. Non enim poterant iudei equanimiter ferre: vt in littera legis ⁊ prophetaꝝ: alius ſenſus introduceretur: nec illi qui ex iudeis crediderant in Jeſum. Quocirca primo angelo tuba canente: facta eſt grando ⁊ ignis cõmixta in ſanguine: ⁊ miſſum eſt in terram: qꝛ apoſtolo Paulo docente non eſſe ſeruãdam legeꝫ Moyſi ſm litteram: ſed ſm ſpiritum: ⁊ oſtendente ꝙ ſpiritalis intelligentia ꝓſpera gentilibus nunciaret: facta eſt grando duritie: mixta cum igne zeli: ⁊ cruore odij: ⁊ miſſa eſt in cor ſynagoge: que ſemper terrena querens ⁊ diligens: ſola terre gaudia ſapiebat. Factum eſt ergo vt ipſius ſynagoge: que iam crediderat pars quaſi tertia rediret ad iudaiſmum: extimans ſe modis oĩbus: ſi legem deſereret ꝯdẽnandam: ſm ꝙ acciderat illis qui ſcandalizati in verbo dñi abierant retro dicentes. Durus eſt hic ſermo:
Joh.6. ⁊ qs poterit eum audire? Audi qd de hoc zelo dixerit Paulus. Teſtimoniuꝫ (inqt)
Ro.10. illis perhibeo: qꝛ zelum dei habent: ſed nõ ſm ſcientiam. Querẽtes enim ſuam iuſtitiaꝫ ſtatuere: legi dei nõ ſunt ſubiecti. Hoc itaqꝫ modo pars tertia ſynagoge: ⁊ eorum quoqꝫ nõnulli: qui quaſi arbores fructifere doctores alioꝝ eſſe in populo videbantur: qui ⁊ pſeudo apoſtoli facti ſunt: ⁊ omnes qui carnaliter ſapiebant corruerunt ex toto: ⁊ negligentes donum dei qđ acceperant in baptiſmo: ad iudaiſmum prolapſi ſunt. Legat qui vult epiſtulaꝫ apoſtoli ad hebreos: ⁊ ex ea ad rem ꝑtinentia q̃ꝫ multa poterit intelligere. Uerꝫ illud ante omnia in queſtionem venit. Cur in omnibus



pene angelis dictuꝫ eſt: tertia pars: ac ſi ordinatuꝫ eſſe videatur a deo: vt tertia pars credẽtium in errorem ducatur. Abſit hoc a corde fidelium. Non eſt iſto modo accipiendum: ſed ſicut dꝫ intelligi: ita eſt. Tria genera baptizatorum: ac ſi Sem ⁊ Cham ⁊ Japhet. Continet infra vteꝝ ſuum ſancta mater eccleſia. Hoꝝ primum genus: ſapientum eſt: ſcđm eoruꝫ qui ſe exiſtimant
Mat.24 ſcire qđ neſciunt: vt vocentur: iuxta voceꝫ domini: ab hominibus rabbi: amantes primas cathedras in ſynagogis ⁊ ſalutationes in foro: tertium ſimpliciuꝫ. Et illi quidem qui donum ſapientie ꝯſequuti ſunt a deo: cuſtodiunt ab eo: qui mittit illos. Sꝫ ⁊ illi qui ſimplices ſunt: ⁊ timent deuꝫ: eo ꝯfidenter ⁊ ſecure: quo ſimpliciter ambulant in mandatis dñi: agnoſcentes ſe eſſe
Job.1. de illoꝝ numero: de qbus dicitur. Boues arabant: ⁊ aſine paſcebant: iuxta eos. Qui vero medij ſunt: quaſi Cham: dum erubeſcunt videri neſcientes: non timent docere alios: que ipſi ignorant: ⁊ oſtendere hominibus: vt putant: viam vite: per quam ipſi ingredi neſcierunt. Sicſic decipiuntur ⁊ decipiunt: ceci duces cecorum: dicente domino. Si cecus cecum duxerit: ambo in foueam cadunt. De huiuſmodi ſuperbis hominibus: conqueritur domi
Mat.15 nus per Prophetam dicens. Ipſi currebant: ⁊ ego non mittebam eos. Currunt
Hier.23 enim ⁊ non mittuntur: quicunqꝫ abſqꝫ dono ſuperne gratie: doctrine myſterium
Phi.2 non accipiunt: ſed vſurpant querentes que ſua ſunt: non que Jeſu Chriſti. Qui ergo percipientes donum ſpiritus: ex neceſſitate magis diſpenſationis credite: q̃ꝫ ex inanis glorie appetitu: nunciant hominibus verba vite: protegente ſe Dei ſpiritu: mortaliter errare non poſſunt: aut ſi errant ſine mora reuocantur ad viam. Qui enim preſtat donum glorie ad vtilitatem multorum: ipſe cuſtodit humiles:
Ro.11 quibus erogat dona ſua: ⁊ eripiet eos a laqueis ſtatutis ab impijs ſecus viam. Sed ⁊ ſimplices quiqꝫ qui ſe eſſe iudicant id qđ ſunt: ⁊ nolunt oĩno alta ſapere: ſed humilibus conſentire: eo a ſoliditate fidei: in qua ſemel fundati ſunt: eradicari nequeunt: quo magis credere maioribus ſuis: a quibus verbum fidei perceperunt: q̃ꝫ aliquid per ſeipſos preſumere: vt alios doceant: docti ſunt. Qui vero ne videantur inſcij: ſanctorum diſcipuli eſſe nolunt: ⁊ vt videantur eſſe quod non ſunt: docere que ipſi neſciunt: impudice preſumunt: quo eſſe alumni veritatis pre pudore renuunt: eo pre timore animi magiſtri erroris fiunt. Hec eſt ergo tertia pars hominum que ſemper ⁊ vbiqꝫ dilabitur: ad errorem: ⁊ euulſa ab vtero matris ſue: dum neſcit vera que proferat: loquitur falſa. Quaſi ergo tertia pars terre: ⁊ tertia pars arborum combuſta eſt ſub angelo primo. Quia plures eorum qui crediderant ex circuncitione: errauerunt a fide: ⁊ nonnulli qui ſcire aliquid videbantur: pſeudo apoſtoli facti ſunt. Et notandum ꝙ non ait: tertia pars ſeni viridis: ſicut ait: tertia pars terre: ⁊ tertia pars arborum: ſed omne fenum viride combuſtum eſt: qꝛ dum de illis qui ſpirituales eſſe videbantur: pars aliqua lapſa eſt in errorem: hij qui ex toto carnales erant ⁊ credebant: ea facilitate omnes pariter abierunt retrorſum: qua ⁊ ſequentes alios crediderant in ſaluatorem. Qui eniꝫ non idcirco credunt: quia intelligunt verbum: ſed quia alios conuerti vident: qui eſſe in gente ſua magni nominis extimabantur: ſi forte illorum aliqui mouentur a ſtatu ſuo: omnes cum eis pariter cadunt: ⁊ veluti fundamẽto diructo: tota ſimul fabrica infeliciter ruit. Quaſi ergo tertia pars terre: ⁊ tertia pars arborum cum vniuerſo ſeno viridi combuſta eſt ad tactum ignis: quia ⁊ pars non modica eorum qui eſſe aliquid videbantur: ob falſi zeli ſuccenſionem in viriditate fidei ſtare deſijt: ⁊ multitudo maxima eorum qui carnaliter ſapiebant: ac ſi cuiuſdam ſeni ſpecies ad defectum deuenit.

De ſecundo angelo tuba canente.

T.9. Et ſecundus angelus tuba
cecinit.

Secundi curſus tpis ſecundaꝫ docto
rum facit diſtinctionem. Doctores
nempe pmi tpis affuerunt apoſtolis: do
ctores ſcdi tpis: ſanctis martyribus aſtite
runt. Ut enim de apoſtolica eccleſia egreſ
ſi ſunt pſeudo apoſtoli impugnātes apoſtoli
cam libertatem: qbus tñ reſtitit doctor gē
tium Paulus: cuꝫ coadiutoribus ſuis: ita
de ſepteꝫ dyaconibus egreſſi ſunt nicolay
te: qui pdicationem ſcdi temporis here
tica prauitate fedarent. Ait ergo ſanctus
Joannes.

T.10 Secundus angelus tuba ceci
nit: & tanq̄ mons magnus igne
ardens miſit ſe in mare: & facta
eſt tertia pars maris: ſanguis: &
tertia pars creaturæ: quæ habēt
animas ī mari: mortua eſt: & ter
tia pars nauium interiit.

Sicut in terra Synagoga: ita in mari
deſignat̄ gentilitas. Montem iſtum ma
gnum arbitror fuiſſe Nicolaum vnum de
ſeptem dyaconibus pmis qui ſuccenſus:
(vt fertur) zelo malitie ſue: tam noiatam
hereſiꝫ ꝯdidiſſe narratur. Huius abhomi
nāde hereſis ⁊ per oia deteſtāde: in angelo
eccleſie pme mentio facta eſt: dicēte dño.
Hoc habes bonum: qꝛ odiſti facta nicolay
taꝝ: que ⁊ ego odi. Simili modo ⁊ hoc ec
cleſie pgami. Habeo aduerſum te pauca:
qꝛ habes illic tenentes doctrinam Balaā:
qui docebat Balac mittere ſcandalum co
raꝫ filiis iſrael: edere ⁊ fornicari: ita habes
⁊ tu tenentes doctrinam nicolaytaꝝ. Fa
cta eſt tertia pars maris ſanguis: ſubaudit̄
ex doctrina illius: quia magna multitudo
hoium habentium aliquam ſcintillam fi
dei: ex auditu vꝫ vocis eoꝝ: de qbus dici
ps.18. tur: in oēm terram exiuit ſonus eoꝝ: hoc
eſt: illoꝝ hoium: qui aut iam credere cepe
rant veritati: aut forte crederent: ſi eis no
ua pfidia non obeſſet decepta per Nico
laum: mortua eſt a fide xpi: adeo vt cum
ſpiritu ceperit: carne ꝯſumpta ſit: ⁊ ſequēs
carnem ⁊ ſanguinem: pdiderit funditus
regnum vite. Tertia vero pars qd ſigni
cet: ſemel nos in angelo pmo explanaſſe
ſufficiat. Ueruꝫ qꝫ tertia pars maris facta
eſſe ſanguis: ⁊ tertia pars aialium maris
mortua: ⁊ tertia pars nauiuꝫ interiiſſe nar
ratur: indicat ex carnali illa doctrina: non
modo multos credentes eſſe abſortos: ve
rumetiam nonnullas eccleſias occulto dei
iudicio deperiiſſe.

De tertio angelo tuba canente.

Et tertius angelus tuba ceci T.11
nit: & cecidit de cælo ſtella ma
gna ardens ſicut facula: & ceci
dit in tertiam partem fluminum
& in fontes aquarum.

Et in opere ꝯcordie: qꝛ ibi locus erat
digeſſimus: tertia doctoꝝ ſucceſſio
que in tertio ac ſi improprio curſu tpis ſo
lēnior fuit a tpibus Cōſtantini auguſti in
cepiſſe dignoſcitur. Fuit autem in diebus
eius ſacerdos qdam alexādrinus nomine
Arrius: qui pro moꝝ honeſtate quam ha
bere in eccleſia videbat̄ vnus de magnis
luminaribus celi eſſe inter clericos puta
bat̄: vtpote: qui opeꝝ lucem hoibus oſten
debat: ⁊ inſtitutis exemplo vite ſue: non
paruum gradiendi in via dñi emolimen
tum preſtabat. Hic qꝛ nō intus oculos ha
buit: ſed tm̄ foris eleuatus faſtu ſuperbie:
videri magnus ꝯcupiuit: ignorans illud
qd̄ ſcriptum eſt. Ante ruinam exalt. cor.
Deniqꝫ ex ſuperbia ⁊ libertate venit̄ ad
appetitum inanis glorie: ⁊ ex appetitu ina
nis glorie itur ad obſtinationem ⁊ duritiā
cordis. Porro de duritia cordis naſcit̄ ze
lus malus: ⁊ furor indignationis aduer
ſus corruptores ⁊ magiſtros eccleſie: ita vt
magis



magis libeat cadere cum falſo ⁊ fallaci ho
nore: q̄ꝫ ſtare cum rubore ⁊ verecundia: ſi
forte ſupari ꝯtingat. Scdm hoc: accidit mi
ſero illi ad correptionem ſancti viri Ale
xandri Alexandrini epi: nolenti ſatiſface
re preceptori ſuo: ⁊ ſponte accipere diſcipli
nam. Deniqꝫ inflāmatus ira ⁊ zelo amari
tudinis vehemēter accenſus: qꝛ iniuriam
ſibi factam equanimiter ſuſtinere non po
tuit: indurauit cor ſuum ſup lapidem ad
tuendum errorem: quouſqꝫ accideret ipſi
⁊ complicibus eius illud qd̄ de eis pſalmi
ps.75. ſta lōge ante predixerat. Alienati ſunt pec
catores a vulua: errauerunt ab vtero: ⁊ lō
ge ſunt facti. Furor illis ſm ſimilitudineꝫ
ſerpentis: ſicut Aſpidis ſurde: ⁊ obturātis
aures ſuas: que non exaudiet vocem incā
tātium: ⁊ venefici: que incantatur a ſapien
te. Et cecidit (inquit) in tertiam partem
fluminum ⁊ in fontes aquaꝝ: qꝛ innume
ra epoꝝ ⁊ ſacerdotum turba errore illo pe
ſtifero infecta eſt: ita vt vnde aqua ſapiētie
⁊ ſciētie (cum adhuc eſſent catholici) an
te emanare ꝯſueuerat: inciperet egredi le
talis potus: ⁊ qui mortem haurientibus p
pinaret potius q̄ꝫ vitam. Nam ſequitur.

T.12. Et nomen ſtellæ dicitur ab
ſinthium: & facta eſt tertia pars
aquarum in abſinthium: & mul
ti hominum mortui ſunt de aq̄s:
quia amaræ factæ ſunt.

Lꝫ ab ipſa ſui origine multos ⁊ feroces
hereticos ſuſtinuerit eccleſia: nulli tñ ſicut
Arriani ad tantam amaritudinem pduxe
runt eam: nulli ſic materna viſcera amari
care fecerunt. Non eniꝫ ſicut alii ⁊ alii ex
tra tantūmodo ⁊ non intus ꝯueniebāt in
ſectas: vt recedētibus eis ab vtero: ei que
ſe genuerat in xpo per baptiſmatis ſacra
mentum: darent ſpatium ad quietem: ſed
repente infra ſinum ipſius eccleſie: qui eſſe
putabat̄ filius: deprehendebatur alienus:
qd̄ q̄ſte amaritudinis fuerit: illi vere ſcire
ſufficiunt: qui hoꝝ ſimilia patiunt̄. Quid
enim dicebat ille: qui deflebat eos quos ite
rum parturiebat? Quis (inqt) infirmat̄:
⁊ ego non infirmor? Quis ſcandalizatur: 2.cor.11
⁊ ego non vror? Recte ergo dictuꝫ eſt. Et
nomen ſtelle dr̄ abſinthiuꝫ: qd̄. ſ. abſinthiuꝫ
aquas dulces ⁊ aptas in potum: in amari
tudinem vertit: qꝛ nō Arrius ſicut Nico
laus gentes infideles collegit in ſectas: ſed
magis in populuꝫ Chriſtianum: populuꝫ
qui erat precio magno: hoc eſt: xpi ſangui
ne iam redemptus: ac ſi qdam Regulus:
venena diffudit. Et facta eſt (inquit) ter
tia pars aquaꝝ in abſinthium: ⁊ multi ho
minum mortui ſunt de aquis: qꝛ amare fa
cte ſunt. Lꝫ aquaꝝ noie ſcripturaruꝫ volu
mina deſignent̄: tñ qꝛ ſcripture ipſe: per ſe
legi nequeunt: nec puenire queunt ad no
titiam hoium: niſi ſit qui doceat ⁊ oſten
dat: non abſurde per aquas dulces: docto
res eccleſie intelligunt̄: qꝛ ⁊ illud veꝝ eſt:
qd̄ ſcriptum eſt in hoc libro. Aque multe:
ſunt populi multi. Ut auteꝫ legem Moy
ſi: vocat Apoſtolus Moyſen dicēs. Quo 2.cor.3.
tienſcunqꝫ legitur Moyſes: velamen eſt
poſitum ante oculos iudeoꝝ: ita ⁊ ſub ſpe
cie doctoꝝ: doctrine quoqꝫ eoꝝ intelligū
tur: adeo vt qd̄ myſtice de doctoribus dr̄:
de illoꝝ doctrinis intelligatur: quaꝝ alie
vere ſunt ⁊ fideles: alie peſtifere ⁊ corru
pte: nō qꝛ doctrine ſimpliciter male ſunt:
ſed qꝛ mali ſunt ⁊ pfidi qui inficiunt illas.
Quaſi autem tertiam aquaꝝ partem inſe
cit Arrius ⁊ vertit in ſaporem abſinthii: qm̄
per errorem eius corrupti fuere ſacerdo
tes ⁊ epi adherentes ſibi: adeo vt ex ore il
loꝝ qui videbantur eſſe duces populi: ⁊
doctores eccleſie: non aqua ſapientie ⁊ ſciē
tie: ſicut ſperabatur exiret: ſꝫ magis error:
non dulcedo mellis: ſed amaritudo abſin
thii. Quid enim dulcius eſſe pōt generi
humano: q̄ꝫ qd̄ ait dñs in euangelio? Sic Joā.3.
deus dilexit mundum: vt filium ſuuꝫ vni
genitum daret? Et illud qd̄ ait Joannes:
cuius eſt liber iſte. Diligamus nos deum: 1.ioā.4.
qm̄ ipſe prior dilexit nos: ⁊ miſit filium
ſuum ppitiationem pro peccatis noſtris?

Sed qđ amarius eſſe pōt doctrina Arrij: qui ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtuꝫ: qui eſt ſpes omnium Chriſtianorum: ⁊ vita credētium: non eſſe predicabat verum Deum ſicut ⁊ patrem: ſed quaſi terrenum principem ⁊ magnum inter filios adoptionis? Quod ſi verum eſſet: omnes profecto Chriſtiani ⁊ qui credunt in euꝫ eſſent maledicti: qꝛ ſcriptuꝫ eſt. Maledictus homo

Hie.17 qui confidit in hoīe Sed ⁊ fruſtra ſperare

Ioā.8. mus illud qđ ipſe filius ait. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Fruſtra ⁊ qđ ait Apoſtolus. Miſit deus ſpirituꝫ filij ſui in corda noſtra: in quo clamamus: abba pa

Ro.8. ter. Unde enim nobis hec oīa: niſi qꝛ xp̄s verus eſt Dei filius: non ſicut ceteri: adoptiuus: ⁊ veraciter aſſumpſit naturam noſtraꝫ: vt facti vnuꝫ in ipſo ⁊ cum ipſo: ſimus ꝑ eum filij ⁊ heredes: heredes qdem Dei:

Ro.8. coheredes autem Chriſti? Si autem dulce eſt hoībus eſſe liberos ⁊ heredes Dei: amaꝝ profecto eſt: eſſe ſeruos: ⁊ alienos a Deo viuo ⁊ vero: eſſe priuatos ⁊ expertes ab illa ſuauiſſima mellis dulcedine: quam ſugunt electi Chriſti abundanter de petra: ⁊ oleo illo ſpirituali: de quo dicit Apoſtolus. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater. Porro Arriani contra hoc ſentientes: docebant verum Deum ⁊ veꝝ dominum eſſe ſolum patrem: euacuātes letitiam ſpei noſtre: que eſt in vero filio Dei: qui nos per aſſumptionem nature noſtre: ⁊ donuꝫ ſpiritus ſancti abſoluit ab opprobrio ꝯditionis noſtre. Quibus ⁊ attendentes multi peſtiferas illoꝝ doctrinas: tanq̄ꝫ a ſenioribus populi inſeliciter ſuſceperunt: adeo vt ſeparati a ſana fide ꝯuenirent in ſectas: ad ꝑſequendam generaliter omneꝫ catholicoꝝ eccleſiam: putantes ſe ſuperare poſſe armis: quos nō poterant vincere ratione. Perſeuerauit auteꝫ ꝑſequutio Arrianorum vſqꝫ ad tempora Sarracenoꝝ: vt duꝫ alia ſuccederent alijs: eſſet eccleſie tempus a palma martyrij otioſum. Siqdem ⁊ propter hoc: multos legimus ab arrianis Regibus: ⁊ Epiſcopis: grauibus affectos ſupplicijs: multos amiſſa temporali vita: glorioſo martyrio coronatos.

De quarto angelo tuba canente.

Et quartus angelus tuba cecinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis: & tertia pars lunæ: & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcurarentur tertia pars eorum: & diei nō luceret tertia pars: & noctis ſimiliter. T.11

In opere concordie: quod reſpicit eſimili: liber iſte cum ageret de ſeptem diebus originalibus: ⁊ peruentum eſſet ad diem quartum: dictum eſt ſignificari in ſole: ⁊ luna: ⁊ ſtellis: heremitas ⁊ virgines: qui per alta ꝯtemplationis gradientes itinera: lucem ꝑfectionis ſue fidelibus populis oſtenderunt. Quarta etenim die fecit Deus oīpotens: ſolem: ⁊ lunam: ⁊ ſtellas: ⁊ quarto loco in hac tertia parte libri: ⁊ in ſeptem angelis effundētibus ſeptem phialas iracundie Dei: ſolis: ⁊ lune: ⁊ ſtellaruꝫ mentio facta eſt: lꝫ ſolēnius in quarta parte Libri huius: vbi inter cetera que in ea ſcripta ſunt: de eiſdem luminaribus aliqđ ſpecialius: atqꝫ ſignificantius dr̄. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius: ⁊ in capite eius corona ſtellaꝝ duodecim. In muliere ſi qdem iſta: eccleſia ſanctaꝝ virginum ſpecialius deſignatur: que lꝫ a matre Chriſti initium ſumpſerit: quarto tamen eccleſie tempore claruiſſe dignoſcitur. Sed heu q̄ꝫ velox eſt ad nocēdum doli artifex ⁊ magiſter erroruꝫ: qui quo altiorem cernit gradum: eo magis ad tētandum pios exercet malitiam cordis ſui. Ecce eniꝫ tertia pars ſolis: ⁊ tertia pars lune: ⁊ tertia pars ſtellarum percuſſa eſſe narratur: nec dubium

Libr conc



qꝙ ſuggerente ipſo qui ⁊ expulit primum hominem de Paradiſo: ſed tamen a quo percuſſa ſit: aut qs eaꝫ ꝑcuſſerit: non exprimitur. Scimus partem meridianam quaꝫ ordo heremiticus ⁊ virgineus ſpecialius incolebat non lōge poſt obitum beati Pape Gregorij: primo quidem a gente Perſarum: deinde a Rege Arabum occupataꝫ fuiſſe. Sub eiſdem namqꝫ temporibus: famoſa illa Sarracenoruꝫ hereſis: ac ſi vena corrupti laticis: ſuper terram erupit: per quam multitudo hominum incolentium heremum: tum vi: tum prauis monitis: a fide Chriſtiana euulſa eſt: precipue in Regione Thebayde ⁊ Egypti: vbi maxima illius ordinis multitudo degebat. Que: videlicet: hereſis: ⁊ verſutia dyabolice fraudis: legeꝫ illam (dico ſacrilegam) quam inſtruit Mahometh: eo contraria eſt voto virginum: ⁊ profeſſoribus caſte vite: quo ⁊ ſummum gaudium: ⁊ ſummum bonum: tradidit eſſe luxuriam: promittens eam ⁊ poſt finem mundi ſectatoribus ſuis. Hoc nō habuit in ſua lege Iudeus: hoc nec ipſi Philoſophi gētium ſuis auditoribus tradiderunt: nō Sabellianus: neqꝫ Arrianus hereticus. Sed quis ſcit q̄ꝫ pauce Uirgines in preſſura illa ſtare in propoſito potuerunt: quatenus ⁊ ſi corpore ꝓſtitute ſunt: ſaltem mente: ſaltem ⁊ fide incorrupte manerent? Uerum quia non (quod abſit) totum: ſed tertia tantum pars percuſſa eſſe narratur: liquet qꝙ illos ſolos heremitas: ⁊ illas ſolas virgines ſuperari in hora illa tētationis ſue: Deus iuſtus permiſit: qui laborantes morbo hypochriſis: aliud oſtendebant in ſpecie: aliud gerebant in corde: quoruꝫ deteſtanda progenies: deſignata eſt in prima parte: in muliere Iezabel ⁊ filijs eius: dicente de ea dominu: angelo eccleſie Thyatyre: que ⁊ ipſa quarta eſt in numero aliarum. Habeo aduerſum te: qꝛ permittis mulierem Iezabel: que ſe dicit prophetem: docere ⁊ ſeducere ſeruos meos fornicari ⁊ manducare de ydolaticis. Igitur hec tertia pars percuſſa eſſe narratur: percuſſa funditus a claritate ſua: relique auteꝫ due partes (hoc eſt) prudētium ⁊ ſimpliciuꝫ: nihil diſcriminis paſſe ſunt. Sequitur.

Et vidi & audiui vocem vnius Aquilæ volātis per medium cælum: dicentis voce magna. Ve, ve, ve habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum: qui erant tuba canituri. T.14.

Si tempore huius quarti Angeli: vox iſtius Aqle audita eſt: ego aqlam iſtaꝫ: beatum Papam Gregorium fore credo: qui

Papa Grego. tam libere: ⁊ taꝫ multa de mundi fine: ⁊ de preſſuris finalis ſeculi ſcripſiſſe dignoſcit: quiqꝫ allegoriaruꝫ ſemitas: ac ſi arduas celi vias altius pre ceteris peruolauit. Neqꝫ enim inuenitur alius ſimilis eius: qui ita erumnoſa tp̄a appropinquaſſe in ſuis operibus teſtaretur. Opponentibus autem ſuper his: in ꝯcordie opere ſatiſſecimus. Qđ enim nō cito accidit qđ predixit: non ideo nō accidit: qꝛ deceptus eſt ipſe: ſed qꝛ iudiciuꝫ: qđ facturus erat dn̄s: miſericordia tēperauit: quatenus ⁊ tp̄s pacis ꝓtelaretur: in dies multos: ⁊ breuius faceret tēpus luctus. Illud aūt non eſt ſimpliciter intuenduꝫ: qđ de vocibus triuꝫ angeloꝝ: tria: ve: promittantur hoībus qui morant̄ in terra (hoc eſt) illis hoībus qui terrena ſapiunt: ⁊ terrena ſectant̄: quaſi cauſaliter accidat: ⁊ nō magis iudicij veritate: qꝛ qui nolunt obedire doctoribus veritatis: iuſtum eſt ⁊ equum iudicium vt incurrant (ꝑmittente deo) in operationem erroris: ⁊ credāt mendacio: qđ amauerunt. Sed iaꝫ nunc veniēdum eſt ad quintum Angelum: cui ⁊ aſcribitur primum: ve: ⁊ qđ in tp̄e eius acciderit: non ſine cordis gemitu attēdamus: preſertiꝫ: cum in diebus noſtris ꝯfuſa eſſe oīa videant̄: ita vt necdū primo: ve: ad finem ꝑducto: appropinquare alia: ve: ſignis euidentibus ſentiamus. Sequitur.

aliqua non his minoꝛa ſermo ꝓpheticus loqueretur: quāuis ſi hoꝝ vnus eſt Angelus: iſte magis eſſe intelligendus Enoch qui pꝛimus diſparuit: videatur. Uex hoc ꝓut melius Deus nouit. Unum dico pꝛo certo: ꝙ huius Angeli ſignificatum: magnum aliquem pꝛedicatoꝛem perſonaliter tangit: quāuis ſpiritualiter ad multos viros ſpirituales qui in ipſo tp̄e futuri ſunt competenter valeat retoꝛqueri: pꝛeſertim: cum ſicut Chꝛiſtus elegit ſibi Diſcipulos non paucos ad pꝛedicādum litteram euāgelij: ita opoꝛteat ſpiritum ſanctum eligere ſibi aliquos quos voluerit ad ꝓducendum: ac ſi de tenebꝛis ad lucem ſpiritualem ac viuificum intellectum: dicente domino. Non enim vos eſtis qui loqmini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loqtur in vobis. Unde ꝛ bene idem Angelus habere yrim in capite: dictus eſt: ꝙ yris (vt iam diximus in ſcđa parte) aut ipſuȝ ſpiritum ſanctum: aut ſpiritualem ſignificat intellectum. Sane facies Angeli ſimilis erat Soli: qꝛ opȝ in hoc ſexto tp̄e ſplendeſcere in modum Solis: ꝯtemplationem ſapientie Dei: ꝛ ꝑuenire ad notitiam eoꝝ qui deſignantur in Petro: ꝛ Jacobo: ꝛ Joanne: vȝ: Hebꝛeoꝝ populi: Grecoꝝ: ꝛ Latinoꝝ:

quinimmo primo Latinorum : deinde
Grecorum : ⁊ Hebreorum : facti nouiſſi/
mat. 20. mi qui erant primi : ⁊ qui primi nouiſſi/
mi. Ut enim pertinens ad hoc : aliud tan/
gamus myſterium: primo in Monumen
tum : ingreſſus eſt Petrus : ⁊ poſt ipſum
Joannes : tertio autem Maria Magda/
lena inclinauit ſe : ⁊ proſpexit in Monu/
mento. Quod enim in illo myſterio :
Maria : hoc in iſto Petrus deſignat : ⁊
quod in illo Petrus ⁊ Joannes : hoc in
iſto Jacobus ⁊ Joannes. Ceterum quod
deſignent iſti tres videntes faciem Jeſu
Chriſti ſplenduiſſe in monte : hoc Magi
qui venerunt ab Oriente ad domum in
qua erat Sol iuſtitie Chriſtus : ad indi/
tium Stelle: qꝛ ⁊ ipſi pari cauſa myſterij:
tres fuiſſe traduntur. Sed quia digna de
tam dignis ⁊ ſanctis rebus occaſio data
eſt : oportet nos de his tribus Apoſtolis
aſcendentibus in montem : paulo latius
agere: vt qđ ibi geſtum eſt ſm litteraꝫ: hic
ſm ſpiritum complendum eſſe: intelliga/
mus. Neqꝫ enim dubium eſſe poteſt: quin
mat. 17. magni fuerit ⁊ archani myſterij : ꝙ poſt
ſex dies Chriſtus Jeſus maieſtatis ſue glo
riam tribus familiaribus diſcipulis reue/
lare dignatus eſt. Et hoc inter Moyſen ⁊
Helyam: qbus magna inter magnos pro/
phetas auctoritatis ſublimitas collata eſt.
Ego ſextum diem : ſextum tp̃s eccleſie ſi/
gnificari arbitror: in quo inter Moyſen ⁊
ad Helyam: ac ſi Sol in virtute ſua: xp̃i fa
cies ſplendet: qꝛ in ꝯfinio ſc̃di ſtatus ptinẽ
tis myſtice ad Moyſen: qui fuit paſtor po
puli iſrael: ⁊ tertij: qui pari modo pertinet
Helyam viꝝ vtiqꝫ ſpiritualem ⁊ neſcien/
tem vxorem: ſed ⁊ vitam ſolitariam priua/
tamqꝫ ducẽteꝫ: facies Chriſti Jeſu: ſcriptu
ra. ſ. teſtamenti noui his qui per apoſtolos
illos deſignantur: manifeſtius pre ſolito in
noteſcat. Ut enim teſtm̃ vetus : qđ eſt ſm
ſpiritum: facies Moyſi: inchoata ſexta eta
te mundi: ablato (qđ erat ſup illam) vela/
mine : cultoribus veritatis innotuit : ita
nunc quoqꝫ inchoata ſeptima: amatoribus

iuſtitie: euãgeliuꝫ Chriſti Jeſu plenius in/
cipiet effulgere: vt qui eum hactenus per
fidem cognouimus: vſqꝫ ad ꝯtemplãdam
ſpecieꝫ ipſius celſitudinis ꝑducamur. Pro
eo igit̃ ꝙ ſexta etas: que in ſex ſpecialibus
tꝑibus (ſicut ſepe diximus) terminat̃ : ad
laborem martyribus data eſt: ſeptima ꝯfeſ/
ſoribus ad ꝯtemplationem Dei: iure inter
Moyſen paſtoreꝫ populi: ⁊ vſqꝫ ad tediuꝫ
aĩe in regimine deſudantem: ⁊ Helyam vi
tam quietam ⁊ ꝯtemplatiuam ducentem:
in modum luminaris diurni: facies ſalua/
toris effulſit: qꝛ in ꝯfinio (vt iaꝫ diximus)
ſc̃di ſtatus: qui ad laborem ꝯſtitutus eſt : ⁊
tertij qui ad otium ⁊ quietem: nobis ſi nõ
negligimus ⁊ filijs noſtris : hec tam mira
claritas ꝯceſſa eſt: vt rareſcẽtibus ſignis ⁊
miraculis: qbus hactenus tenera fides : ⁊
pro tꝑe inualida: nutrita eſt: iam nunc : vt
ſeniores ⁊ ꝓuidi: non vt heſitantes ⁊ tentã
tes Deum : ſignum de celo videre quera/
mus: ſed in lumine Saluatoris noſtri per
ſemitam Juſtitie : infatigabiliter inceda/
mus. Utiqꝫ ⁊ propter hoc laborandum
erat diutius in etate ſexta : ⁊ q̃ꝫ nimis in
ſexto tempore etatis ſexte : vt quomodo
filij Jſrael ad colligendum manna : pro
die ſexto : ⁊ Sabbato : duplo : ſexta feria
laborabant : ita in etate ſexta laborarent
fideles in verbo Dei : vt ⁊ temporis pre/
ſentis afflictiones : ⁊ earundem afflictio/
num ſacramenta diligenter agnoſcant : ⁊
ad myſteria ſequentis ſeculi (hoc eſt) eta/
tis ſeptime : que ſequetur: in ſplendore ce/
leſtis luminis contemplanda tranſirent.
Uerum : hoc propter ſextum diem ⁊ ſe/
xtum tempus: ⁊ propter ſplendorem So
lis: qui ita apparuit in facie huius Angeli:
quẽadmoduꝫ ⁊ in Chriſto Jeſu: quatenus
apte daretur intelligi : ꝙ id complendum
eſt ſpiritualiter in tꝑe ſexto: qđ ibi in ſexto
die (non ſine myſterio) intimatur. Sed
ſi in facie Angeli huius qui lucebat ſicut
Sol: notitiam ſpiritualis intelligentie in/
cõcuſſe tenemus: qđ in pedibus eius qui
erant quaſi columna ignis: niſi ſenſuꝫ con



cordie duorum teſtamentoꝝ? Qui: vꝫ: ſen
ſus concordie iure: columne ignis ſimilis
eſſe perhibetur: qꝛ ⁊ firmitatem veritatis
pateſacit in littera: ⁊ eos qui querunt illuꝫ
in veritate : illuminat ⁊ accendit: ⁊ tanq̃ꝫ
oſtenſurus lucem veram: ad ſuperiora re/
currit. Jdcirco autem: hoc trinum aſcribi
tur doctoribus veritatis: qꝛ ipſis median/
tibus ⁊ operantibus : gratia illa que deſi/
gnata eſt in xp̃i ad notitiam auditoꝝ (dño
largiente) perducitur. Unde bene quoqꝫ
in manu eiuſdem Angeli: liber: qui aliquã
do ſignatus erat : demonſtratur apertus:
qꝛ cum tria iſta in ꝯcordiam veniunt : qđ
clauſum erat hactenus in ſcripturis ſan/
ctis: reſerratis firmaculis aperitur. Jn ma
nu autem Angeli: manet liber apertus: qꝛ
in poteſtate eoꝝ: quibus datum eſt: manet
oſtendere fidelibus : quid ꝯtineatur in li/
bro: ne quis ꝯfidens de ſuis viribus: aliqđ
ſine dono preſumat: ⁊ volens ſcire alta: de
diſcat humilibus ꝯſentire. Et quid inde?
Omnis (inquit) qui ſe exaltat: humilia/
Luc. 14 bitur: ſicut e diuerſo: qui ſe humiliat exalta
bitur. Potẽs eſt enim qui preſtat donum:
augere virtutem: vt quo maior ſit aliquis
in domo Dei: humiliora ſentiat de ſeipſo.
Alias aũt: bonuꝫ eſt magis nõ preſumere
quicq̃ꝫ: ne forte ⁊ pro aſſertione falſi: here
ticus: ⁊ pro ſuꝑbia incorrigibilis fiat. Qui
autem acceperunt donum: reddunt pecu
niam: vel inuiti: metuentes illam dñi ſen/
tentiam : qua dictum eſt ſeruo malo ⁊ pi/
Mat. 22. gro. Ligatis manibus ⁊ pedibus : ponite
eum in tenebras exteriores. Qualiter au/
tem doceant qui vera docent: in opere hu
ius Angeli demonſtratur: cum dicit̃. Po/
ſuit pedem ſuum dextrum ſup mare: ſini/
ſtrum vero ſuper terram. Mare ⁊ terra in
diuina pagina pro locis: in quibus ſcripta
ſunt: diuerſa habẽt ſignificare. Hic tamen
per mare: teſtamentum nouum: vetus in/
telligitur per terram: qꝛ illud terrenis ho
minibus ⁊ terrena ſapientibus datum eſt:
iſtud ſapientibus: ⁊ profunda ſanctaꝝ ſcri
pturarum perambulare valentibus. Sup

mare vero ⁊ ſuper terraꝫ poſuit Angelus
pedes ſuos: qꝛ ſenſus ſpiritualis doctoris:
veritatem que latet in diuina Pagina pro
ferre volentis: duoruꝫ teſtamentoꝝ littere
(ac ſi cuiuſdam arboris radici) innituntur:
quatenus tanto ſuperius fructum ſpiritua
lem ferat : quanto plantatus in bona ter/
ra: ⁊ rigatus ſepenumero: in viriditate ꝑ/
durat. Que enim Chriſti eſt viriditas: ni/
ſi fides? Ubi autem fides melius queri/
tur: q̃ꝫ vbi duo vel tria teſtimonia conue/
niunt in idipſum? Jn ore (ait dominus)
duorum vel trium teſtium: ſtat omne ver
Joã. 8. bum. Et bene dextrum pedem ſuper ma/
re poſuit: ſiniſtrum vero ſuper terram : qꝛ
ſicut iunior Effraym tactus dextera: pre/
latus eſt Manaſſe tacto ſiniſtra : ita no/
uum teſtamentum (licet eſſet poſterius
tempore) dignitate tamen factum eſt pri/
mum : dicente Domino de vtriuſqꝫ tem/
poris electis. Erunt primi nouiſſimi: ⁊ no
uiſſimi primi. Jgitur in terra: que eſt infe/ mat. 20.
rius elementum : deſignatur littera teſta/
menti veteris : in mari: littera teſtamenti
noui : in xp̃i qui apparet in nubibus celi:
ſpiritualis intellectus : qui ex vtroqꝫ pro/
cedit. Jnde eſt: ꝙ duo pedes Angeli ſimi/
les ſunt columne ignis : facies vero eius:
vt Solis. Quia : videlicet : ſenſus ⁊ no/
titia duorum teſtamentorum : quaſi hu/
miliora tenent : contemplatio vero ſpiri/
tualis Sapientie : in ſuperioribus manet.
Sed quare ſub ſexto Angelo tuba canen/
te: liber demonſtratur apertus: niſi vt com
pleatur illud quod preceſſit in myſterio:
die quo paſſus eſt Chriſtus: quando ⁊ ve
lum Templi ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ de/
orſum : ⁊ Monumenta (vt ait Euange/
liſta) aperta ſunt : ⁊ multa corpora San/ mat. 27.
ctorum qui dormierant: reſurrexerunt : ⁊
venerunt in Sanctam Ciuitatem : ⁊ ap/
paruerunt multis? Hoc eſt enim tem/
pus illud: de quo factus eſt ſermo ad Da/
nielem Prophetam. Quod clauſi eſſent
ſignatiqꝫ ſermones vſqꝫ ad tempus prefi/
nitum. Tempus prefinitum iſtud eſt : de Dañ. 12.

quo ⁊ loquimur. Inde eſt: q ⁊ ibi: ⁊ hic:
iuraſſe Angelus demonſtratur: vt qđ ibi
in ſexto tpe ſynagoge: hoc: hic in ſexto ec-
cleſie tpe appareat deſignatum. Sʒ de hoc
in ſequentibus. Angelus autem voce ma-
gna clamat: q: qđ dictuʒ eſt ei in tenebris:
annunciat in lumine: ⁊ qđ aure audiuit
Luc.12 in cubiculo: apte predicat ſuper tecta. Sed
q dictum eſt clamaſſe voce magna: ⁊ ad-
iunctuʒ eſt. Quaſi cum Leo rugit indigna-
tis animi: pertubationem prenotat: nec
dubium q propter eos qui infideles ſunt:
⁊ vſqʒ in finem ⁊ ꝯſumationem in incredu-
litate pdurant. Sine fide etenim intelle-
ctus haberi non põt. Quo circa rugit An-
gelus quaſi Leo: qm̃ defecit ſanctus: q: di-
minute ſunt veritates a filijs hoium. Et
Ps.11. qdem cum clauſus erat liber: videbantur
aliquãtulam excuſationem habere. Cum
vero iſdem liber exhibetur aptus: quam
de ignorantia ſua excuſationeʒ habebunt?
preſertim: cum ⁊ tonitrua ſeptem loquan-
tur voces ſuas: ⁊ ſint ipſe voces: voci An-
geli vſquequaqʒ concordes? Quod autem
dicit Joannes.

T.2. ¶ Et cum loquuta fuiſſent ſe-
ptem Tonitrua, ego ſcripturus
eram: & audiui vocem de cælo
dicentem. Signa quæ loquuta
ſunt ſeptem tonitrua noli ea ſcri-
bere.

¶ Demonſtrat non eſſe adhuc oia publi-
cãda in generatione mala ⁊ adultera. Ipſa
vox ſpiritualis que procedit de celo teſta-
mẽti noui: vt compleatur adhuc illud qđ
Luce.8 ait dñs Diſcipulis ſuis. Uobis datum eſt
noſce myſterium regni Dei: ceteris autem
in parabolis: vt videntes: non videant: ⁊
audientes: non intelligant. Sic ſtella Ma-
gis apparuit in oriente: ⁊ diſparuit ab ocu-
lis eoꝝ: quouſqʒ ipſi Magi pertranſirent
matt.2. Herodem. Sic Helyas oſtendit ad horaʒ
filijs Iſrael: ⁊ non longe poſt relictis illis
3.re.17. abijt ⁊ abſcondit ſe ab eis: quouſqʒ com-
plerentur anni tres ⁊ menſes ſex. Igitur ad
rugitum Angeli loquuntur tonitrua vo-
ces ſuas: q: ad predicationem doctoꝝ exhi-
bentium librum aptum: haud dubium: q
per ꝯcordiam duoꝝ teſtamentoꝝ: ſeptem
quoqʒ ſpiritus dñi qui miſſi ſunt a dño in
oẽm terram: voces ſpirituales ⁊ allegori-
cas: veluti e tertio celo: re vera: carnali ho-
mini occultandas emittunt. Siqdem aia-
lis hõ: non pcipit que ſunt ſpiritus Dei. 1.cor.2
Eſt enim primum celum (ſicut iam ſcripſi-
mus in hoc opere) vetus teſtamentum:
ſcđm teſtamentum nouum: tertium ſpiri-
tualis intellectus: qui ex vtroqʒ procedit.
Qđ ergo ait Joannes. Et que loquuta eſ-
ſent ſeptez tonitrua ſcripturus eram: ⁊ au-
diui vocem de celo dicẽtem. Signa que lo-
quuta ſunt ſeptem tonitrua: ⁊ noli ea ſcri-
bere: voluntatem ⁊ intentionem exprimit
prioꝝ diſcipuloꝝ: qui zelo veritatis accen-
ſi: volunt mox exprimere veritatem: non-
dum tñ attendentes illud qđ ſcriptuʒ eſt.
Tempus tacendi: ⁊ tps loquẽdi: eo q aia-
lis hõ non pcipiat que ſunt ſpiritus Dei. Eccle.3 1.cor.2
Signa (inquit) que loquuta ſunt ſeptem
tonitrua: ⁊ noli ea ſcribere. Signare duo-
bus modis accipitur in Diuina Pagina.
Accipitur enim p ſignum facere: vt eſt il-
lud. Signa Thau. Et accipitur pro ali- Ezech.9
qd in occulto tenere: vt in hoc libro. Ui-
di librum ſignatum ſigillis ſeptem. Hic er-
go q: ſeqtur. Et noli ea ſcribere: pro occul-
tare: accipiendum eſt. Sunt enim (vt iam
diximus) ſpiritualia verba: aialibus hoi-
bus occultanda: dicente dño. Nolite dare
ſanctum Canibus: ⁊ nolite ſpargere mar- Matt.7
garitas inter porcos. Non ergo qđ occulta-
tur: ab oibus occultat: ſed ab his qui ani-
males ſunt: ⁊ carnali ſubiacent intellectu.
Unde ⁊ fortaſſis: pro ſignuʒ facere: dictuʒ
eſt. Signa. Q: vʒ: cum ſignuʒ facimus: no-
ſtris loqmur: non alienis: ita vt qđ iſti pci-
piunt: illi viſo ſigno: veſtigare nõ poſſint.
Omne etenim ſignum: qđ fit a viro pru-
dente: ad ſignificandum aliqd occulte ali-
qbus non oibus: ſolet fieri: quatenus ⁊ no-
tis innoteſcat verbum: ⁊ ab ignotis quod
di abſcõdatur. Doctoris vero lingua: cala-
mo ſcribe: aſſimilata eſt: q: (vt in libro) ca-
lamus: ita doctoris lingua in corde populi
verba ſcribit. Unde ⁊ per Pſalmiſtam di.
Ps.44. Lingua mea: calamus ſcribe velociter ſcri-
bentis. Hoc ergo modo ſcribunt Docto-
res: ⁊ quiqʒ diſcipuli veritatis: cum verba
que audiunt a maioribus: in libro huma-
ni cordis imprimendo reponunt. Signifi-
cari aũt in libro coꝛ humanuʒ: Apoſtolus
2.cor.3 manifeſtat: cum dicit. Epiſtola noſtra: vos
eſtis ſcripta in cordibus noſtris: que ſcitur
⁊ legitur ab omnibus hoibus: manifeſtati:
qm̃ epiſtola eſtis Chriſti: miniſtrata a no-
bis: ⁊ ſcripta: non attramento: ſed ſpiritu
Dei viui: nõ in tabulis lapideis: ſed in ta-
bulis cordis carnalibus. Hoc inqʒ modo:
ſcribunt ſancti in tabulis cordis carnali-
bus verba dei. Hoc modo Joãnes: immo
hi qui deſignantur per illum: ſcripturas
ſe eſſe putant: que ſeptem tonitrua loquu-
Ps.18. ta ſunt: vt in oẽm terraʒ exeat ſonus eoꝝ:
⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Sed q: di-
gnus nõ eſt mundus intelligere archana
verba: nec videre (vt iam dixi) margari-
tas (quas pedibus ſuis ſepe ꝯculcant) au-
diũt dilecti Dei: velut ex alto celo: ex ipſo
ſacri libri myſterio: ſpiritualem vocem di-
centem ſibi. Nolite publicare archana ver-
ba: que rapti in paradiſum: que ⁊ vſqʒ in
tertium celum audiſtis: q: non ſunt aiali
homini: ⁊ carnalem intellectum habenti
indiſcrete narranda: ſed ita myſterialiter
reponenda in membranis: vt hi qui ſpiri-
tuales ſunt: ſpiritualiter capiant: ⁊ hi qui
aiales: prophanare non poſſint. Eſt enim
inter libꝝ ⁊ tonitrua differentia quedam:
quoꝝ alterum proprie ad Chriſtum perti-
net: ⁊ alterum ad ſpiritum ſanctum. Sunt
etenim quedam: que omnibus cõia ſunt: ⁊
oibus publice predicanda. Et ſunt que nõ
oibus dicenda ſunt: ſed quibuſdam (eo q
ſpiritualia valde ſint) ⁊ longe a carnaliuʒ
2.cor.12 intellectu: de qbus dicere videtur Apoſto-
lus. Scio hoieʒ in chriſto ante annos qua-
tuordecim: ſiue in corpore: ſiue extra cor-
pus: neſcio: deus ſcit: raptuʒ hmõi vſqʒ ad
tertiuʒ celum. Et ſcio hmõi hoiem ſiue in
corpore: ſiue extra corpus: neſcio: deus ſcit:
qm̃ raptus eſt in paradiſum: ⁊ audiuit ar-
chana verba: que non lʒ hõi loq. Primuʒ
celum eſt ſcriptura: que ptinet ad primum
ſtatum. Scđm: ſcriptura que ptinet ad ſe-
cundum. Tertium: intelligẽtia ſpiritualis
que ptinet ad tertiuʒ. In primo erudiunt
paruuli. In ſcđo inſtituunt adoleſcentes.
In tertio inebriant amici. Ut eniʒ qui (do-
nante deo) vicinitate lucis huius pfundi-
mur: manifeſtius aliqd inferamus: ſicut no-
bis in hyſtoria teſtamẽti prioris: in fine pri-
mi ſtatus: ⁊ exordio ſcđi: apiente Xp̃o: adi-
tus patuit: ita in fine ſcđi ſtatus: ⁊ initio
tertij: in littera teſtamẽti noui: ⁊ maxime
huius libri: apiente eo: queʒ miſit pater in
noie xp̃i: opʒ ſeptem tonitrua loq. ſublimi-
us voces ſuas: vt compleat adhuc in ſpiri- Joã.16.
tu pmiſſio illa Xp̃i dicẽtis. Cuʒ venerit il-
le ſpiritus veritatis: docebit vos oẽm veri-
tateʒ. Fuit illud: erit hoc. Uerumtñ non ſi-
cut illud: ita ⁊ iſtud. Non enim eadem cã
fuit incarnati verbi: ⁊ miſſi ſpiritus ſancti
in ſpecie columbe ⁊ ignis: q: verbuʒ incar-
natum: tam iuſtis: qʒ iniuſtis in eadem aſ-
ſumpta carne manifeſtum apparuit: ſpiri-
tus vero ſanctus nõ niſi fidelibus: ⁊ vere
fidelibus oſtenſus eſt. Unde: ⁊ Dñs ipſe
(quem viderunt ⁊ occiderunt Judei) di- Joã.14.
cens. Ego rogabo patreʒ: ⁊ alium paracly-
tum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in
eternum ſpiritum veritatis: quem mun-
dus non põt accipere. Protinus adiecit ⁊
ait. Q: nõ vidit eum: nec ſcit euʒ. Uos au-
tem cognoſcetis eum: q: apud vos mane-
bit: ⁊ in vobis erit. Qđ tale eſt: ac ſi dicere-
tur. Lʒ ⁊ ego venerim: ⁊ ipſe veniet: nõ tñ
videbit eum mũdus iſte: ſicut vidit me: ⁊
occidere querit: ſʒ in ſolis electis meis erit
⁊ apud ipſos manebit ꝯſolans eos: per ſe
ipſum: ⁊ docẽs illos oẽm veritatem. Non
igitur ea cã eſt aptionis libri qui ptinet ad
pateſactionem ꝯcordie duoꝝ teſtamẽtoꝝ:

Atha⁹. ⁊ loquutionis ſeptem tonitruorum ad in/
telligenda ſecreta Dei : vt vtriuſqꝫ rei ſi/
mul detrudetur archanum : ſed illud eſt
predicandum publice : iſtud in cordibus
perfectorum ſignandum : quouſqꝫ com/
pleaſ predicatio libri ad comprobandum:
ꝙ patris ⁊ filij vna ſit diuinitas : equalis
gloria:coeterna maieſtas. Unde ⁊ ipſe fili/
us dicit. Niſi ego abiero (ſubauditur : ad
patrem) Paraclytus non veniet ad vos.
Joã.16. Quod eſt dicere. Niſi ego prius compleo
opera mea : vt per ea que ego operor ad ſi/
militudinem operum patris mei:cogno/
ſcat me mundus eſſe equalem patri : non
eſt voluntatis mee mittere alium paracly
tum:cuius vocem per vos audiat:me con
tempto:q꞉ niſi precedat fides : non ſequi/
tur intellectus. Sequitur.

T.3. ¶ Et Angelus quem vidi ſtare
ſuper mare:& ſuper terram:ma/
num ſuam leuauit in cælum : &
iurauit per viuentem in ſæcula
ſæculorum:qui creauit cælum:
& ea quæ in illo ſunt:& terram:
& ea quæ in ea ſunt:& mare : &
ea quæ in eo ſunt : quia tempus
amplius non erit : ſed in diebus
vocis ſeptimi Angeli : cum cœ/
perit tuba canere:conſumabitur
myſterium Dei, ſicut euangeli/
zauit per ſeruos ſuos Prophe/
tas.

¶ Conſonant voci huius Angeli verba
veritatis dicentis. Helyas cum venerit:
Mat.17. ipſe reſtituet omnia. Concordat quoqꝫ iuſ
iurandum Angeli : cum rugitu clamoris.
At quid enim clamat ⁊ rugit ſicut Leo:
ijs qui librum manibus fert apertum:ni/
ſi vt contumaciam noſtram increpando
arguat : ⁊ nos ſuper incredulitate noſtra
deterrendo confundat:qui nec per mira/
cula conuerſi : in fidei ſtetimus puritate:
nec per apertionem libri ad eum conuer/
timur in veritate. Abundat autē Dei ve/
ritas in mendacio noſtro:vt omnis a no/
bis occaſio excuſationis tollatur. Ne enim
parum quid videatur:ꝙ rugit Angelus ſi
cut leo:addit adhuc ipſius angeli iuſiuran
dum:vt credant diē vltimum ⁊ tempus
iudicij aduenisse. Non querant ſpatium
temporis illius quod dies nouiſſimus ap
pellatur:non querant que facturus ſit do/
minus : ⁊ quo ordine iudicaturus ſit or/
bem:incipiente iudicio a domo Domini: 1.pet.4.
ſufficit eis ſcire:ꝙ prope ſit:ſufficit eis ſci/
re:ꝙ in voce ſeptimi Angeli cum ceperit
tuba canere : conſumabitur myſterium
Dei. Quis enim ſcit:quantum debeat du/
rare tempus illud:quod dies nouiſſimus
in ſcriptura vocatur? At ne quis putet no
uum ꝙ dico:intelligendum eſſe:vꝫ:tem/
pus quoddam incerti finis:in die qui ap/
pellatur nouiſſimus:audiat doctorem pre
cipuum Auguſtinum in libro de Ciuitate Augusti/
Dei:idipſum clara voce dicentem:immo nus in li/
arguentē eos qui ſimpliciter intelligunt: bro de ci/
qđ non ſimpliciter dictum eſt. Cum enim uitate d[ei]
loqueretur de die vltimo:in quo Rex ma
gnus de celo veniens:iudicaturus eſt or/
bem:adiecit ⁊ ait. Quod in confeſſione ac
profeſſione tenet omnis eccleſia Dei veri:
credimus Chriſtū de celo eſſe venturum
ad viuos ac mortuos iudicandos. Hunc
diuini iudicij vltimum diem:dicimus eſſe
vltimū tempus. Nam per quot dies ten
datur hoc iudicium:incertum eſt:ſed ſcri/
pturarum more ſanctarum diem poni ſo/
lere pro tempore : nemo qui illas litteras
quamlibet negligenter legerit:neſcit. Cer
te, audiſti auctoritatem tanti Patris : cui
etiam omnes Sancti concordant in id
ipſum:vbicunqꝫ de die vltimo plenius ali
quid loquuti ſunt. Uerumtamen q꞉ dies
vltimus largo ⁊ ſtricto modo accipi con/
ſueuit : ⁊ non nunquam pro vno incerto
tempore (vt aſſerit in hoc loco Auguſti/
nus) non nunquam pro extremo ipſius





temporis articulo accipiendus eſt:diſcer/
ni oportet diligenter : vbicunqꝫ agitur in
Mat.25. diuina Pagina de nouiſſimo die : vtrum
de vno tempore dictum ſit : an de vltimo
eiuſdem temporis articulo:in quo ſeden/
te domino in ſede maieſtatis ſue:eidem iu
dicio dabit finem : euntibus electis in vi/
tam eternam : reprobis autem in ignem
eternum. Neqꝫ enim de illo iudicio : aut
de illo temporis articulo : intelligendum
1.pet.4. eſt illud Petri (cuius ſuperius fecimus
mentionem) tempus eſt:vt incipiat iudi/
cium a domo Dei:ſed de initio illius tem
poris:quod dicit Auguſtinus vocari vlti/
mum diem. Quando autē ſic accipimus
vltimum diem:debemus ipſum vltimum
diem : vltimam (hoc eſt) ſeptimam exti/
mare etatem. Ut enim dies ſeptimus eb/
domade finis eſt:ita vltima etas : quanti/
cunqꝫ ſit ſpatij:finis mundi eſt. Et lꝫ etas
ſexta (vt iam ſuperius in prefatione digeſ/
ſimus) finis mundi dicatur : longe tamen
verius id de ſeptima dici poteſt : que qui/
dem ⁊ ſi ſm aliquid a paſſione Domini ſi/
mul cum ſexta inchoata eſt:proprietas ta/
men eius:a ruina Antichriſti. Dicitur au/
tem tempus illud dies iudicij : quia vlci/
ſcetur Deus electos ſuos de omnibus ini
micis ſuis : quia auferretur Regnum a
filijs huius mundi : ⁊ dabitur populo
Dan.7. Sanctorum altiſſimi. At illud modis om
nibus hucuſqꝫ manet occultum : vtrum
in principio ipſius temporis (de quo hic
loquitur Auguſtinus) an in medio:an in
fine venturus ſit Dominus ad iudicium:
Luc.12 preſertiꝫ:cum ipſe dicat. Hora qua non pu
tatis:filius hominis venturus eſt.i.an ſe/
Mar.13. ro:an media nocte:an mane. Uenturus eſt
enim (vt Scriptura teſtatur) ⁊ rationem
Luc.16. poſiturus cum ſeruis ſuis:ablaturus talen
tum a pigro ſeruo:⁊ daturus ei qui pecu/
niam duplicauit. Secundum hoc autem
preſumi poteſt:ꝙ aut circa principium il/
lius temporis : aut non longe a principio
eius venturus ſit:preſertim:cum dicat ve
ritas ipſa loquens de perſequutione Anti
chriſti: Statim autem poſt tribulationem Mat.24.
dierū illorum: Sol obſcurabitur:⁊ Luna
non dabit lumen ſuū:⁊ Stelle cadent de
celo:⁊ virtutes celorū commouebuntur:
⁊ tunc apparebit ſignum filij hominis in
celo:⁊ tunc plangent omnes Tribus ter/
re:⁊ videbunt filiū hominis venientem
in nubibus celi. Nam ⁊ illud quod ſequi/
tur in eodem loco. Et mittet Angelos ſu
os cum tuba:⁊ voce magna : ⁊ congrega/
bit electos ſuos a quatuor ventis : a ſum/
mis celorum:vſqꝫ ad terminos eorū:quis
intelligit? Num vere (vt velle videtur)
ſimplicitas ipſa littere : ita eſt ſimpliciter
intelligendum:vt:vꝫ:ad colligendas ani/
mas electorum mittat Angelos ſuos cum
tubis : cum econtra ſcriptum ſit in Apo/ Mat.24.
ſtolo Paulo. Omnes ꝗdem reſurgemus: 1.Cor.15.
ſed non omnes immutabimur:in momen
to:in ictu oculi:in nouiſſima tuba? Quia
vero hec omnia occultiſſima ſunt:⁊ tamē
omnino futura:optime ſe ab his omnibus
expediens:Auguſtinus ait. In fine mun/ Auguſti
di : vel circa ipſum finem:has res didici/ nus.
mus affuturas : Helyam Teſbyten ven/
turum:fidem Judeoꝝ:Antichriſtum per/
ſequuturum:Chriſtum iudicaturum:mor
tuoꝝ reſurrectionem:bonorum malorūqꝫ
diſcretionem:mundi ꝯflagrationem:eiuſ
demqꝫ renouationem. Que omnia ꝗdem
ventura eſſe credendum eſt:ſed ꝗbus mo
dis:⁊ quo ordine veniant:magis tunc do/
cebit reꝝ experiētia q̄ꝫ nunc ad pfectum
hoīum intelligentia valet ꝯſeq. Et de his
pro loco ſatis dictū. Q꞉ vero hec ipſa que
de fine mundi dicuntur:alij poſt alios ve/
luti per quinqꝫ dieꝝ ſpatia nunciare homi
nibus non credentibus ſibi:ſed ꝯtradicen
tibus miſſi ſunt:dicit nūc ea ipſa: Angelus
iſte cū iuramento:ne qs ſe in verbis eius
putet eſſe deceptū. Per viuentem (inqt)
in ſecula ſeculoꝝ:qui creauit celū:⁊ ea que
in eo ſunt:⁊ terram:⁊ ea que in ea ſunt : ⁊
mare:⁊ ea que in eo ſunt:q꞉ tp̄s iā nō erit
amplius:ſꝫ in voce ſeptimi Angeli cum ce
pit tuba canere:ꝯſumabiť myſteriū Dei:

ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Pro/
phetas. Quid enim contrarium veritati
exiſtimas ſi aduentum tanti Judicis: tot
Precones precurrunt? Nonne ⁊ Reges
mundi: qui Regna ſua videre decernunt:
precurſores qui ſibi preparent vias: alios
poſt alios delegāt: vt queqꝫ victui neceſſa/
ria inueniāt preparata? Sꝫ queādmodum
ſi aliqs Rex premitteret plures nuncios:
aliosqꝫ poſt alios: ad predicendam vicini/
tatem aduentus ſui: ⁊ primo qdem ⁊ ſcḋo
crederetur: ceteris vero qbus magis eſſet
credendum quaſi teſtibus mendacij: ꝯtra/
diceretur ab oibus: ⁊ exprobraretur a mul
tis: ita in his extremis tpibus: nō poſſunt
filij huius ſeculi de vicinitate illius diei:
aliqd audire: putantes eſſe deceptos eos
qui ſup hoc crediderunt Apoſtolis: ⁊ qua
ſi cauentes ſibi ne ⁊ ipſi ſimiliter decipian
2.pet.3. tur. Preuidit hoc Beatus Petrus Apo
ſtolus: ⁊ ſicut ipſe predixit futuꝝ: ita nos
quottidie cernimus ꝯſumari. In nouiſſi/
mis vtiqꝫ diebus veniet (inquit) diebus
venient in deceptionem illuſores: iuxta
proprias conſolationes ambulantes: ⁊ di/
centes. Ubi eſt promiſſio: aut aduentus
eius? Ex quo enim Patres dormierunt:
omnia ſic perſeuerant ab initio creature.
Jurat ergo Angelus iſte: qui quaſi ſingu/
lariter miſſus eſt vt fidem faciat: iurat: vt
increduli ꝯuertantur ad deum: ſi quo mo
do audientes: euigilent a ſomno mortis: ⁊
non eos inueniat repētina dies illa. Utiqꝫ
⁊ ſub ſexto ſignaculo: qḋ pactum fuit tem/
pore tranſmigrationis Babylonice: vidit
Daniel viꝝ quendam indutum lineis ſta/
re ſup aquas fluminis: ⁊ eleuantem dexte/
Dan.12 ram ⁊ ſiniſtraꝫ ſuam in celum ⁊ iurantem
per viuentem in eternum: qꝛ in tempus ⁊
tpa ⁊ dimidium tpis: complerentur vni/
uerſa myſteria: que oſtenſa erant ipſi Da/
nieli: de diebus nouiſſimis. In aqua auteꝫ
fluminis ſuper quam ſtabat vir: ⁊ in aqua
maris ſup quam Angelus poſuit pedem
ſuum: vnum eſt ⁊ idem myſterium: exce/
pto: ꝙ ibi per aquam fluminis: vtriuſqꝫ lit

tera teſtamēti deſignata eſt: hic in terra lit
tera veteris: in mari littera noui. Et qꝛ nō
eſt facta mētio in Daniele de pede dextro
⁊ ſiniſtro: dictum eſt de viro ipſo qui indu
tus erat lineis: ꝙ eleuauerit in celum ma/
num ſuam dexteraꝫ ⁊ ſiniſtram. Duas ma
nus que naturaliter deorſum pendent: ad
celum leuare: eſt ſenſus littere duoꝝ teſta/
mentoꝝ: que de imis ſepe loq videntur:
per cōmutationem intellectus ſpiritualis
ad ſupiora tranſferre. Quaſi enim manus
ſunt Doctoꝝ duo ipſa teſtamenta: qꝛ ſicut
qſqꝫ manibus reſiſtit inimicis: ita ⁊ docto
res eccleſie: duoꝝ teſtamentorum munimi
ne: ab hoſtibus fidei ſe defendunt: ꝙ vero
vir ille in Daniele ꝓpheta: ambas manus
ſuas leuaſſe dr̄ in celum: dexteram: vꝫ: ⁊ ſi/
niſtram: deſignat ſenſum ſpiritualium do/
ctoꝝ a littera duoꝝ teſtamentoꝝ ꝯſurgere
⁊ ad ſuperiora leuari. Hꝫ enim ⁊ interior
hō manus ſuas: qbus exerceatur circa lit/
teram ⁊ circa intelligentiam ſpiritualem:
dum querit vt inueniat: duꝫ pulſat vt ſibi
apiatur. Jmmo dum oſtēdit viaꝫ lucis eſſe
in celo: dum oſtēdit eſſe in ſpiritu ſemitaꝫ
eqtatis. Ad hoc enim iurat: ijs qui iurat:
vt veꝝ ſe dicere ⁊ ſeruare demonſtret. Eſt
auteꝫ plena veritas in ſpiritu: in littera nō
plena: ſed ex parte. Quaſi ergo iurare eſt:
patefacere eſſe veritatem: que ſeu in littera
teſtamenti veteris ſm̄ partem: ſeu in litte
ra teſtamenti noui ſm̄ amplius: ſeu in ſpi/
rituali intellectu: in quo plenitudo verita
tis vniuerſaliter ꝯtinetur. Jta vero in ter/
ra: ⁊ in mari: ⁊ in celo que cōmemorat An
gelus: in iuramento deſignātur. Hec tria:
qūo in terra illa de qua ꝯſtruxit altare He
3.reg. lyas: ⁊ in aqua que deſuper effuſa eſt: ⁊ in
igne qui celitus miſſus eſt. Deniqꝫ ⁊ hic ⁊
ibi preceſſit illud myſterium magnum: cu
ius facta eſt mētio in Daniele (hoc eſt) in
Dan. tempus ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis. Jpſe eſt
enim numerus annorum: qbus ſe a facie
Jezabelis occultauit Helyas: anni. ſ. tres
3.reg. ⁊ menſes ſex. Et ſciendum ꝙ aqua ma/
gis aſſimilatur rei viuenti q̄ꝫ terra: vnde

aquaꝫ viuam dicere ꝯſueuimus: magis au
tem ignis q̄ꝫ aqua: qꝛ dignius eſt teſtamen
tum nouum: teſtamēto veteri: multo ma/
gis proximum eterne vite. Dignior ⁊ feli/
cior ſpiritualis intellectus vtroqꝫ. Qḋ er/
go Angelus iſte: pedes ſuos ponit ſup ter/
ram: ⁊ mare: manuꝫ autem leuat ad celum
vt quodammodo Trinitatis myſterium
tangere vnus ipſe videatur: nil ꝑfecto no
bis aliud inſinuare mōſtratur: q̄ꝫ ꝙ vnus
ſpiritus intellectus ex vtroqꝫ teſtamento
ꝓcedit: quo per ea que ꝯcorditer deorſum
videmus: ſecuri ⁊ intrepidi celeſtia rimari
1.cor.2. ſacramenta poſſimus: Paulo atteſtante:
qui dicit. Spiritus ſcrutatur oia: ⁊ etiam
ꝓfunda Dei. Et qm̄ doctores illius tpis:
qḋ (vt ſepe diximus) prope eſt: non quaſi
ſomniando: aut diuinando aliquid auda/
cter ingererent: ſed qḋ ex ore duoꝝ teſtiuꝫ:
quinimmo duorum teſtamentoꝝ: probari
queat: iurare idem Angelus dictus eſt: qꝛ
ꝑfecto ille iurat: qui non dubitat in eo qḋ
dicit: qui ad faciendam fidem dictis: teſti/
monium adhibet. Dicere eniꝫ (teſte deo:
teſte veritate) ⁊ his ſimilia: iurare eſt. Sed
quare qui ſic iurat: per Deum celi: ⁊ terre:
⁊ maris: ⁊ eoꝝ que in eis ſunt: mentionem
facit: niſi qꝛ in tribus populis vel ordini/
bus: miro quodam modo: ꝯcorditer reſo/
nant teſtimonia veritatis. Eſt enim hoꝝ
primus ſimilis terre: ſcḋs ſimilis mari: ter
tius ſimilis celo vel aeri. Qui ergo ꝑ eum
iurat qui fecit oia hec: ꝯuenienter iurat: qꝛ
iurat per oium creatorem. Sed ꝙ diſtin/
cte ponit celuꝫ: terram: mare: ⁊ oia que in
eis ſunt: ꝓbat vera eſſe que dicit: vt in ore
duoꝝ aut trium teſtium: ſtet oē verbum.
Deniqꝫ ꝯiugatoꝝ ordini: cuius proprietas
eſt in primo ſtatu: terrena aīalia aſſimilata
ſunt: Clericoꝝ: cuius ꝓprietas eſt in ſcḋo:
piſces maris: qꝛ ſicut vita piſciuꝫ: aqua eſt:
ita vita bonoꝝ clericoruꝫ: ſanctaꝝ ſcientia
ſcripturaꝝ. Contemplantium: cuius pro/
prietas eſt in tertio: aues celi: qꝛ veluti ſu/
periori anhelitu: ⁊ aere ſaluberrimo potiun/
tur. Jurat ergo Angelus per euꝫ qui crea

uit hec tria: ſimul ⁊ tria ipſa in iuramento
cōmemorata ſunt: vt ſciamus ꝙ ipſa tria:
ita ſunt a dn̄o ordinata: vt etiam tacētibus
nobis: teſtimonium ꝓhibeant veritati. Et
qd iurat? Qḋ tempus iam non erit ampli
us: ſꝫ in diebus vocis ſeptimi Angeli (ſub
audi: qui in ꝓximo eſt) ꝯſumabitur myſte
rium Dei. Et hoc qūo? Sicut (inqt) euā
gelizauit per ſeruos ſuos Prophetas. Qḋ
cum ita ſit: ⁊ terminus ſit datus: qui pre/
teriri non poterit: qd adhuc in mundo ra
dicem ponere: ⁊ caſuras in ꝓximo turres
edificare? An qꝛ tēpus etatis ſeptime diu/
tius durare ſperatur? Sed hoc non eſt no
ſtrum ſcire: non eſt huius tpis veſtigare:
qꝛ ſicut maiora opatus eſt Deus: ſub vni/
us ſexte huius breuitate etatis: q̄ꝫ in qnqꝫ
precedentibus etatibus mundi: ita poſſibi
le eſt etiam nunc in paucis diebus comple
ri tpa multa: quatenus ſicut breue eſt tem
pus ſexte etatis reſpectu quinqꝫ preceden
tium ab initio vſqꝫ ad Chriſtum: ita breue
ſit tempus ſeptime: reſpectu annoꝝ etatis
ſexte: ⁊ tn̄ in opibus nihil ſit impar: nihil
minus. Sit ergo iſtud ſicut Deus volue/
rit: ⁊ ſicut ipſe ꝯſtituit ab eterno: qui ope/
ratur oia in oibus ſm̄ ꝯſilium voluntatis
ſue. Nobis autem ſufficere dꝫ ad contem/ 1.cor.7.
ptum mundi: ꝙ preterit figura ipſius: ꝙ
anteq̄ꝫ intremus in illam requiem: opꝫ
nos tranſire per ignem ⁊ aquam: vt quaſi
per dolorem paraſceuen: ꝑueniant: qui di/
gni ſunt: ad paſchalia feſta. Sed qd eſt: qḋ
ait. Tempus iam non erit amplius? Nun
qd poſt verbum iſtud: ⁊ iuramentum An
geli: tempus non erit amplius? Abſit. Sꝫ
in voce ſeptimi Angeli: cum ceperit tuba
canere: ꝯſumabitur tempus myſteriorum
Dei: ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos
prophetas. Quomodo euangelizauit per
ſeruos ſuos Prophetas? Obmitto cete/
ros qui fecerunt mentionem diei ſeptimi:
⁊ primus: de hoc Moyſes ait. Igitur per/ Gene.2
fecti ſunt celi ⁊ terra: ⁊ omnis ornatus eo/
rum: requieuitqꝫ Deus die ſeptimo: ab oī
opere ſuo qḋ patrarat. Et benedixit diei

ſeptimo ⁊ ſanctificauit illum:qꝛ in ipſo ceſ
ſauit ab vniuerſo opere ſuo : quod creauit
Deus vt faceret. Ecce iſto modo ceſſabit
tempus:poſtquam ſeptimus Angelus tu/
ba canere ceperit : non vtiqꝫ tempus ſab/
bati:quod futuruꝫ eſt:poſt vocem ſeptimi
Angeli:ſed tempus afflictionis:⁊ laboris:
quod completum eſt generaliter in ſex eta
tibus mundi:ſiue alio modo in ſex portio
nibus huius ſexte etatis.Deniqꝫ poſt tem
Dan.12 pus iſtud:veniet tempus:vt ait Angelus
Danieli:quale nõ fuit ex eo tempore : quo
ceperunt homines eſſe in terra. Tempus
vtiqꝫ ſeptimi Angeli:cui benedicet domi/
nus:dans in eo pacem ⁊ letitiam:ſuſtinen
tibus ſe.Qua in re diligentius notari opꝫ:
ꝙ tempus ſeptimi Angeli:de quo hic ſer
mo eſt:non ad illud Sabbatum pertinet:
quod eſt ſeptimum tempus : reſpectu ſex
etatum mundi:ſed ad ſeptimaꝫ proportio
nem huius ſecundi ſtatus:in quã oportet
conſummari tempora myſteriorum Dei.Quia
vero ad magnam illam requiem:non niſi
per magnum ſexti temporis laborem:per/
uenire p̄dicimur : ſm ꝙ ſub vmbra prio/
ris teſtamenti:ob requiem ſabbati:que ſe/
quebatur in omni ſexto die:ſeu menſe:vel
anno:augebatur labor in typo : haud du/
bium : eorum quos oportet adhuc ſemi/
nare in lachrymis : vt in gaudio metant.
Poſt ea que dixerat Sanctus Joannes
de iuramento Angeli. Conſequenter ad/
iungitur.

T.4. ¶ Et vocem quam audiui ite/
rum loquentem mecum de cæ/
lo dicentem. Vade & accipe li/
brum apertum de manu Angeli
ſtantis ſupra mare : & ſupra ter/
ram.Et abii ad Angelum dicens
ei:vt daret mihi librum.Et dixit
mihi. Accipe & deuora illum:
& faciet amaricari ventrem tu/
um:ſed in ore tuo erit dulce:tan
quam mel. Et accepi librum de
manu Angeli : & deuoraui il/
lum.Et erat in ore meo dulce tã
quam mel. Et cum deuoraſſem
eum:amaricatus eſt vẽter meus.

¶ Auditurus eſt ordo ille qui ſignifica/
tur in Joanne:vocem de celo dicentem ſi/
bi.Uade ⁊ accipe librum de manu Ange/
li ſtantis ſupra terram:⁊ ſupra mare:qꝛ ⁊ ſi
nuſqꝫ eſſet alia vox in Scriptura Sacra:
que hocipſuꝫ preciperet:ſufficeret hecipſa
vox que de celo magno deſcẽdit (hoc eſt)
ꝺ iſto libro apocalypſũ:⁊ illa que hocipſuꝫ
dicit in Ezechiele p̄pheta.Ibit autem ad
Angelum ordo ipſe : cum agnita veritate Eze.3
Dei: nuncijs veritatis reuerenter:aſſen/
tiet.Accipiet vero librum apertum de ma
nu Angeli:⁊ deuorabit illuꝫ:cum id quod
illi ſpiritualiter ſentiunt : ⁊ ſentientes ex/
ponunt : ipſe nihilominus : percepturus
eſt fide:in ventre memorie ſeruaturus:ſm
quod ⁊ de matre Domini in conſimili my
ſterio ſcriptum eſt. Maria autem conſer/
uabat omnia verba hec:conferens in cor/ Luce.2
de ſuo. Os autem ⁊ venter plerũqꝫ con/
traria ſibi:ſentiunt:adeo vt nonnunquaꝫ:
quod os delectat in edendo : venter cum
dolore ⁊ tortione retineat. Eſſe autem ver
ba Domini dulcia diligẽtibus eum:Pſal
miſta indicat cum dicit.Quam dulcia fau Ps.118
cibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.
Quod ſi in ore dulcia ſunt:cur ſunt eorum
aliqua tam amara in ventre? Neqꝫ enim
de omnibus verbis eius dici poteſt : ꝙ in
ore dulcia ſint:⁊ in vẽtre amara:ſed de qui
buſdam (hoc eſt) de illis verbis que perti
nent ad laborem:⁊ amaritudinem paſſio/
nis. Hec enim amara ſunt in ventre : ⁊ ſi
in ore ſuauia:quia ⁊ ſi in notitia veritatis:
delectatio eſt:in experimento tamen labo/
ris:gemitus:⁊ afflictio ſpiritus. Quo cir/
ca : ⁊ ſi delectat quod occurrit prius pro/
pter apertionem libri : amarum eſt tamen



valde quod ſequitur propter paſſionem ec
cleſie. Nec putandum ꝙ eccleſiam p̄tem/
plantium deſignatam in Joanne : immu/
nem eſſe oporteat ab afflictione eadem:
cum conſtet eidem Joanni ⁊ Jacobo fra/
tri ſuo dictum eſſe a Domino. Calicem
Mat.20. quidem meum bibetis:quia ⁊ ſi pacato fi/
ne:idem Joannes requieuit in Domino:
nihilominus tamen ⁊ ipſe multa ſuppli/
cia tollerauit. Non enim poteſt eſſe exſors
Joan.8 a paſſione : qui vult coram Principibus
mundi huius teſtimonium reddere veri/
tati : dicente ipſa veritate Fratribus ſuis:
nondum credentibus:ſed contradicenti/
bus verbis ſuis. Non poteſt mundus odiſ
ſe vos:me autem odit : quia ego teſtimo/
nium perhibeo de illo:quia opera eius ma
la ſunt.Et Diſcipulis ſuis. Si de mundo
Joã.15. fuiſſetis:mundus quod ſuum eſſet dilige/
ret. Quia vero non eſtis de mundo : ſed
ego elegi vos de mundo. Propterea odit
vos mundus. Igitur non modo:Clericis
deſignatis in Petro: p̄pinãdus eſt calix vt
patiantur pro Chriſto:veruntetiam ⁊ mo
nachis deſignatis in Joanne:quia non ſo/
lum Petrus ſequutus eſt Chriſtum : cui
dictum eſt ab eodem Domino . Sequere
Joã.21. me.Ueruntetiam ⁊ Joãnes:de quo ⁊ ſub
iungitur.Conuerſus Petrus:vidit illum
Diſcipulum ſequentem : quem diligebat
Jeſus. Quod autem ait Jeſus. Sic eum
volo manere donec veniam : quid ad te?
tu me ſequere:tale eſt ac ſi diceretur. Et ſi
ordo iſte ſicut ⁊ precedens : ſequi paratus
ſit:⁊ ſequi ceperit:nolo tamen:vt cum pre
cedenti in tormentis deficiat:ſed volo vt
liberatus de manu peſſimorum : maneat
vſqꝫ in finem:quouſqꝫ ego veniam ad ex/
tremum iudicium. Sic fugienti Dauid a
facie Abſalon : occurrerunt duo amici ei/
us : parati in omnibus ſequi eum : ſed ta/
men qui prius venit:admiſſus eſt:qui au/
tem poſterior:non eſt ſequi p̄miſſus:haud
dubium:ꝙ in typo duorum ordinum qui
ſequuntur Jeſum:quorum primus admit
titur ad conſortium paſſionis : ſecundus
relinquitur in Ciuitate : ad diſſipandum
conſilium Achitophelis (hoc eſt) Here/
ticorum:qui diſcedent a Chriſto. Primus
ergo duoruꝫ patietur cum Petro ad com
plendum numerum Sanctorum Marty
rum. Secundus relinquetur cum Joan/
ne ad predicandum Euangelium Regni:
populis hucuſqꝫ in cecitate relictis. Un/
de ⁊ hic ſubditur.

¶ Et dixit mihi. Oportet te
iterum prophetare:populis : & T.5.
linguis:& Regibus multis.

¶ Quid eſt ꝙ dicit. Oportet te iterum
prophetare : niſi quia iam annunciatum
erat Euangelium per Apoſtolos Chriſti:
⁊ Judeis ⁊ gentibus:quando ſcriptus eſt
liber iſte : ⁊ tamen non omnibus datum
erat:vt crederent per verbum eorum:quo
uſqꝫ compleatur numerus annorum pre/
finitus a deo:vt quomodo in exordio pri/
mi ſtatus:datum eſt Joſuẽ introducere fi/
lios iſrael in terram promiſſionis. In exor
dio ſecundi:Sancto Joanni ⁊ ſocijs ei/
us euangelizare in Judea ⁊ in Aſya : ita
nunc quoqꝫ detur eis:quos deſignat Joã/
nes:predicare populis:⁊ linguis:⁊ Regi/
bus multis.Futurum eſt enim vt adhuc
Judaica perfidia ſubijciatur ſceptro Chri
ſti.Futurum:vt reliquie gentium : agno/
ſcant Saluatoreꝫ mundi eſſe Jeſum:agno
ſcant non eſſe ſalutem veram niſi in fide
Sancte Trinitatis:niſi in confeſſione pa/
tris:⁊ Filij:⁊ Spiritus Sancti (hoc eſt)
in fide ⁊ confeſſione vnius Dei:a quo om
nia : per quem omnia:in quo omnia : qui
vult omnium miſereri:dicente Apoſtolo.
Concludit deus omnia in credulitate:vt
omnium miſereatur. Pro eo enim ꝙ De/ Ro.11.
us trinitas eſt:in tribus magnis certami/
nibus:oportebat diſſolui regnum mundi
huius a compage ſua:vt ſtatueret p̄petue
regnuꝫ Dei:euacuato a Rege Xp̄o:oĩ prin
cipatu ⁊ poteſtate:⁊ poſitis vniuerſis ini/
micis ſcabellum pedum eius. Fuit autem

primum certamen:ſub Moyſe ſamulo do
mini. Secunduꝫ ſub Apoſtolis. Tertium
ſub illis quos Beatiſſimus deſignat Ioã/
nes. De hac ſerotina predicatione quaꝫ fa/
cturus eſt ordo ille quem deſignat Ioan/
nes:ꝯſumato iam pene illo ordine quem ſi
Clerus gnificat Petrus:interrogata veritas a di
cõſuma ſcipulis de fine mundi:poſt multa que fu/
bitur. tura fore predixit:adiecit ꝛ ait. Et predica
mat.24. bitur hoc Euangelium regni in vniuerſo
orbe in teſtimonium omnibus gentibus:
ꝛ tunc veniet ꝯſumatio. Et recte non ait.
Opꝫ te iteruꝫ euangelizare:ſed propheta
re:q꞉ euangelizare proprie dictum eſt:pre/
dicare verba euangelij:ſm hyſtorie verita
tem:prophetare vero:annunciare futura:
ſeu per occultam inſpirationem gratie:ſeu
per intelligentiam ſpiritualem. Quamuis
enim aliud ſit habere prophetiam : aliud
noſce myſteria:q꞉ tum per vtrunqꝫ predi/
cuntur futura : recipi aliud pro alio in di/
uina pagina conſueuit. Sequitur.

Cap.11. ¶ Et datus eſt mihi calamus ſi
T.1. milis virgæ:& dictum eſt mihi.
Surge & metire templum Dei:
& Altare:& adorantes in eo. A/
trium autem quod eſt foris:tem
plum, eiice foras : & ne metiaris
illud:quoniam datum eſt genti/
bus:& Ciuitatem calcabunt mẽ
ſibus quadraginta duobus.

¶ Sicut vnum fuit Templum Dei : qḋ
edificauit Salomon':ita vna fuit Sancta
Ciuitas:quam edificauit Dauid': vel po/
tius:quaꝫ ſuperedificauit:impoſito illi no
mine Hieruſalem:que tamen qualiter fue
rit ſancta:non inuenitur:cum in ipſa effu
ſus ſit ſanguis Jeſu Chriſti:ꝛ ſanctoꝝ pro
phetaꝝ:niſi forte propter ſanguineꝫ ipſum
ſanctum:qui effuſus eſt in ea:ꝛ quia Deus
elegit illam in ſanctam:vt poneret ibi no
men ſuum. Magis autem dicenda eſt ſan/
cta Ciuitas:ſancta Romana Eccleſia:que
firmiter tenet ꝛ predicat veram Fidem:
non ſicut Eccleſia Grecorum : que negat
ſpiritum Sanctum procedere a filio Dei:
nec ſicut Synagoga Judeoruꝫ:que negat
Meſſiam : ideſt:Chriſtum natum a Deo
patre:quaſi nõ ſit filius Dei:ſed filius Jo/
ſeph:qui cauſa magni myſterij: dictus eſt
vir Marie. Igitur ſancta Ciuitas Hieru/
ſalem:ſancta Romana Eccleſia (hoc eſt)
tota latinitas intelligenda eſt:ſicuti Eccle
ſia Grecorum:Samaria : ſiquidem vt ibi
decem Tribus ſciſſe ſunt a domo Dauid:
ita ab Eccleſia Petri : ſciſſe ſunt Greco/
rum Eccleſie. Porro Templum Dei:or/
dinem piorum Sacerdotum deſignat:Al
tare vero ipſum:Cardinalium ſpeciale ca
pitulum. Quod ſi aliqui ſunt:aut fuerunt
in eo:qui forte quod ore predicant : opere
non oſtendunt:num peruerſitas illorum:
promiſſionem illam Domini potuit im/ math.
mutare : qua dicitur. Tu es Petrus ꝛ ſu/
per hanc petram edificabo Eccleſiam me/
am:ꝛ Porte Inferi non preualebunt ad/
uerſus eam? Abſit. Eſt enim (inquit Apo
ſtolus) Deus verax:omnis autem homo
mendax. At quomodo Atrium quod eſt Ro.3.
foris Templuꝫ:ita quidem ſtructure tem/
pli:ac ſi quadam affinitate:ſeu propinqui/
tate coniungitur:vt tamen a corpore tem
pli alienum eſſe videatur:ſic Clerus Gre/
corum quadam propinquitate Chriſtiane
fidei iunctus eſſe videtur Clero' Latino/
rum : ꝛ tamen quibuſdam vſibus ſuper/
ſtitioſis : ſegregatus eſt ab Eccleſia Pe/
tri:nolens coarctari ꝛ conſtringi ſub di/
ſciplina vniuerſalis Epiſcopi ꝛ Paſtoris
animarum ſuarum : non' ignorans ꝙ ei
Dominus generali ꝛ ſolenni mandato:
paſcendas tradiderit Oues ſuas : ſed
elegit magis Jeroboam filium Nabath:
qui peccare' fecit Iſrael : ꝛ iuxta illud
Prophete : Raſim ꝛ filium Rome/ 3.reg.
lie : vt liceat ei ambulare per viam la/
tam ꝛ ſpatioſam : que iuxta Saluatoris
vocem:non ducit ad vitam:ſed ad perdi/
tionem. Hac pro cauſa': non immerito: math.



clerus Grecoꝝ cum filijs ſuis eijcietur fo/
ras:q꞉ datus eſt gentibus:vtpote : q꞉ non
ꝯſtringitur ſub menſura calami ꝛ diſcipli/
na Paſtoris : vt diſcat oĩs populus ſubdi/
tus eſſe deo:ꝛ obedire in oĩbus cui prece/
perit ipſe. Pro eo enim ꝙ relicto Templo
dei:qḋ fundatum eſt Rome de lapidibus
viuis:a quo debent vniuerſi populi : non
panem fermentatum (quem Greci offe/
runt) ſed pure ꝛ orthodoxe doctrine acci/
pere veritatem : elegerunt magis eſſe in
atrio:qḋ ſibi extra templi ambitum. Con/
ſtantinopoli conſtruxerunt epĩ : ꝛ habere
eos quos ipſi elegerunt ſibi in Reges ꝛ pa
ſtores aiaꝝ ſuaꝝ:ꝛ iam illos ex magna par
te datos gentibus eſſe videmus:ꝛ adhuc
deterius eſſe dandos ꝓpheticum illud qḋ
modo ſupra cõmemoraui in typo decem
Tribuum Iſrael:manifeſtat:cum dicitur.
Eſa.8. Pro eo ꝙ abiecit populus iſte aquas Sy/
loe que vadunt cum ſilentio : ꝛ aſſumpſit
magis Raſim ꝛ filium Romelie : ꝓp hoc
ecce dñs adducet ſup euꝫ:aquas fluminis
fortes ꝛ multas:Regem Aſſyrioꝝ:ꝛ oẽm
gloriam eius. Et aſcendet ſuper oẽs riuos
eius:ꝛ fluet ſup vniuerſas ripas eius. Di/
ctum eſt hoc ſm litteraꝫ de populo iſrael:
qui erat pro peccatis ſuis tradẽdus in ma/
nus Aſſyrioꝝ:ſꝫ tñ in figura eoꝝ que paſſe
ſunt:ꝛ patiuntur vſqꝫ adhuc plurime Gre
coꝝ eccleſie. Ut enim tribus illas Aſſyrij:
ita Arabes:qui ꝛ Sarraceni:iſtoꝝ ꝗ̃pluri
mas vaſtauerunt eccleſias. Et q꞉ ſiue in tẽ
pore illo Tribus Juda:ſiue in iſto : latina
eccleſia:addere peccata peccatis:ꝛ ſcelera/
tius agere nõ paueſcit:ꝛ hic dictum eſt de
gentibus:qbus datuꝫ eſt atrium qḋ eſt fo
ris templum:ꝙ Ciuitatem ſanctam calca
ture ſint gẽtes mẽſibus quadraginta duo/
bus:ꝛ ibi ſimile aliqd:haud minus terribi
lius adiunctum eſt ſub eodem myſterio.
Eſa.8. Et qḋ eſt illud? Et ibit (inqt) per Judam
diſcurrens ꝛ tranſiens vſqꝫ ad collum ve/
niet. Et erit extenſio alaꝝ eius implens la
titudinem terre tue:o Emmanuhel. Erit
auteꝫ iſtud in diebus illius Regis vndeci
mi : qui ſcriptus eſt in' Daniele propheta: Dañ.12
quiqꝫ regnaturus eſt in tp̃s ꝛ tp̃a:ꝛ dimi/
dium tp̃is. Igitur ꝛ eccleſiam Grecoꝝ da
tiopꝫ gentibus pro peccatis:ꝛ eccleſiam la
tinam calcandam eſſe a gentibus mẽſibus
quadraginta duobus. Uexꝫ qḋ ait. Metire
templum dei:ꝛ ꝓtinus addidit. Et adorã
tes in eo. Etiam reliquie Grecoꝝ que ꝯfu
gient ad Romanam eccleſiaꝫ : in numero
adorãtium accipiende ſunt:haud dubiuꝫ:
ſm illud qḋ dictum eſt a dño ad Helyam.
Reliqui mihi ſeptem millia viroꝝ:qui nõ 3.re.19.
curuauerunt genua ſua ante Bahal. Qḋ
autem oporteat:reliquias Grecoꝝ ſeq ali/
qñ Latinos in notitia veritatis:ꝛ nõnul
los etiam eoꝝ tranſire in ſignificatum eoꝝ
qui deſignantur in Joanne:etiam verbis
myſticis dari poteſt. Dicit ſane iſdem Joã
nes in euãgelio ſuo:iuiſſe Mariam Mag
dalenam:mane cuꝫ adhuc tenebre eſſent: Joã.20.
ad monumẽtum ꝛ inueniſſe inde ſublatuꝫ
corpus Jeſu. Ueniſſe aũt ꝛ nunciaſſe hoc
Petro:ꝛ illi diſcipulo quem diligebat Je
ſus:ipſi.ſ. Diſcipulo qui ꝛ ſcripſit hec. Ad
cuius vocem ceperunt currere ſimul: Pe
trus.ſ.ꝛ Joãnes:vt venirent ad monumẽ
tum:ꝛ factum eſt ita:precucurrit autem ci
tius Joannes:ꝛ ꝑuenit primus ad monu/
mentum : nec tñ introiuit. Sequutus eſt
aũt Petrus ꝛ introiuit prius : factuſqꝫ eſt
primus nouiſſimus:ꝛ nouiſſimus ꝑmus.
Hec oĩa ꝛ que ſequuntur:legunt annis ſin
gulis in ebdomada Paſche. Sed pleriqꝫ
ſic audiunt foris:vt qd intus habeant:nõ
attendant. Q꞉ vero tp̃s appropinquat vt
hoꝝ myſteria compleantur:vtilius forſan
apiuntur modo:ſi qua vſqꝫ ad preſens nõ
fuerũt apta:ne forte putet agricola ꝯtẽnen
dos eſſe agros ſpinoſos:ex qbus expectat
dñs fructum in tpibus ſuis. Hec itaqꝫ euã
gelij verba:ſi ad ſoluꝫ ſignificatum Petri
ꝛ Joãnis:ſemota a myſterio Maria Mag
dalena:retorquere libet:poſſumus in Joã
ne qui prior venit : ꝛ poſterior' intrauit in
monumẽtum : populum accipe Judeoꝝ:
qui primus accepit vetus teſtm̃:ꝙ popu/

lus gentilis:ꝛ tamen ad internum ipſius
intellectum:non niſi in fine mundi intro/
ire permittitur. Si autem ſimul tres con/
feruntur in vnum: Petrus.ſ.ꝛ Joannes:
ꝛ Maria Magdalena (qđ magis euange
lica lectio) velle videtur: Maria Magda
lena:que mane cuȝ adhuc tenebre eſſent:
peruenit ad monumentum:deſignat Sy/
nagogam Judeoꝝ:que prima cum adhuc
tenebre ignorantie eſſent in mundo : ꝑue/
nit ad notitiam prioris teſtamenti. Que:
vȝ:Synagoga:cum ad vltimuȝ in electis
palmitibus:agnouit Chriſtum eſſe filium
Dei : ꝛ vidit ꝙ reprobatus eſſet a populo
ſuo:honoratus vero ꝛ electus a gẽtibus:
intuita ſubtilius in monumento ſcriptu/
raꝝ ſanctaꝝ:perpendit ꝙ vacaret littera:
ſublata inde veritate : que eſt in ſpirituali
intellectu : ita vt apte dicat vnus eorum.
Littera occidit : ſpiritus autem viuificat.
2.cor.3. Et non oẽs qui ex Iſrael:hi ſunt Iſraeli/
Ro.9. te:neqȝ qui ſemen ſunt Abrae:omnes filij:
ſed in Iſaac vocabit̃ tibi ſemen.i.non qui
filij carnis:hi filij Dei:ſed qui filij ſunt ꝓ/
miſſionis:extimãtur in ſemine. Hec ꝛ his
ſimilia dicente Apoſtolo Paulo cum cete
ris fidelibus qui erant ex circunciſione:ꝛ
oſtendente multis argumentis:ꝙ vacaret
monumentum littere:ſm ſe : ꝛ qꝛ veritas
ſpiritualis intellectus quam occiderant ꝛ
ſepellierant Judei velut in foſſa humo:vt
ſtatuerent carnalem intellectum:ꝛ legem
carnis:ſuſcitata eſſet ab ipſa littera.ꝛ trã/
lata ad filios ſpirituales:accidit annuente
Deo : vt ad predicationem illius eccleſie
que erat ex circunciſione : audirent eaipſa
auribus cordis gentes que erant predeſti/
nate ad vitam:ꝛ currerent certatim ad no
titiam prioris teſtamenti : ad agnoſcẽdam
tantaꝝ reꝝ:quam deus oſtenderat verita/
tem. Liquet enim ꝙ de Maria Magda/
lena:nulla fit mentio poſt aduentum Spi
ritus ſancti:ꝛ ꝙ Petrus miſit ſpecialiter
ad populum Latinum: Joannes ad Gre/
cum:ita vt alter Rome:alter Epheſi:acci
peret ſepulturam. Inde eſt : ꝙ ſicut Ma/
ria deſignat Synagogã Judeoꝝ:ita Pe
trus populum Latinum : Joannes Gre/
cum:qui duo ſimul ꝛ audierunt libenter:
ꝛ cucurrerunt velociter ad munumẽtum.
Cucurrit autem citius Joannes:ꝛ perue
nit ad ipſum:nec tñ introiuit:qꝛ citius cu
currit:ꝛ precucurrit Grecus ad addiſcen/
dam ſuperficiem littere prioris teſtamenti:ꝛ
tñ ad internum ipſius intellectuȝ vſqȝ ad
hec noſtra tempora:non ꝑuenit : qꝛ ſi per/
ueniſſet (ꝑfecto Latino populo : qui iam
intrauit cum Petro) penitus adheſiſſet:
ſed ꝛ fieret in rei veritate nobiſcum:vnuȝ
ouile ꝛ vnus Paſtor. Ut enim pretermit/
tamus cetera : qđ eſt ꝙ Judeoꝝ populus
electus eſt primo ad culturam vnius Dei:
duo autem circa fines ſeculoꝝ:niſi qꝛ vna
eſt perſona Trinitatis:que a nullo eſt : ꝛ a
nullo mittit̃. Due vero que ab vno ſunt:
ꝛ ab vno mittuntur? Qđ ſi populus Ju/ Ephe.
daicus qui electus eſt in patribus:typum
gerit illius pſone:a quo omnis paternitas
in celo ꝛ in terra nominatur:cuius pſone
typum gerere dicimus latinum:cui datus
eſt vicarius Chriſti:niſi ipſius filij qui tra
ditur occurriſſe ipſi Petro:ꝛ dixiſſe. Ue/
nio Romã iteꝝ crucifigi:ꝛ qui dedit ipſi
Petro:vniuerſalem poteſtatem abſoluen/
di.ſ.ꝛ ligandi ad omnes ꝛ ſup omnes:qui
cenſentur noie chriſtiano? Sane:qꝛ Greco
rum populo datus eſt Beatus Joannes:
a quo ꝛ incepit perfectoꝝ religio Mona/
choꝝ:typum gerit illius ſpiritus qui que
rit ꝛ diligit filios ſpirituales:eos.ſ.qui am
bulant ſm ſpirituȝ:ꝛ odiunt luxum mun
di:ꝛ laſciuiam carnis. Qđ ſi ita eſt:quid ꝙ
Greci nondum acceperunt poſſe credere:
ꝓcedere ſpirituȝ ſanctum a filio:niſi qꝛ hu
militer doctrinam acceperunt a Populo
Judaico:qui gerit myſterium Dei patris:
ſed ſpernit nunc humiliter accipere a La
tino : qui habet in hac parte ſimilitudi/
nem filij:vt quomodo idem ſpiritus acci/
pere dicitur a filio : ꝙ annunciet:ita Gre
corum Populus qui aliquando doctri/
nam accepit ab Hebreo : accipiat eo mo



do ſimiliter a latino ? Hoc plane myſte/
rium : ſi intellexiſſent Greci : iam intraſ/
ſent nobiſcum in monumentum:ſcientes
ꝙ non eſt deus diſſenſionis : ſed pacis. At
qꝛ neſciebat adhuc ſcripturam Joannes:
qm̃ oportebat Chriſtum reſurgere a mor/
tuis : non eſt miꝝ ſi adhuc Greci neſciunt
mortuam eſſe litteram:vbi ſpiritus viuit.
Scient autem poſtea. Scient inqȝ:ſcient:
ꝛ ꝯuertentur ex eis reliquie in toto corde
Oſee.3 ſuo:ꝛ venient in Syon querentes dñm:ꝛ
Dauid Regem ſuum. Et adorabunt in Al
tari:qđ ſundatum eſt Rome:ꝛ extunc ma
nus domini erit cum eis. Deinde Maria
Magdalena que ſtat foris : Synagoga.ſ.
que exteriora ſectatur:inclinabit.ſe a tumo
re ſupbie:ꝛ proſpiciet in monumentum:ꝛ
videbit ibi duos Angelos:ꝯcordiam.ſ.pa
trum duoꝝ teſtamentoꝝ:ꝛ intelliget vo
cem eorum increpantium ſe : ac ſi dicen/
tium. Mulier quid queris ? quid plo/
Joh.20. ras? quia nimirum mulier eſt ꝛ non vir
que querit Spiritum in Sepulchro:que
viuentem in ſecula : plorat cum mortuis.
Uidet etiam Maria Dominum ꝛ audit
illum dicentem ſibi hocipſum : ꝛ extimat
Hortulanum:qꝛ cum incipiet, ſynagoga
apertis oculis cordis intelligere veritatem:
videbit quidem illam iam:ſed non cogno
ſcet : quia tenebuntur adhuc oculi eius:
oppreſſi caligine infidelitatis ſue. Sic ꝛ
duorum illorum:qui cum eo loquebantur
in via : tenebantur oculi vt non agnoſce/
rent quem videbant : ꝛ ſi cor eorum ar
dens eſſet in eis. Sed vt melius eluceſcat
quod dicitur. Tria ſunt genera hominuȝ
in hac parte notanda. Alij quippe ſunt:
qui nec vident : nec agnoſcunt. Alij qui
vident:ſed non agnoſcunt. Alij qui vidẽt
ꝛ agnoſcunt. Nec vident:nec agnoſcunt:
qui eſſe viuificantem ſpiritum:nullaȝ per
cipiunt veritatem : ideſt : qui nec perci/
piunt veritatem : in his que legunt : nec
norunt attribuere quid cui : aut pro quo
ſcriptum ſit. Uident ꝛ non cognoſcunt:
qui ꝛ percipiunt quidem ſpiritualem in/
tellectum : nec tamen cui attribuatur pre
ſentiunt. Uident autem ꝛ agnoſcunt:qui
ꝛ percipiunt ſpiritualem intellectum : ꝛ
quid cui attribuatur pſentiunt. Quo cir/
ca:cum Maria:nec vidit dominum : nec
cognouit ad tempus omnimode cecita/
tis Judeoꝝ referendum eſt. Cum vidit ꝛ
non agnouit ad tempus (vt ita dixerim)
penultimum. Cuȝ percipient quidem ſpi
ritualem intellectum:ſed vtrum ſm illuȝ
oporteat eos ambulare:ꝛ ei ſe decetero cre
dere non intelligent. Cum vidit:ꝛ agno
uit : ꝛ vocauit eum : Rabbi : ad tempus
conuerſionis eorum:cum : videlicet : ab/
lato velamine ab oculis eorum : intelli/
gent illud eſſe verum magiſterium quod
eſt in ſpiritu : agnoſcentes quid ſibi velit
illud Apoſtoli. Littera occidit : ſpiritus 2.cor.3.
autem viuificat. Quaſi ergo quem videt
Maria: Hortulanum putat : ꝛ tamen do
minum quem perdidit:an ipſe ſit qui eum
abſtulerit:querit:cuȝ per ea que conſuma
ta legit in Chriſto : Synagoga:quin ma/
gnus aliquis fuerit dominus Jeſus:nega
re non poteſt : nec tamen eum credit eſſe
Chriſtum : ſed quaſi vnum ex Prophe/ 1.cor.3.
tis:quaſi vnum ex eis qui miſſi ſunt plan
tare ꝛ rigare:non quaſi ipſe qui incremen
tum dat Deus. Et quia omnis fidelium
multitudo ipſum eſſe teſtatur Meſſiam:
quem expectant Judei : quaſi ipſe ſit qui
abſtulerit nomen Meſſie : cum quodam
muliebri affectu Synagoga pro ipſo ſpiri
tu:quem videbit quidem:ſed adhuc non
agnoſcet interpellando cauſatur. Domi/ Joã.20
ne (inquit) ſi tu abſtuliſti eum : dicito
mihi : ꝛ ego eum tollam. Quaſi enim
Maria : eum quem exiſtimat Hortula/
num : putat abſtuliſſe Dominum ſuum :
cum iam Synagoga vſqȝ adeo erit defle
xa a tumore ſuperbie ſue : vt eſſe quidem
Meſſiam : non credat Dominum Je/
ſum : ſed tamen tam magnum Prophe/
tam:vt merito ſibi pro contemptu ipſius
credat abſconditaȝ veritatem. Ideoqȝ pro
oſtendẽdo ſibi domino regnans Hortula/

num Maria:rogatura pro oſtendenda ſi/
bi veritate:dñm Jeſum Synagogam deſi/
gnat:cum:vz:non credet adhuc eſſe eum
ipſam veritatem:ſed quaſi magnum ac ſin
gularem veritatis preconem. Uerum hoc
vſq; ad tp̄s. Ubi autē noīe ſuo appellatur
Maria ꝯuerſa cognoſcit dñm ⁊ magiſtrū
vocat; q̄ vbi affectum gratie ſue inſpirat
dñs in ſynagoga: qđ eſt cognoſcere illam
ex noīe:protinus ꝯuertuntur ad vniuerſa
lem magiſtrum:⁊ ablato ab oculis eius ve
lamine cognoſcit illico ſaluatorem ſuum.
Cognoſcit inq̄ȝ ſaluatorem: q̄ cognoſcit
veritatem nec tñ adhuc ſicut eſt: ſed ſicut
putant Judei:eſſe.ſ.ſaluatorē purū hoīem
⁊ Dei filium adoptiuū. Inde eſt ꝙ ⁊ poſt
notitiam:ꝓhibetur tenere pedes dñi:quo
uſq; vadat ad diſcipulos:⁊ ꝯñteat aſcende
re dñm ad patrem ſuum: q̄ nequāq̄ ad/
mittit ſynagoga ad ꝯſortium Chriſti:cre/
dēdo ipſum eſſe filium Dauid:niſi ꝯñteat
eſſe eum verū filium Dei:eſſe eum benedi/
ctum:qui venit in noīe dñi. Fecit autem
Ps.117. Maria ad litteram:ſicut precepit dñs. Fa
Mat.23. ciet ⁊ hoc in ſpiritu:ꝯuerſa ad dñm ſyna/
goga. Igitur ⁊ reliquie Grecorū agnita ve/
ritate que eſt in ſpiritu:ꝯuertentur ad vni
tatē eccleſie. Et reliquie iudeorū pari mo
do ꝯuertent ad dñm:ſm qđ de duobus ce
cis in typo vtriuſq; populi in euāgelio ſcri
ptum eſt. Egredientibus illis.i. Chriſto ⁊
diſcipulis eius ab Jerico:ſequute ſunt eū
turbe multe. Et ecce duo ceci ſedentes ſe/
Mat.20. cus viam audierunt q̄ Jeſus trāſiret:⁊ cla
mauerunt dicētes. Dñe:miſerere noſtri fi/
li Dauid. Et ſtetit (inquit) Jeſus:⁊ voca
uit eos: ⁊ ait. Quid vultis vt faciam vo/
bis. Dicunt illi. Dñe vt apiantur oculi no
ſtri. Miſertus autē eorū Jeſus:tetigit ocu
los eorū:⁊ ꝯfeſtim viderunt:⁊ ſequuti ſunt
eum. Hec Mattheus:Lucas autem non
Luc.18 duos cecos:ſed vnum tñ fuiſſe narrat:ſub
iungēs aliqđ de Zacheo:qui ⁊ ipſe cecus
erat in mēte: non qđem poſtq̄ȝ ingreſſus
eſt dñs Jerico: ſed priuſq̄ȝ ꝑueniret ad il/
lam. Sed quid? Num diſcordaſſe dicimus

Euāgeliſtas:aut ſicut Judei blaſphemāt:
deceptos eos eſſe putamus? Abſit. Sȝ qui
nouit oīa anteq̄ȝ fiant: voluit facere que/
dam que eſſent ſimilia ſm quid:⁊ tñ ad ali
qđ diſſimilia:vt diſcant hoīes ꝙ littera oc
cidat:ſpiritus aūt viuificet. Uerū ſiqdem:
fuit vtrūq;:q̄ vtrūq; ſm aliqđ:ſpiritualis
intelligētia exhibebat. Preterea miſſum eſt [illegible]
autē a Luca:qđ ſcriptum eſt a Matheo:
⁊ econtrario: q̄ ſi vtrunq; ſcriberetur ab
vtroq;:putaretur ſm ſpiritum:nō in duo/
bus: ſed in quatuor populis ꝯſumādum.
Q̄ vero non in quatuor populis:ſed in duo
bus ꝯſumandum eſt vtrunq; (hoc eſt) in
Greco ⁊ Hebreo:ſcribit Lucas qđ accidet
de eiſdem populis ſm partem anteq̄ȝ reue
letur Antichriſtus:Mattheus qđ accidet
generaliter:poſt ruinā ipſius:cum euacua
uerit Chriſtus Jeſus oēm principatum ⁊ [illegible]
poteſtatem: ſubiectis oībus inimicis eius
ſub pedibus ſuis. Opȝ enim illum regna [illegible]
re donec ſubijciat ſibi iudeos:⁊ alios mul
tos:qui hactenus blaſphemauerunt no/
men eius:⁊ dicant pariter nobiſcum. Be/ [illegible]
nedictus qui venit in noīe dñi. Egreſſus
ſiqdē Jeſus:ꝑambulabat Jerico:q̄ egreſ
ſus ſermo veritatis ab eccleſia:ꝑtranſibit:
vt ꝑueniat ad ſynagogam Judeorū. Jerico [illegible]
nāq; interpretatur Luna:⁊ Lune ſimilis
eſt ſynagoga Judeorū:ꝑp ſcientiam legis:
que aliqñ lucebat in ea:⁊ q̄ ſicut Luna pa
titur mēſtrua:ita paſſa eſt ſynagoga iudeo/
rum. Cecus autē qui ſedebat ſecus viam
mēdicans:populus eſt Grecorū qui nō ha
bens aptos oculos ad intelligētiam ſpiri/
tualem:hoc ſaltē hȝ boni:q̄ ſtat ſecus viā
ꝯfitēdo Chriſtum:interrogādo veritatē:
⁊ clamando:Kyrieleyſon. Qđ eſt dicere.
Dñe miſerere. Plurimi aūt Latinorū in/
crepant illos vt taceant:q̄ deſpiciunt eos
ob cecitatem cordis ſui:ignorantes ꝙ vbi
abundat delictum:ſepe ſupabundat ⁊ gra
tia. Futurū eſt aūt ⁊ hoc in proximo:vt vi/ [illegible]
deant veritatem:que eſt in ſpiritu:⁊ veri/
tas liberet eos a cecitate cordis ſui: ⁊ fa/
ciat illos ſeq̄ ſe:vt ſecū ꝑueniant Jerico.
Conſumabitur



Conſumabitur autem hoc myſterium:in
parte populi Grecorum:anteq̄ȝ Judeorū
populus ꝯuertatur ad deum. Mox enim
vt pars Grecorum percipiet veritatem:⁊
pars Judeorum deſignata in Zacheo:reci
piet eandem veritatem in hoſpitio cordis
ſui:⁊ erit ſubdita illi ſm voluntatem ipſi/
us. Deſcendet enim feſtinus ab arbore ſic/
comori. Relinquet protinus carnalia ope
ra legis:que plerūq; velut a longe verita/
tem non exhibet:ſed oſtendit:vt humilia
tus apprehendat gratiam: quam habere
operibus non meretur. Hoc ſm Lucam.
Qđ autem ſm Mattheum tradunt duo
ceci illuminati a Chriſto:poſtq̄ȝ egreſſus
eſt ipſe cum diſcipulis ſuis ab Jerico: ad
plenitudinem Grecorum ⁊ Hebreorū reſe
rendum eſt:ad quam ꝑueniet tandem ge/
neraliter ſpiritualis intellectus:egreſſus a
ſynagoga Judeorum (hoc eſt) ab illa tri/
bu:que vocatur Juda:de qua ⁊ natus eſt
Chriſtus ſm carnem:⁊ que olim remanſit
ſola domui Dauid: ſeparatis ab ea decem
tribubus: que dicte ſunt proprie: Iſrael.
Cum enim conſtet: ꝙ decem ille tribus:
tranſlate fuere in orientem:hec autem ſola
dicta eſt Juda: capta ab exercitu Roma/
norū ad occiduas mundi partes tranſmi/
Peri/ [illegible] grando ꝑuenit. Quid mirū ſi ad hanc pri/
mo perueniet ſermo diuinus:vt ex ea tan
dem egreſſus:ꝑueniat ad extremas. Uerū:
hec in preſenti loco neceſſarie de Grecis ⁊
Judeis ꝑſtringenda credidimus:vt intel
ligamus ſententiam illam: de atrio qđ eſt
foris templum:ſm tempus eſſe datam: ⁊
ſm partem:eos autem qui ꝯfugiunt ad ſi/
num matris eccleſie: reputatos eſſe in/
ter eos:qui adorant in templo. Qđ autem
illi ordini quem deſignat Joānes metien/
di templum dei ⁊ altare: preceptum ſin/
gulariter factum eſt:ad principium ipſius
ordinis referendū videtur:cum:vz:ordo
ipſe apud latinam eccleſiam inueniendus
eſt:vt qñq; fructificet in populo illo: qui
modo reputatur in atrium: quiq; in ple/
riſq; myſterijs:in eodē Joāne deſignatus

eſt. Non enim preter cauſā myſterij: Bea
tus Joannes examinatus Rome: miſſus
eſt in dolio feruētis olei:⁊ tñ viuus exiens
inde redditus eſt Epheſi:vnde adductus
fuerat. Nec ob aliam cauſam id factum re
or: q̄ȝ vt intelligamus Monachorū ordi/
nem:quem deſignat Joānes:a Grecis per
ueniſſe ad Latinos:qui tñ vbi manens ali
quandiu apud eos:baptizabitur Spiritu
Sācto vt viuat in Chriſto: reuertetur ad
eum populū:de quo venit ad nos:ꝑman
ſurus in eodem populo vſq; in finem. Ca/
lamus autem qui datus eſt Joāni:linguā
ſignificat eruditam:dicēte Pſalmiſta. Lin Ps.44.
gua mea:calamus ſcribe velociter ſcriben
tis. Qui:vz:calamus: bene ſimilis virge
eſſe perhibetur:q̄ ſicut virge auſteritate:
iumenta cohercētur indomita: ita lingue
diſciplina:dura corda hoīum corriguntur.
Metitur autem templum:⁊ altare:⁊ ado
rantes in eo:atrium vero qđ eſt foris tem
plum:eijcietur foras:q̄ hi qui nolunt eſſe
templum dei ⁊ altare: qđ ſpectat ad eos
qui ꝯtendunt intrare per anguſtam viam Luc.13.
que ducit ad vitam: aut ſaltem ex eorum
numero:qui humiliter adorāt in eo:etiam
ſi adherere catholicorū eccleſie:ac ſi atriū
templo videātur per fidem:ad diſtricti tñ
ꝑtinet examen iudicij: vt qñq; eijciantur
foras:quatenus qui ex eis reſidui fuerint:
diſcant (humiliati corde) diligere vnita/
tem:nullamq; poſſe eſſe ſalutem vbi zelus
⁊ ꝯtemptio eſt. Non enim ait Dñs Pe/
tro. Sup hanc petram edificabo eccleſias mat.16.
meas:ſed eccleſiam meam: nec ait. Paſce
illum vel illum gregem:ſed generaliter di
ctum eſt ei. Paſce oues meas. Qui ergo
ſpōte ſua diſcedunt ab vnitate eccleſie:iu/
ſto oīpotentis dei iudicio:gētibus vel dati
vel dandi ſunt:quatenus in reliquijs ſuis Ps.20.
preparet dñs vultus eorū:ſicut ⁊ in typo
eorundem Grecorū:Helye (vt iam memi
nimus) dictum eſt. Reliqui mihi ſeptem 3.Re.19.
millia virorū qui non curuauerunt genua
ſua ante Bahal. Et hec qdem de Grecorū
eccleſia: que recedens a ſtructura templi:
T

ĩn quo habitat Chriſtus:in atrium conua
luit per ſciſſuram : ambulans in peccatis
3.re.12. Jerobobam filij Nabath:qui peccare fe
cit iſrael : ꝛ perſeuerans vſq; ad preſens in
adinuẽtionibus ſuis. Uerumtamen quia
nec ipſa Hieruſalem (que ꝑpter ſacra my
ſteria) que quondam gerebantur in ea:ci/
uitas ſancta dicta eſt : immunis a ſceleri/
bus fuit : non potuit omnino fieri expers
a calice furoris domini:ꝫ tradita eſt:ꝛ ipſa
gentibus : vt taliter calcaretur ab ipſis:
ſm quod in typo ipſius:hic quoq; de lati/
Eccleſia latina. na eccleſia terribiliter dictum eſt.Et ciui
tatem ſanctam calcabunt menſibus qua/
Luc.21 draginta duobus. Hoc ꝛ in pſalmorum li
Ps. 12. bro:inſinuatur cum dicitur. Diuiſerunt ſi
bi veſtimenta mea : ꝛ ſuper veſtem meam
miſerunt ſortez.Ueſtimenta ſane domini:
quatuor patriarchales eccleſie dicte ſunt.
Ueſtis vero illa vna : de qua ſingulariter
dictum eſt. Et ſuper veſtem meam miſe/
Romana eccleſia. runt ſortem:ipſa eſt romana eccleſia:quam
ꝛ ſi ſcindere per partes heretici non ſunt
permiſſi:vt eam tamen hereditate poſſide
rent:ſepius inſtitiſſe noſcuntur.Quod be
ne quoq; in paſſione domini:ad deſignan/
dum id quod modo intulimus : comple/
tum eſſe monſtratur:cuz dicitur. Milites
ergo cum crucifixiſſent eum : acceperunt
veſtimẽta eius:ꝛ fecerunt quatuor partes:
vnicuiq; militi partẽ ꝛ tunicam:erat eniz
tunica inconſutilis deſuper contexta per
Joã.19. totum . Dixerunt ergo adinuicem: Non
ſcindamus eam:ꝫ ſortiamur de illa cuius
ſit . Et hoc quidem (vt iam dixi ad litte/
ram) in Chriſti completum eſt paſſione:
quod tamen in paſſione corporis eius my
ſtice complendum eſt in eccleſijs:quarum
quatuor (vt ex fine) iam liquet:in atrium
quod eſt exterius : reputate ſunt.Quinta
vero que eſt latina eccleſia:in qua tẽplum
ꝛ altare:in ciuitatem ſanctam : quam tñ ꝛ
ipſam calcature ſunt gentes mẽſibus qua/
draginta duobus:ſicut ꝛ per Lucaz in euã
Luc.21. gelio dicitur.Et Hieruſalem calcabitur a
gentibus:donec compleantur tempora na
tionum.Ita vero:in Hieruſalem latina ec
cleſia intelligenda eſt:quomodo in Sama
ria eccleſia Grecorum. Et quia ſicut illis
improperat Ezechiel ꝓpheta:vtraq; pec
cauit dño deo ſuo : iuſtum erat : vt vtraq;
in manus gẽtium daretur:licet diſſimili mo
do.Altera enim exigentibus culpis:tradi
ta eſt obliuioni perpetue.Altera caſtigata:
ꝛ nõ mortificata:quaſi miſericordiam con
ſequuta eſt.Et illa quidem (hoc eſt) Gre/
corum eccleſia:in typo atrij:quod eſt foris
templum:ſine interpoſitione termini dan/
da fore gentibus:denuntiat.Hec que quo
ad fidem:ſancta ꝛ virgo eſt:nõ eſſe (quod
abſit) danda gentibus:ſed calcanda perhi
betur:ab eis menſibus quadraginta duo/
bus.Quod eſt dicere ſm Lucam. Donec
impleantur tempora nationum . Ipſum Luc.21
eſt tempus illius regis vndecimi:qui ſcri/
ptus eſt in Daniele:ſub quo ꝛ aliuz quoq;
regem:regnaturuz eſſe puto:qui ſcriptus
eſt protinus in ſequenti viſione:de quo in
ter cetera ſcriptum eſt.Surget rex impu/ Dan.
dens facie:ꝛ intelligens propoſitiones : ꝛ
roborabitur fortitudo eius:ſed non in vi/
ribus ſuis:ꝛ ſupra q̃z credi poteſt:vniuer/
ſa vaſtabit.Ita autem arbitror iſtos duos
contemporaneos eſſe:ꝛ concordes pariter
in perſequutione iuſtoruz:quomodo Py
latus ꝛ Herodes (qui cũ eſſent prius ini/
mici adinuicem) facti ſunt amici:ꝛ conue
nerunt inſimul in mortem Chriſti.Sic in
quam conuenient in vnum gentes ꝛ pſeu
do prophete:cum duobus Regibus ſuis:
quorum vnus qui erit gentium : deſi/
gnatus eſt in Pylato . Alius qui erit he/
reticorum : in Herode : qui ꝛ Joannem
Baptiſtam occidit gladio : ꝛ Chriſtum
ad ſe miſſum non eripuit:ſed deriſit. Se/
quitur.

¶ Et dabo duobus teſtibus me
is:& prophetabunt diebus mil/
le ducentis ſexaginta : amicti
ſaccis . Hi ſunt duæ oliuæ : &
duo cãdelabra in conſpectu do/
mini terræ ſtantes. Et ſi quis eos
voluerit nocere : ignis exiet de
ore eorum : & deuorabit inimi/
cos eorum . Et ſi quis voluerit
eos lædere:ſic oportet eum oc/
cidi.Hi habent poteſtatem clau
dendi cælum ne pluat : diebus
prophetiæ ipſorum:& poteſta/
tem habent ſuper aquas,conuer
tendi eas in ſanguinem:& percu
tere terram omni plaga quo/
tienſcunq; voluerint.

¶ De his duobus teſtibus : multa mul/
ti loquuti ſunt : ꝛ diuerſi diuerſa. Et quia
aliqui eorum magne auctoritatis fuerunt
viri:ꝛ que ſcripſerunt de eiſdem teſtibus:
iam pene in toto orbe diffuſa ſunt : ꝛ lecta
ſepe ſepius in eccleſia ſanctorum.Uidetur
mihi bonum ſaltem eorum qui nominatiſ
ſimi ſunt patres:ſententias ad mediuz fer/
re : ne ſi aliquid in tam ſolenni re contra
maiorum opinionem dicimus:videamur
prudentes eſſe coram nobiſipſis:quamuis
non omnino videatur illicitum: oſtẽdere
iuniorem opinionem ſuam:vbi diuerſi di/
uerſa dicunt : quia ꝛ Paulus nouiſſimus
apoſtolorum : non ſolum docuit fideles:
quod alij non docebant:verumetiam au/
det dicere:Petrum apoſtolorum primuz:
non recte ingreſſum ad veritatem euange
lij.Interrogatus Sanctus Hieronymus
de Enoch ꝛ Helya:ſic interrogatus eſt ab
eo qui interrogauit:quaſi aperte ſcripſerit
Joannes illorum nomina in libro Apoca/
lypſis:cum hoc ipſe non ſcripſerit?ꝛ ſiue il
le primus hoc dixerit:qui de eis Hierony
mum interrogauit:ſiue alius : ita verſum
eſt in vſum:vt non ſolum apud commune
vulgus : opinio tranſierit in intellectum:
quin potius in ſolẽnem auctoritatem ma/
gnorum patrum : quorum doctrina vſq;
hodie illuſtratur eccleſie. Super cuius rei
aſſertione:vehementer admiror ꝛ virum
occulti cauſa myſterij:hoc accidat:an pre/
ſumptione tñ:pro eo.ſ.q̃ duo viri ipſi:vi
ui eſſe referuntur? Ignoro.Unum dico q̃
neq; intellectu ſpirituali : neq; hyſtorico
probari poteſt:eos quos ſcribit Joannes:
eſſe Enoch:ꝛ Helyam:maxime:cum ver
ba que videntur ex parte aliquantam fa/
cere preſumptionem:non videantur tan/
gere:Enoch:ꝛ Helyam:ſed potius Moy
ſen ꝛ Helyam : qui ſimul (mediante do/
mino:cernentibus tribus apoſtolis) ap/
paruerunt in monte : quando elapſa ce/
litus nube : audita eſt vox paterna : di/
cens.Hic eſt filius meus dilectus : ipſum
audite.Quod ſi vnus eorum:quem tange mat.17.
re videtur textus lectionis:ideſt : Moy/
ſes:mortuus eſſe perhibetur:aut alius in/
tellectus requirendus eſt q̃z hyſtoricus:
aut in difficillimas:ꝛ iſolubiles videmur
incidere queſtiones.Licet autem:nõ con/
tradixerit Hieronymus ei qui ſe interro/
gauit.Utrum Enoch:ꝛ Helyas ſm Apo Hieronymus.
calypſim Joannis:eſſent morituri:in ſpi/
ritu tamen eſſe intelligendum potius q̃z
ad litteram aſſeruit dicens. De Enoch ꝛ Hieronymus.
Helya : quos venturos Apocalypſis re/
fert:ꝛ eſſe morituros : non eſt huius tem/
poris diſputatio:cum omnis ille liber:aut
ſpiritualiter intelligendus ſit : ſicut nos
extimamus:aut ſi carnalem interpretatio
nem ſequemur : iudaycis fabulis acquie/
ſcendum ſit. Ut rurſum edificetur Hieru
ſalem:ꝛ hoſtie offerantur in templo:ꝛ ſpi/
rituali cultu immutato:carnales obtineat
cerimonias . Igitur ſm Hieronymum:
quod videtur hic dictuz de Helya ꝛ ſotio
eius:non carnaliter ſm litteram : ſed ſpi/
ritualiter eſt intelligendum. Quod ſi ſpi/
ritualiter ꝛ non carnaliter : aut eo modo

quo Joānes venit in ſpiritu ⁊ virtute He
lye: duo aliq̄ venturi ſunt: aut in eis duo or
dines ſpirituales intelligendi ſunt: qui pu
gnaturi ſunt cum beſtia: que aſcenſura eſt
de abyſſo. Ut autem vnus iſtorum Helyas
ſm̄ litteram intelligatur: ⁊ verba que de
eius hyſtoria propagata eſſe videntur: ⁊
mat.17. promiſſio dn̄i dicentis. Helyas q̄dem ven
turus eſt: ⁊ reſtituet oīa: magnam faciunt
3.re.17. preſumptionem. Si q̄dem tribus annis ⁊
ſex menſibus: Helyas ꝓpheta: aquam ce/
lo ligauit: ⁊ ad verbum oris eius: igne ce/
4.re.1. litus miſſo: ꝯcremati ſunt inimici. Sed ⁊
hic tribus annis ⁊ dimidio: hi duo ꝓphe
te predicaturi eſſe referunt: ⁊ ſubiunctum
eſt poſt pauca: ꝙ habeant poteſtatem clau
dendi celum ne pluat: diebus ꝓphetie ipſo
rum. Propter hec inq̄ȝ verba: preſumptio
eſt: ꝙ vnus iſtorum eſſet Helyas: maxime ꝑ
eo ꝙ viuus eſt: ⁊ ꝓmiſſus a dn̄o: vt reuele
tur mūdo: anteq̄ȝ veniat dies domini ma/
mala.4. gnus: ⁊ ꝯuertat corda patrum ad filios: ⁊
corda filiorum ad patres eorum. Nec forte ve
niam (inq̄t) ⁊ ꝑcutiam terram anathema
te. De Enoch vero: ꝙ ipſe ſit Helye ſocius:
vel ꝙ ipſe cum eo venturus ſit: nec in litte
ra: nec in ſpiritu: palam: aut in enigmate:
ſermo eſt: ſed ex eo tm̄ preſumptum eſt: ꝙ
cum fuerit vir bonus ⁊ iuſtus coram deo:
ſolus ex oībus tranſlatus eſt: ⁊ creditur ꝙ
ad hoc tranſlatus: vt ⁊ ipſe ſicut Helyas
4.re.2 teſtimonium ꝑhibeat veritati. Q̄r igitur
Moyſes ſicut ⁊ ceteri hoīum mortuus eſſe
deſcribitur: Enoch autem non mortuus:
ſed viuus tranſlatus eſt: quaſi alienum fuit
Gene.5 ab humano ſenſu: ꝙ pars verborum illorum
tāgeret Moyſen: quem mortuum ⁊ ſepul
deu.34 tum: ⁊ ſi abſconditum: ſcriptura cōmemo
rat: magis aūt preſto fuit preſumere: etiam
indiſcuſſa parte vborum: ꝙ ipſe eſſet Enoch:
qui ſolus: ſicut Helyas viuus eſt: a domi/
no: vbi ipſe ꝯſtituit: ꝯſeruatus. Ex qua re
Papa Grego/rius. actum eſt: vt etiam ſanctus Papa Grego
rius: Enoch pariter cum Helya: aperte ſe
rat eſſe venturum: dicens ſic. Enoch ⁊ He/
lya predicante: multi ex his qui tunc ex iu

deis in infidelitate remanſerint: ad cogni
tionem veritatis redient: qui vtriq̄ȝ per
Zachariam: due oliue: ⁊ per Joānem: duo
candelabra noīantur. Q̄r vero tantus ⁊ ta Zach.4
lis vir: hoc: ⁊ in loco iſto ⁊ alijs: aut intelli
gens altius ſicut ſanctus: aut opinās aliq̄d
ſicut hō: frequentandum credidit ⁊ ſcribē
dum: tacendum mihi eſſet in loco iſto: po
tius q̄ȝ aliq̄d loquendum: niſi me ad ꝑſe/
quēdum rectum iter compelleret: ⁊ ſimul
cepta exponendi materia: ne ſoluta parte
vna littere: pars altera que aliud ſonat: re/
linquat̄ intacta. Certe de duobus viris di
ctum eſt: ꝙ habeant poteſtatem claudēdi
celum ne pluat diebus prophetie ipſorum: ⁊
poteſtatem habēt ꝯuertendi aquas in ſan/
guinem: ⁊ percutere terram oī plaga: ⁊ ſci
mus q̄r ſolus Helyas clauſit celum ne plu 3.re.17
ueret annis tribus ⁊ menſibus ſex: ⁊ ſolus
Moyſes ꝯuertit aquas in ſanguinem ⁊ ꝑ/ Exo.7.
cuſſit terram Egypti oī plaga. Nō ſi idcir
co preſumit̄ de Helya: q̄r pars verborum iſto
rum tangit opa eius: cur nō eodem modo
preſumet̄ de Moyſe: qui viſus eſt cum eo
in monte: cum pari modo: pars verborum
tangat opa eius: niſi q̄r mortuus eſſe legit̄: mat.17.
⁊ iſti duo tanq̄ȝ non mortui: morituri eſſe
ſcribuntur? Ut ſi verba iſta ſm̄ Hierony/ Hiero/nymus.
mum: in ſpiritu: nō ad litteram: intelligē/
da ſunt: poſſunt ſm̄ ſpiritum accipi duo vi
ri ipſi: Moyſes ⁊ Helyas: quorum vnus deſi
gnat ordinem clericorum: alius ord nem mo
nachorum. Scdm vero litteram: fruſtrat̄ ol
no intellectus: ⁊ ſi nō in parte Helye (qui
adhuc viuit), in parte tn̄ Moyſi: q (ſicut
ſacra ſcriptura teſtat̄) mortuus eſt: niſi ve/
lit adhuc aliq̄s diſceptare d̄ corpore Moy
ſi: ⁊ fateri illum cum Joſepho iudeo non
eſſe mortuum: ſed occultatum: q̄n potius
cum ſancto Ambroſio: qui eum aſſerit non Ambro/ſius.
obijſſe. Sic enim dicit de eo in libro Exa/
meron. Nō legimus de Moyſe ſicut de ce
teris: q̄r deficiens mortuus eſt: ſȝ per ver/
bum dei mortuus eſt. Deus enim neq̄ȝ de/
fectionem: aut diminutionem patit̄: neq̄ȝ
adiectionem capit. Unde ⁊ addidit ſcriptu

deu.34 ra: quia nemo ſcit ſepulturam eius vſq̄ȝ in
hodiernum diem: vt tranſlationem ma/
gis q̄ȝ interitum eius intelligas. Mors
enim receſſio eſt quedam anime a corpore.
Moy/ſes. Mortuus eſt igitur per verbum dei (vt
ait ſcriptura) non ſm̄ verbum: vt aduer/
tas: non nuncium mortis: ſed gratie mu/
nus expreſſum: qui tranſlatus magis q̄ȝ de
relictus eſt: cuius nemo nouit ſepulturam.
Quis enim in terris reliquias eius potuit
deprehendere: quem ſecum eſſe dei filius
in euangelio demonſtrauit? Deniq̄ȝ ⁊ He/
lyas ſemel eſt viſus: qui tranſlatus curru
eſt: nec mortuus: nec ſepultus legitur. Ui/
uit enim qui cum dei filio eſt: Moyſes au
tem mortuus quidem legitur: ſed per ver/
bum dei mortuus: per quod facta ſunt om
nia. Uerbo aūt domini: celi firmati ſunt.
Per verbum igitur dei: non lapſus opis:
ſed firmamentum eſt. Non ergo tanq̄ȝ re/
lapſus in terram deprehenditur: corporis
ſolutione: ſed tanq̄ȝ verbi celeſtis operatio
ne donatus ⁊ munere: vt quietem magis
caro eius: q̄ȝ buſtum acceperit. Nemo igi
tur ſcit ſepulturam Moyſi: q̄r vitam eius
oēs nouerunt. Hec Ambroſius. Uerumta
Ambro/ſius. men ⁊ de hoc diuerſi diuerſa ſenſerunt: ⁊
ſuas opiniones mandare memorie ſtudue
runt: querentes ſinguli ꝑuenire ad id qd̄
1.co.13 perfectum eſt: vt euacuetur quod ex parte
eſt. Erit autem iſtud cum venerit tempus
mat.26. eius: cum multa corpora ſanctorum que dor/
mierunt: euigilabunt: ⁊ exeuntes de mo/
numentis: apparebunt multis (hoc eſt)
cū multi ſpirituales intellectus: qui hacte
nus dormierunt in littera apparebūt mul
tis: vt reuelētur ex multis cordibus cogi/
Luc.2 tationes. Nam ⁊ Philippus vnus de duo
decim: volens ante tempus predicare Je/
ſum: q̄r necdum ſicut erat ſciebat donum
dei: ⁊ q̄r non filius viri ⁊ corrupte femine:
eſſet Jeſus Chriſtus (ſicut credebant Ju/
Joā.1. dei) ait Nathanaeli. Quem ſcripſit Moy/
ſes in lege: ⁊ prophete: inuenimus Jeſum
filium Joſeph: a Nazareth ciuitate. Si igi
tur ſancti apoſtoli neſcientes: plene a prin/

cipio altitudinem ſacramenti: ⁊ tn̄ volen/
tes habere ſocios in ea gratia: quam ſe in/
ueniſſe gaudebant: lȝ longe maior eſſet q̄ȝ
putauerant ipſi: predicare prout poterant:
geſtiebant. Quid ſi in illis rebus que vo/
luit deus occultare vſq̄ȝ ad tempus prefi/
nitum: aliquid occurrit pie querentibus:
ſentire vel opinari: quod aliter in parte fu
turum ſit: vt ipſe ſit ſemper magiſter om/
nium: ⁊ non glorietur omnis caro in con/ 1.cor.1.
ſpectu eius. Ex parte (inq̄t apoſtolus) co
gnoſcimus: ⁊ ex parte prophetamus: cum 1.cor.13
autem venerit quod perfectum eſt: euacua
bitur quod ex parte eſt. Igitur opinari ali
quid in huiuſmodi: quod non ſit contra fi
dem catholicam: ⁊ falli humanum eſt. Ex
cuſat autem opinantem pietas illa: que ex
cuſauit Mariam Magdalenam: dicētem.
Tulerunt dn̄m meum: ⁊ neſcio vbi poſue/ Joā.20
runt eum. Et eos qui erant in domo Ma
rie congregati dicentes de Petro: ꝙ ange
lus eius eſſet. Nec iſtud tamen dicimus:
vt negemus Enoch venturum cum He/ Actuū.
lya: aut affirmemus Moyſen viuere: pro/
pter opinionem illam Ambroſij: que ſupra
ſcripta eſt: ſed vt oſtendamus: quid in opi
nione: quid in intellectu accipiendum ſit:
propter occulta conſilia omnipotētis dei:
qui in ſpiritu promiſſi Helye: miſit ad Ju/
deorum populum Joannem Baptiſtam.
Et de Helya quidem certi ſumus omnino:
ꝙ ita ipſe vēturus ſit precurrere iudicem:
ſicut Joannes preiuit redemptorem. Sed
num alienum eſſet a fide: ſeu a rationabili
opinione: ſi priuſq̄ȝ reueletur Helyas: aliq̄
ſpirituales viri: qui eſſent ſimiles Moyſi
⁊ Helye apparentium cum Chriſto in mō
te: mitterētur a dn̄o: predicare hoībus ver
ba vite: ſm̄ ꝙ in ſimilitudine duodecim
patriarcharum: duodecim apoſtoli dati ſunt.
Uel certe duo ordines iuſtorum: qui deſignā/ Duo or/dines.
tur per illos? Sicut autem liceret iſtud: ſic
⁊ illud opinari: non eſt contra fidem: ſicut
vt Enoch (qui viuere creditur ab vniuer
ſis) veniat cum Helya: ſicut Moyſes (ſi
tn̄ viuit) qui viuere ab aliquibus eſt (vt

Moyſes venturus. ſupra notauimus) extimatur : quia ⁊ ſi ſi/
mul tres reſeruati eſſent ad hoc: vt mitte/
rentur a domino circa finem mundi: nec
a magno: venerandoq; myſterio eſſet alie/
num : nec ab his que ſcripta ſunt in libro
iſto diuerſum. Si enim tres viros iſtos di
ligenter aduertimus: in Enoch : qui fuit
de antiquis illis patriarchis : qui fuerunt
ante legē: ſimilitudo patris eſt. In Moy
ſe: qui fuit legis lator: ⁊ doctor populi iſra/
el: ſimilitudo filij. In Helya qui fuit ini/
tiator vite heremitice ⁊ ſpecialis: ſimilitu/
do ſpiritus ſancti. De ſolo autem Moyſe
dicit ſcriptura: ꝙ mortuus fuerit: quia ſo/
lus filius mortuus eſt ad horam in carne:
qui tamen ⁊ ipſe viuit : cū patre ⁊ ſpiritu
ſancto: ⁊ regnat cum eis in ſecula ſeculo/
rum. Quod ſi deus (qui omnia poteſt) ſic
decerneret ⁊ ſic vellet: quid ſi Moyſes ob
dormiſſet ad horam: ⁊ paulo poſt ſurrexiſ
ſet de monumento: moriturus in tempore
prefinito: cum nullus ſit eorum qui reſuſci
tati ſunt a domino antequam pateretur:
nec etiā poſt eius reſurrectionem ab apo
ſtolis: aut ab alijs ſanctis: qui non iterum
morituri: reſuſcitandus iterum cum alijs
in nouiſſimo die? Quod ſi Lazarus ⁊ om
nes alij qui iſto modo vixerunt poſt mor/
tem: bis mortui ſunt : vt bis reſurgerent.
Quid ſi eodem modo Moyſes vocatus
eſſet de ſepulchro iterum moriturus: vt ⁊
illud eſſet cauſa myſterij : ⁊ iſtud debitum
humane conditionis : ⁊ vera ſit ſcriptura
que illum mortuum eſſe fateretur : ⁊ non
ſit opinio falſa eorum: qui eum vſq; ad pre
ſens: viuū eſſe contendunt? Quod vero
forte Moyſes ⁊ Helyas venturi ſunt ſi/
mul: ⁊ Enoch cum eis: vel potius cū eo
Moyſes ⁊ Helyas : vera poteſt eſſe opi/
nio eorum: qui dicunt predicaturos ⁊ paſ
ſuros Enoch ⁊ Helyā: ⁊ etiam ſi interſit
Moyſes: quatenus ⁊ illud verū ſit: quod
1.cor.13. Apoſtolus ait. Ex parte enim cognoſci/
mus: ⁊ ex parte prophetamus: cū autem
venerit quod perfectum eſt: euacuabitur
quod ex parte eſt. Quid enim ſi tres ipſos
mittendos decreuerit omnipotēs deus:
vt teſtimonium perhibeant veritati: dicē/
te domino. In ore duorum aut trium te/
ſtium: ſtat omne verbum? Preſumitur au Joh.8. matt.18
tem ꝙ tres tales viri: futuri ſint in tempo
re ſuo. Utrum ipſi ſint de quibus agitur:
an alij : neſcio : deus ſcit : ex loco illo libri
huius: vbi ſub nomine trium angelorum:
tres magni predicatores deſcribuntur: qui
in fine huius ſecundi ſtatus reuelādi ſunt:
quorum vnus accepturus eſt euangelium
eternum: vt annunciet illud habitantibus
in terra alius ſubſequuturus: ⁊ dicturus.
Cecidit cecidit Babylon magna: tertius Bene notanda
ſi quis adorauerit beſtiam : ⁊ imaginem
eius: hic bibet de vino ire dei . Sed ⁊ hic
in ſuperioribus mentio vnius angeli fa/
cta eſt habentis in manu ſua librum aper
tum: deinde duorū virorum: pro quibus
⁊ hec omnia dicta ſunt. Sed ⁊ locus ille
Danielis (cuius ſupra fecimus mentio/
nem) ad ipſum miro modo velle videtur
(dicente ipſo Daniele) in eodem loco: vi/ Dan.12
diſſe ſe virum quendam ſuper aquam flu/
minis: ⁊ duos alios manētes cū eo: vnū
hinc: ⁊ alium inde. Siue ergo illi ſint: ſiue
alij : neſcio : deus ſcit. Non fruſtra tamen
tres viros mittendos eſſe a dño ad perhi/
bendum teſtimonium veritati : ſub aper/
tione ſexti ſigilli: loca ipſa demonſtrāt: cū
conſtet ꝙ certi cauſa myſterij: tres magni
patriarche electi ſunt a domino in exordio
primi ſtatus: Abraam. ſ. ⁊ Iſaac : ⁊ Jacob:
quorum ſimiles, dicti ſunt tres alij: in exor
dio ſecundi: Zacharias: Joannes Bapti/
ſta : ⁊ homo Chriſtus Jeſus : excepto ꝙ
vnus iſtorum trium : ſola dignatione ſua
voluit eſſe quaſi vnus ex ſeruis ſuis ad cō
plenda myſteria regni dei: ſicut idem ipſe
Joanni Baptiſte : metuenti ſe baptizare:
reſpondit. Sine modo: ita nos oportet im matt.3
plere omnem iuſtitiam . Sicut enim Za/
charias preceſſit ſolus: Joānes autem Ba
ptiſta: ⁊ hō Chriſtus Jeſus ſequuti ſunt ſi
mul: ita ⁊ hic: vnus trium preire videtur:
ſequi vero pariter duo: qui etiam ambo ſi/
mul occidendi ſunt : ſicut hic videtur ab
infidelibus: ſic Joānes ⁊ Chriſtus Jeſus:
aut ſicut Petrus ⁊ Paulus occaſione Si
monis Magi a Nerone impio occiſi ſunt.
Sic ⁊ in tranſmigratione Babylonis: pre
ceſſit vnus: ⁊ ſequuti ſunt duo: ita vt vnus
qui preceſſit propheraret ſolus in Hieruſa
lem: ipſe eſt Hieremyas propheta : duo ſi/
mul in Babylone : Ezechiel. ſ. ⁊ Daniel.
Uidētur autem duo viri iſti: Moyſes: vz:
⁊ Helyas: habere aliquid ſimile cum Joā
ne Baptiſta: ⁊ homine Chriſto Jeſu: q: ſi/
matt.3. cut Joānes baptizauit aqua: Chriſtus ve/
ro Jeſus: ſpiritu ſancto ⁊ igne: ita ⁊ filios
iſrael: dicit Paulus: baptizatos fore Moy
ſi baptiſmate in nube ⁊ in mari: Helyas ve
1.cor.10 ro myſterium ſuum conſumauit in igne.
Aut ergo ipſimet venient cōſumare in ſpi/
4.reg.18. ritu: qđ oſtenderunt in figura: ſi tamen ali/
qua preſumptio eſſe poteſt viuere Moy/
ſen: aut aliqui venturi ſunt in ſpiritu ⁊ vir
tute eorū: qui compleant in ſpiritu quod
in illis apparuit in figura : ⁊ ſi de Enoch
cōueniat ⁊ magna ſit ⁊ fidelis preſumptio:
de Helya vero nō tam preſumptio: q̄ cer
tiſſima fides . Si autem ipſi venturi ſunt
omnino ſm litteram: quid putamus dicē
dum de ſentētia illa Hieronymi: qui dicit
hoc in ſpiritu eſſe cōſumandum: niſi q: ⁊ ſi
vere hoc accipiendum eſt ſm litteram: ni/
hilominus tñ ſpiritualis intelligētia ma/
net? Rurſū ſi vēturi ſunt tres: ⁊ pari mo
do predicaturi: quare ſolus Helyas vētu
rus eſſe narrat̄: niſi q: tertius iſte ſtatus ſe
culi qui futurus eſt: in fine mundi: non in
Enoch: aut Moyſe: ſed tm̄ in Helya deſi
gnatur: ⁊ non tales erunt predicatores il/
lius tpis: quales deſignati ſunt in Enoch
⁊ Moyſe: ſed quales deſignati ſunt in He
lya? Qua in re ⁊ aliud queritur: qđ ⁊ qua/
ſi inexplicabile eſſe videtur: a quibus ba/
ptizandi ſunt viri iſti: niſi forte quis dicat:
eos dominus occulte vocaſſe: ⁊ eos occul
te baptizatos: remiſiſſe protinus in locum
ſuū. Opꝫ enim illos eſſe participes ſacra/
menti teſtamenti noui : vt quaſi a veteri ⁊
nouo videantur aliquid habere: ſm ꝙ ſpi/
ritus ſanctus de patre ſimul ⁊ filio accipe/
re dictus eſt. Si ergo in hunc modum ſa/
cra myſteria ꝑquiruntur: hoc volunt: hoc
innuunt: hoc pretendunt: ꝙ ad perhiben
dum teſtimonium veritati: viri ipſi ventu
ri ſint: q̄uis ob cautele cuſtodiam: pie ma
gis eligam in tanto articulo opinandum:
q̄ temere aliquid ingerēdum: vt dum co
gimus hec: ⁊ alia vigilāter penſare : ſimus
attoniti contra hoſtem: ne forte veniāt ali
qui in deceptione dicētes. Nos ſumus qui
venturi eramus: Enoch ⁊ Helyas: ⁊ deci
piant multos. Ex loco nempe alio libri hu
ius: luce clarius liquet: vēturos eſſe duos:
qui dicunt̄ duo cornua beſtie ſimilia agni:
a quibus eſſe cauendi inſtruit dominus di
ſcipulos dicens. Attendite a falſis prophe/
tis qui veniunt ad vos in veſtimētis oui/
um : intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. matt.7.
Qđ ſi forte (q: verbum mundo intonuit
de Enoch ⁊ Helya) diceret horum aliqs.
Nos ſumus quos expectant fideles : E/
noch: vz: ⁊ Helyas: ⁊ forte: qđ ipſi neſcient
venturus eſt tertius teſtis : Moyſes cum
Enoch ⁊ Helya: q̄ vtiliter fuerit de eo oc
cultatum ⁊ celatum hactenus apparebit:
quādo quidem non fruſtra ars deluditur
arte: ⁊ ingenium ingenio ſuperatur: quam
uis hec omnia ad cautelam: opinando di/
ximus: ⁊ nihil temere affirmādo. Sed ⁊
illud non eſt pretermittendum: ꝙ ita non
nulli putauerunt Enoch ⁊ Helyam im/
mutatos in aliam qualitatem : vt eos non
ſoluturos mortis debitum credant: ſed vi
uere in eternum . Ita enim ſcribit de hoc
beatus Hieronymus: ſuper locum illum
apoſtoli. Omnes quidem reſurgemus: ſed Hieronymus.
non oēs immutabimur : vtens auctorita/
tibus veterū: ⁊ ſe in eorū ſentētia circa hoc:
⁊ circa multa manere demōſtrās. Enoch Cor.15
⁊ Helyas mortis neceſſitate ſupata: ita vt
erāt in corporibus: de terrena cōuerſatione
ad celeſtia regna trāſlati ſunt. Unde ⁊ ſan/
cti qui tpe conſumationis ⁊ iudicij in cor
poribus reperiendi ſunt cum alijs ſanctis:

qui ex mortuis reſurrecturi ſunt: rapietur
in nubibus obuiam Chriſto in aera: ⁊ non
guſtabunt mortem. Aſſum. ⁊ autem hoc te
ſtimonium de expoſitione Theodori era/
cleate. Qui etiaꝫ poſt aliqua verba que ſub
iuncta ſunt: refert hec eadem ſentire Apol
linarem: ita dicens. Apollinaris (licet ver
bis alijs) eadem que Theodorus: aſſeruit:
quoſdam non eſſe morituros: ⁊ de preſen/
ti vita rapiendos in futuram: vt mutatis:
glorificatiſqꝫ corporibus: ſint cum Chri/
ſto: quod nunc de Enoch ⁊ Helya credi/
Hieronymus. mus. Ecce hic dicit Hieronymus: ꝙ a q/
buſdam queritur non eſſe aliquos moritu
ros: ſed mutatis: glorificatiſqꝫ corporibus:
eſſe cuꝫ Chriſto (quod ſe credere dicit) de
Concordatio Enoch ⁊ Helya. Unde ⁊ qđ hic ſcriptum
eſt de duobus teſtibus: qui putantur eſſe
Enoch ⁊ Helyas: in ſpiritu: non in littera
dicit eſſe intelligendum. Quod ſi ita eſt: ⁊
duo alij occidendi ſunt a beſtia: reſtat vt
alij ſunt q̄ꝫ Enoch ⁊ Helyas. Qꝛ vero in
Bene notandū hoc articulo nō ſibi conueniunt ſancti pa
tres: ſed diuerſi diuerſa ſenſerunt: puto ꝙ
abſcōditum hoc eſſe voluerit vſqꝫ ad tem
pus ſtatutum: ijs qui celauit verbuꝫ ab he
lyſeo propheta: vt quicquid diceretur ab
his ⁊ illis: opinio magis ſit que falli poteſt:
q̄ꝫ notitia vel intellectus: qui ſi verus eſt:
falli non poteſt. Si enim (vt ait Sanctus
Gregorius. Gregorius) etiam prophete falluntur: qđ
mirum ſi fallitur opinio eoꝝ qui prophete
non ſunt? Sic enim ait idem doctor Pe/
tro dyacono. Quid miraris ſi fallimur: qui
ꝓphete non ſumus? An mente excidit ꝙ
Dauid qui prophetie ſpiritum habere con
ſueuerat: contra innocētem Jonathe filium:
ſententiam dedit: cum verba pueri mētien
tis audiuit? Hec idcirco dico: qꝛ ſi verum
eſt: ꝙ occidendi ſint Enoc ⁊ Helyas: falli/
tur opinio eorum qui putauerunt eos nō
morituros. Et ſi ipſi morituri nō ſunt: ſed
alij qui ſint in ſpiritu Enoch ⁊ Helyas:
vel potius (vt ſupra ſcripſimus) Moyſes
⁊ Helyas: alterius partis opinionem falli:
neceſſe eſt: qꝛ vtrunqꝫ veꝝ eſſe non poteſt:

q̄ꝫuis de opinione certum nihil: ⁊ in intel
lectu dubia multa: donec illuceſcat dies: ⁊
Lucifer naſcatur in cordibus noſtris. Et 2.petr.1.
hec quidem dicta ſunt in diſcuſſione litte/ 2.cor.3.
re que occidit: cuius in multis eſt ambi/
guus ⁊ tenebroſus itellectus. Unde ⁊ ſcri/
ptura dicit. Tenebroſa aqua in nubibus ae psalmo.
ris. Et alio loco. Tenebre erant ſup faciem Geneſis
abyſſi At qꝛ ſequitur. Et ſpiritus domini
ferebatur ſuper aquas: ſurgendum eſt cum
eo a profundo littere ⁊ eundum in altum:
vbi lucent luminaria celi: occultis cōſilijs
vel iudicijs: domino (qui nouit oīa) dere
lictis. Sint ergo viri iſti iuxta lr̄am: quos
deus melius ipſe nouit. Secundum vero
typicum intellectum quid ſignificent con
ſiderandum eſt. Scimus ꝙ Moyſes fuit
vir leuita: ⁊ paſtor populi Iſrael: Helyas
vir ſolitarius non habens filios: aut vxo/
rem. Ille ergo ſignificat ordinem clerico/
rum: iſte ordinem monachoꝝ: quadragin
ta duo menſes quibus predicant: induti
ſaccis: ſignificant totidem generationes:
quibus: ⁊ verbis: ⁊ exemplis clamant dicē
tes. Penitentiam agite: appropinquauit Math.3.
enim regnum celorum. Sed ⁊ gentes ſub
eorum annorum numero: calcant ſanctam
ciuitatem: qꝛ licet in parte non in toto: q̄ꝫ/
diu tamen durat ſpatium iſtud temporis
in tribus annis ⁊ dimidio deſignatuꝫ: ſem
per data eſt poteſtas infidelibus calcādi fi
deles: licet nō eo modo: quo in diebus An
tichriſti. Sed ⁊ atrium quod eſt foris tem
plum: ex multis annis (vt ſupra diximus)
datum gentibus eſſe videmus. Quod au/
tem minus completum eſt: timendum eſt
ne ꝓpere compleatur: qꝛ in omnibus his
non eſt auerſus furor domini: ſꝫ adhuc ma Esa.5.
nus eius extēta. Duo vero ordines iſti: in
typo duorum viroꝝ: due oliue: ⁊ duo can/
delabra dicti ſunt: qꝛ ⁊ oleo charitatis ar/
dent: ⁊ ſplendore ſapientie lucent: quorum
vnum ſpecialius congruit monachis: alte
rum clericis conuenire probatur. Quod
autem ſequitur de duobus viris: in con/
ſpectu domini terre ſtantes: miꝝ cur non



dixerit ſcriptura. In conſpectu domini ce
li: ſi Chriſtus hic dominus intelligendus
eſt? Uidetur enim vocari poſſe deum ter/
re: principem mundi: qui regnaturus eſt
pro peccatis hominum: in cornu illo vn/
Dan.12 decimo: quem ſcribit Daniel: quod ⁊ pu/
tabit: ꝙ poſſit mutare tempora ⁊ leges tra
dēda in manu eius per tempora ⁊ tempus
⁊ dimidium temporis. Oportet enim ſta
re: ſiue duos viros ſm̄ litteraꝫ: ſiue reliqui/
as duorum ordinum in ɔſpectu eius: quo
modo ſteterunt Moyſes ⁊ Aaron coram
Pharaone: qui erat dominus terre Egy/
pti: ⁊ Petrus ⁊ Paulus coram Nerone:
qui erat imperator totius orbis ad ꝓhibē/
dum teſtimoniuꝫ veritati: ſicut ⁊ iſti factu
ri ſunt. Uidetur tamen in Zacharia pro/
pheta ꝙ de domino noſtro Jeſu Chriſto:
dictum ſit verbum hoc: qui etiam (vt pu
tamus) pari cauſa myſterij: dictus eſt in
zacha.4 hoc libro princeps regum terre: nimirum
qꝛ vt homo verus: hominum dominus fa
ctus eſt: ſicut ei in pſalmo ſecundo loqui/
ps.2. tur deus pater: ⁊ dicit. Poſtula a me: ⁊ da
bo tibi gentes hereditatem tuam: ⁊ poſſeſ
ſionēm tuam terminos terre. Et Eſayas.
Esa.16. Emitte agnuꝫ domine: dominatorem ter/
re: Quod ſi ita eſt: quare dictum eſt de vi/
zacha.4 ris iſtis in Zacharia ꝓpheta. Iſti ſunt duo
filij olei. i. ſplendoris: qui aſſiſtunt domina
tori vniuerſe terre: ⁊ in libro iſto. Iſti ſunt
due oliue ⁊ duo candelabra in ɔſpectu do/
mini terre ſtantes: niſi quia ex eo tempore
quo viri iſti venturi ſunt: oportet regnare
dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in
vniuerſa terra: quouſqꝫ ponat inimicos ſu
os ſub pedibus ſuis? Idcirco eniꝫ dictum
eſt eos ſtare in conſpectu domini terre: qꝛ
ad hoc vēturi ſunt ⁊ ituri ante facieꝫ eius:
vt annuntient aduenifſe tempus: in quo
oportet regnare filium dei in vniuerſa ter
ra. Oportet enim predicare illos: propter
electos: ⁊ annunciare hominibus verba
vite: vt luceat lux eoꝝ coram hominibus:
⁊ oleo doctrine ſpiritualis corda electoruꝫ
hominum inungendo impinguent: pro/

pter reprobos autem ligare aquam celo:
cum oportere perſenſerint: ɔuertere quoqꝫ
aquam in ſanguinem ⁊ percutere terram
omni plaga. Sed hoc quomodo? Nunqđ
iuxta littere veritatem? Minime. Sꝫ clau
dere celum eſt: ne pluat diebus prophe/
tie ipſorum: abſcondere verba ſpiritualia
in cordibus electorum: ⁊ prohibere illos
ne audeant loqui carnalibus hominibus
verba ſpiritualia: que capere: aut ſentire
non poſſunt: dicente domino. Nolite da/ matt.7.
re ſanctum canibus: ⁊ nolite ſpargere mar
garitas veſtras inter porcos: ne forte con/
culcēt eas pedibus ſuis: ⁊ conuerſi diſrum
pant vos. Non ſolum auteꝫ propter hoc:
ſed ⁊ pro eo ꝙ digni non ſunt: vt audiant
qui aliquando contempſerunt verba dei:
dicente domino Eſaye prophete. Obceca Esa.6.
cor populi huius: ⁊ aures eius aggraua: ⁊
oculos eius claude: ne forte videat oculis
ſuis: ⁊ auribus ſuis audiat: ⁊ corde ſuo in
telligat: ⁊ conuertatur: ⁊ ſanem eum. Un/
de ⁊ de ſynagoga Judeorum: immo ⁊ in
ſpiritu de eccleſia: faciens dominus queri/
moniam: ꝙ expectauerit vt faceret fru/
ctum: ⁊ fecerit lambruſcas: hoc ei inter ce/
tera minatus eſt: dicens. Diruam mace/ Esa.5.
riam eius: ⁊ erit in conculcationem: ⁊ po/
nam eam deſertam. Non putabitur: neqꝫ
fodietur: ⁊ aſcendent vepres ⁊ ſpine in ea.
Et nubibus mādabo: ne pluant ſup eam
imbrem. Quaſi enim nubus mandat dn̄s
ne pluant imbrem ſuper generatione ma/
la ⁊ adultera: quia cum vident viri ſancti
ꝙ nihil in predicatione proficiunt: relin/
quentes filios Belial: ɔferunt ſe ad otium
⁊ quietem: ne forte illos non lucrentur: ⁊
ſeipſos amittant. Sunt preterea nonnulli
adulterantes verbum dei: qui non que/ 2.cor.4.
runt ſcire vt operentur: ſed vt videantur
ab hominibus. A quibus non immerito
occultanda ſunt ſecreta celi (hoc eſt) my/
ſteria regni dei: vt non veniat ſuper illos
pluia voluntaria quaꝫ ſegregauit deus he/ ps.67.
reditati ſue: ſed oſtendēdum eſt eis ipſum
myſterium quaſi liber inuolutus: vt vi/

Zac.8. dentes non videant:⁊ audientes non au/
diant. Qui ſi etiam viſi fuerint haurire
aquas fluuiorum Egypti: vt glorientur
de ſcientia mundi huius: aut notitia litte/
re que occidit: mox ſentiunt ſanctos dei
venire contra ſe ad conuertendas aquas
ipſas in ſanguinem: oſtendentes eſſe mor/
tiferum:⁊ veneno infectum: quod ipſi ſa/
lutiferum eſſe putant. O quotiens mun/
dani homines compoſuerunt libellos vt
viderentur ab hominibus: ſed tamen vbi
adducti ſunt ad manus iuſtorum: damna/
uerunt eos: oſtendentes eſſe in eis potum
mortis: vtpote in quibus caro ⁊ ſanguis:
non dei ſpiritus loquebatur Percutiunt
quoq; terram omni plaga: quia terrena ⁊
carnalia corda hominum: oſtenſis plagis
mundi concutiendo percutiunt: quas ipſi
quia velamen habent ante oculos: per ſe
videre non poſſunt. Nam pro eo ꝙ carna
les homines plagas non ſentiunt: niſi cuꝫ
ab iſtis aperiuntur: non fruſtra ipſi dicun/
tur percutere terram omni plaga: qui pla
gas annunciando:⁊ oſtendendo: terrena
illorum corda quaſi virga lingue percu/
tiunt. Cruciantur ergo populi a conſpe/
ctu eorum: ſiue quia prohibent ſtillas ro/
ris: ne pluat diebus prophetie eorum: ſiue
quia multorum intelligentia que putatur
eſſe vtilis: oſtendunt eſſe carnalem: ita vt
non ſit potus ſalutis: ſed mors ⁊ perditio
omnibus vtentibus ea. Hac pro cauſa:⁊ ſi
omni tempore: odio habiti ſunt: cum ta/
men abundabit iniquitas: multo amplius
odientur a multis:⁊ multi conſurgent cō
tra eos in diſceptationibus ſcripturarum:
ſed non preualebunt: quia ignis exiet de
ore illorum qui deſtruet ⁊ conſumet inimi
cos eorum. Sed quis ignis? Nunquid
materialis? Abſit. Sed ignis ſpiritualis in
telligentie: qui deſtruit ⁊ conſumit intelli
gentiam carnalem. Licet enim celent pe/
nes ſe ſpiritualem intelligentiam: que de
celo deſcendit a filijs huius mundi: ſi quā
do tamen inſurgunt contra eos filij Be/
lyal in diſceptationibus ſcripturarum: ne/
ceſſe eſt vt loquantur eis in virtute ſpi/
ritus: vt non inſultent eis tanquam de/
uictis: ſed magis confundantur virtute
ſpiritus ſuperati. Et ſciendum ꝙ in plu/
uia deſignatur illa doctrina: que rigat cor
da audientium ad proferendum fructum:
in igne illa verba pungentia: que carnis
vitia inflammando conſumunt. Alterum
ergo prohibent ſancti. Alterum nequaq;:
quia ⁊ illa que poſſent edificare: abſcon/
dent pro culpis hominum a gente apoſta
trice:⁊ que eos conuincat male agere ma/
nifeſte loquentur. Cum autem compleue
rint teſtimonium ſuum (hoc eſt) cum per
fecerint opus miniſterij ſui inter falſos
chriſtianos: beſtia que aſcendet de abyſſo:
faciet aduerſus eos bellum. Ita enim in
conſequentibus dicitur.

C.3. Et cum finierint teſtimoni/
um ſuum: beſtia quæ aſcēdet de
abyſſo faciet cōtra eos bellum:
& uincet illos: & occidet illos.

Que ſit Beſtia iſta:⁊ que abyſſus de
qua aſcendet: in quarta ⁊ ſexta parte: late
diffuſeq; dicetur. Ut tamen breuiter di/
cam. Ipſa eſt multitudo infidelium: que a
paſſione domini: vſq; ad Antichriſtuꝫ per
ſequuta eſt eccleſiam dei. Sane ſi ſm litte/
ram duo futuri ſunt qui faciant iſta: ſiue ti/
aꝫ plures in duobus ordinibus: beſtia hec
que occidet eos: illa quarta beſtia intelli/
genda eſt: quam ſcribit Daniel. Gens: ſcꝫ:
Dan.7 effera ⁊ beſtialis que collecta eſt in exerci/
tum: egredietur de vmbilico nationum:
cui ⁊ dabitur poteſtas pro culpis hoīum
ſuper ſanctam (vt dictum eſt) ciuitatem:
in tempus:⁊ tempora:⁊ dimidium tpis.
Ipſa inq; beſtia faciet bellum contra ſan/
ctos altiſſimi aſſiſtentibus ſibi pſeudo pro
phetis:⁊ vincet eos ſignis mēdacibus: ſeu
etiam fraude demonum ⁊ calliditate ver/
borum. Qđ enim non contra duos tm̄ vi
ros: verumetiaꝫ aduerſus multos ira eius
deſeruiat in quarta parte libri demonſtra/



tur cum dicitur. Et faciet belluꝫ aduerſus
ſanctos:⁊ vincet eos. Et data eſt ei pote/
ſtas in omnem tribum:⁊ populum:⁊ lin/
guam:⁊ gentem ⁊ adorauerant eam om/
nes qui inhabitant terram: quorum non
ſunt ſcripta nomina in libro vite agni qui
occiſus eſt ab origine mundi. Si quis hꝫ
aures audiendi audiat. Qui in captiuita/
tem duxerit: in captiuitatem vadit. Qui
in gladio occiderit: opꝫ eum in gladio oc/
cidi. Hinc ⁊ de cornu illo vndecimo (hoc
eſt) de rege illo: qui erit caput huius be/
Dan. ſtie quando calcature ſunt gentes ſanctaꝫ
ciuitatem: in Daniele ſcriptum eſt. Et vi/
di ꝙ cornu illud faciet bellum aduerſus
ſanctos:⁊ preualebit eis: donec venit anti
quus dierꝫ:⁊ iudicium dedit ſanctis excel
ſi:⁊ tempus aduenit:⁊ regnum obtinue/
runt ſancti. Occident ergo ſancti ad man
datum ipſius: ſm ꝙ ad preceptum Nero
nis occiſi ſunt principes apoſtoloꝝ. Notā
dum vero ꝙ ait. Cum finierint teſtimo/
nium ſuuꝫ. Non enim quando vult Dya/
bolus poteſtatem accipit ſup iuſtos: exter
minare de terra eos qui annunciāt verba
vite: ſed quādo vult eos vocare dominus
de preſenti ſeculo neq; vt reddat illis mer
cedis premium pro laboribus ſuis. Si au
tem tribus tm̄ annis ⁊ dimidio regnatu/
ra eſt hec beſtia (vt opinio tenet)⁊ ſub eo
dem temporis ſpatio predicaturi ſunt viri
ſancti preeuntibus eos duobus viris qui
ſint duces eoꝝ: quid aliud datur intelligi:
niſi ꝙ circa finem regni ſui factura eſt pre
lium contra ſanctos: incipiens diſputare
de fide Chriſti: vt eos quos ſibi viderit eē
ſubditos ad perfidiam trahat? Non enim
ſemper cure eſt infidelibus legittima ho/
minum diſſipare: ſed aliquando:⁊ preci/
pue: cum data ſibi vndiq; pace: in ſupbiam
eriguntur. Prius itaq; dabit operam: reſi
ſtentem ſibi diutius percutere Babylo/
nem:⁊ poſtea eriget contra deum cornu
contumacie ſue: ſm ꝙ in ſexta parte ma/
nifeſtius dicitur. Hi cum agno pugnabūt:
⁊ agnus vincet illos: quoniam dominus
dominorum eſt:⁊ rex regum:⁊ qui cum il
lo ſunt vocati electi:⁊ fideles. Quare aūt
dicit cum agno:⁊ nō potius leone: niſi ꝙ
agni victoria in morte eſt:⁊ illi glorioſius
vincūt: qui pro iuſtitia moriunt? Seqtur.

Et corpora eorum iacebunt C.4.
in plateis ciuitatis magnæ: quæ
uocatur ſpiritualiter: Sodoma:
& Egyptus: ubi & dominus illo
rum crucifixus eſt.

Si verum eſt ad litteraꝫ quod de duo
bus viris ſcriptum eſt: vt: vꝫ: duo ſint pre
ter ceteros qui occidēdi ſunt a beſtia: que
aſcendet de abyſſo: veriſimile videtur ꝙ
in ea ciuitate occidendi ſunt: in qua ⁊ il/
lorum dominus crucifixus eſt. Uerumta/
men quod ait in plateis ciuitatis magne:
non ſatis videtur facere pro eodem intel/
lectu. Nunquam enim magna ciuitas vo
cata forte legitur Hieruſalem: ſed magis
Niniue:⁊ Babylon: magne ciuitates di/
cte ſunt: nimirum quia multi ſunt vocati:
pauci vero electi. Rurſuꝫ ciuitas illa que
vocat Hieruſaleꝫ: non ſm ſaxa ⁊ parietes
vocata eſt ſpiritualiter Sodoma:⁊ Egy/
ptus: ſed ſm carnaleꝫ populum qui quō/
dam habitauit in ea. Reſtat ergo vt in ci
uitate magna que vocat ſpiritualiter So/
doma:⁊ Egyptus: regnum huius mūdi
intelligamus: cuius platee ſunt illi hoies
qui ſibi elegerunt vias largas ducētes ad
pditionem: in qbus iacebunt mortua cor/
pora hoiuꝫ beatoꝝ: ꝙ ſpūales intellectus
veteris ac noui teſti morient in eis: interfe
ctis a beſtia: predicatoribus veritatis:⁊ p
ſtrata (iuxta illud Danielis) vitate in ter Dan.8
ra. Uex hoc generalr:⁊ iuxta illud qđ re/
ferri pōt in ſpū ad oēs ſanctos: q in illo tā
to diſcrimine occidendi ſunt. Si autem
de duobus illis ſpecialiter agēdum eſt: aut
fateamur participatione pfidie vocari ci/
uitatem magnam: quecunq; erit gens illa
in qua ſancti pdendi ſunt:⁊ eadem parti/
cipatione dictum ſit: vbi ⁊ dominus illoꝝ

rum crucifixus eſt:q: vna eſt ciuitas om/
nium reproborum: aut fortaſſis quod ma
gis ad rem pertinere videtur: ⁊ ſub eo/
dez intellectu accipi poſſit:conuocandos
eſſe iudeos in Hieruſalem ciuitatez illam
terrenam:in qua fuerunt patres eoꝝ cum
filijs ſuis:a rege illo vndecimo:de quo plu
ra ſcripſimus in hoc libro:in cuius conſpe
ctu occidendi ſunt a beſtia ſerui dei;quate
nus inter reliqua mala que facturus eſt:
ſaluatorem ſe eſſe predicet iudeoruz:quod
maxime opinari datur ex eo loco:vbi dici
tur in Daniele. Filij preuaricatorum po/
puli tui:extollentur vt impleant viſionem
⁊ corruent. Quod ſi ita erit etiam ad litte
ram accidere poſſe videtur:vt ſicut quon
dam in illa ciuitate: ⁊ in illo populo: ia/
cuit mortuus dominus illoruz:ita ⁊ nunc
quoqz in eadem ciuitate: ⁊ in eodem po/
pulo iaceant corpora ſeruorum eius:ſup/
plẽtium ea que deſunt paſſionum ipſius.
Siue ergo in illa ciuitate: ſiue in alia iſta
fiant:non eſt alienum a ſimplici veritate:
q: hoc aduerbium:vbi:plerunqz in diui/ Vbi. uſus.
na pagina:non tam loci ſitum:q̃z aut po/
pulum:qui aliquando fuit in loco:aut po/
puli eiuſdem ſimilitudinem ſignat. Se/
quitur.

T.5. Et videbunt de tribubus:& populis: & linguis: & gentibus corpora eorum per tres dies: & dimidium:& non ſinent ea poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illis & iocundabuntur:& munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitãt terram. Et poſt dies tres & dimidium:ſpiritus uitæ adeo intrabunt in eos: & ſteterunt ſupra pedes ſuos:et timor magnus cecidit ſuper eos qui uiderunt eos.

Si ſm typicum intellectum in tribus
annis ⁊ dimidio:omne tempus quo Be/
ſtia iſta regnabit: accipimus (hoc eſt) ab
aduentu domini:vſqz ad tempus ruine ⁊
precipitationis ipſius:reſtat: vt in tribus
diebus ⁊ dimidio breuiora tpum ſpatia de
ſignentur:poſt que dabitur regnuz qð eſt
ſubter omne celum populo ſanctorum al/
tiſſimi. Interim tamen clauſus manet adi
tus monumẽti huius propter illud quod
ſcriptum eſt a domino tribus diſcipulis:
quod vtiqz in ſpiritu intelligendum eſt. mat.17.
Nemini dixeritis viſionem: donec filius
hoīs a mortuis reſurgat. Ut enim mors
ipſius extinctionez veritatis deſignat:ita
reſurrectio eius viuificationem:haud du/
bium q̧ propter ſpiritum qui viuificat:ſi
cut ⁊ multa illa corpora mortuorum que
dormierant:⁊ ſuſcitata ſunt: deſignant q̃z
multa teſtimonia veritatis:que omnia in/
ſpirante deo:excitabuntur a ſomno. Ue/
ruz quia completo tempore belli:tempus
iudicij incohabit:quod tamen ſm quid:
⁊ prius conſtat fore initiandum:neceſſe eſt
omnino vt ſequatur reſurrectio mortuo/
rum. Et hoc quidez de omnibus ſanctis.
De duobus autem viris id reor omnimo
dis obſeruanduz (quod ſi verum eſt) eſſe
duos qui occidendi ſunt a beſtia:profecto
ipſi duo poſt tres dies ⁊ dimidium ⁊ mor/
tuis reſurgent. Quid enim ſi ſicut domi/
nus eorum occiſus eſt: ⁊ tertio die cum
multis alijs reſurrexit a mortuis:ita ⁊ iſti
duo propter eos qui letabuntur ſuper ne/
ce eorum:poſt dies tres ⁊ dimidiuz a mor
tuis reſurgent:etiam ſi tunc non erit vl/
tima illa reſurrectio mortuorum? Quod
autem ait. Uidebunt de tribubus ⁊ popu
lis:⁊ linguis: ⁊ gentibus corpora eorum
per tres dies ⁊ dimidium ⁊ non ſinent ea
poni in monumẽtis:ſiue ad duos illos re/
ferat̃ ſermo:ſiue generalr̃ ad oẽs ſanctos q
in eadem tẽpeſtate occidẽdi ſunt:dubium



non eſt qn diuerſaꝝ nationum lingue con
ueniant ad ſpectaculum illud:ſm q̧ ſolet
accidere in aliqua ciuitate regali: vt:vz:e
diuerſis partibus ꝯfluentes illuc diuerſaꝝ
linguaꝝ ⁊ moꝝ:hoīes ꝯgregentur ibi:que
rentes (vt moris eſt) captare beniuolẽtiaz
poteſtatis terrene:diligentes gloriam ho/
minuz magis q̃z dei. Inde eſt q̧ nõ ſinent
corpora ſanctoꝝ poni in monumentis:vt
vt duz ſe in morte illoꝝ crudeles oſtẽdent
ab eis qui eos occiderãt:artius diligãtur.
mt.13 Unde ⁊ per ſeipſam veritas interrogata a
diſcipulis de tpibus illis: hec inter cetera
reſpondit:dicẽs. Tradet autem frater fra/
trem in mortem:⁊ pater filium:⁊ ꝯſurgẽt
filij in parentes:⁊ morte eos afficient. Et
hoc quare? Q: facilius põt pſuaderi hoī/
bus qui terrena ſapiunt: qð plz carni: q̃z
qð plz ſpiritui: ⁊ proniores ſunt hoīes ad
credendum pollicentibus clementiam:q̃z
his qui comminãtur iudicium:preſertim:
cum carnales hoīes:quibus dñatur pecca
tum:eo iniuſtum putent iudicium:qð mi
nantur ſancti:quo putãt impoſſibile obſer
uari poſſe ab hoīe:qð iubet̃. Dicunt eniz.
Si nemo põt haberet quicq̃z:niſi qð ei de
ſup datum eſt:aut falſum eſt q̧ deum miſe
ricordem predicant:qui exigit qð non do/
nat:aut ipſi ſunt falſi teſtes dei:q ibi quoqz
diſtrictum eſſe fatentur iudicium:vbi nec
voluntas bona:nec poſſibilitas ſuffragat̃.
Cũqz hec ⁊ ſimilia tam nequiter:q̃z mẽda
citer fingunt:efficiunt̃ eis verba predican
tium quaſi qdam ſtimuli in corde defixi:
ita vt predicatio illoꝝ ſit eis cruciatus: ⁊
comminatio eoꝝ:labor ⁊ afflictio ſpiritus.
Sic Herodi regi: ⁊ maxime Herodiadi:
mr.6. moleſta erant verba Ioãnis:ſic phariſeis
impijs predicatio Xpi. Qð ſi ipſi plerũqz
mali non valẽtes ferre verba bonoꝝ:que/
runt modis oībus interficere illos:quãto
magis eos letari:⁊ exultare credendum eſt
in morte eoꝝ:cum q̃ſi abſqz ſcãdalo ⁊ infa/
mia ſua:ab alijs occidunt̃? Unde ⁊ in pre
ſenti capitulo de vite huius amatoribus:
quoꝝ ꝯuerſatio in terris eſt:id qð audiui
mus:dictum eſt. Et inhabitantes terram
gaudebunt ſup illis ⁊ iocundabunt̃:⁊ mu
nera mittent inuicem:qm̃ hi duo ꝓphete
cruciauerunt eos qui habitãt terram. Hoc
eſt enim illud. Uos autem ꝯtriſtabimini: Ioã.16
mundus autez gaudebit. Nec mir̃ tñ. Si
enim ꝯtriſtarentur aīales hoīes de piclita
tione crucis:⁊ ꝑcuſſione fidei:iure triſtarẽ
tur de poteſtate beſtie:de regno ⁊ victoria
eius qui certamen init ꝯtra Xpm. Q: ve/
ro de terrena ꝓſperitate:quam predicant
pſeudo chriſti efficiunt̃ leti:neceſſe eſt vt il
los odiant:qui hanc habent exoſam: illis
iungantur aīo qui eam annunciãt ⁊ defen
dunt. Decepti itaqz hoīes:quoruz ꝯuerſa
tio in terris eſt:exiſtimãtes pacem illaz di/
uinitus eſſe datam:gaudebunt ⁊ letabunt̃
ad inuicem. Quibus aũt erit ſanum cor:tri
ſtabunt̃ ⁊ flebunt:⁊ ſaltem vel inuitos cru
ciabunt ſepius amatores mundi:annunciã
tes illis iudiciuz:qð prope eſt:⁊ cruciatus
inferni:qui eos recepturi ſunt in fine pp
impietates ſuas:eo q̧ cognoſcẽtes deum:
non ſicut deum adorãt:aut gratias agunt:
ſed euaneſcunt in cogitationibus ſuis:fin Rom.1
gẽtes illa que ſupius diximus:pp qð ⁊ ob
ſcuratur eoꝝ cor inſipiens:ita vt adorẽt ⁊
colant creaturaz potius q̃z creatorem:qui
eſt benedictus deus in ſecula amen. Sane
qð dictum eſt in eodez loco de reſurrectio
ne eoꝝ qui occidẽdi ſunt a beſtia:ſpiritus
vite adeo intrabit in eos:⁊ ſteterunt ſupra
pedes ſuos:ideo dictum eſſe fatẽdum eſt:
q: mox vbi iuſtoꝝ ſpiritus carcerali erga/
ſtulo ſoluti ſunt:pgunt ad deum qui dedit
illos:vt eiſdem repletis ad integruz dono
ſpiritus ſancti: corpora quoqz que prius
aīalia ſuſcepiſſe noſcunt̃:virtute illius ſpi/
ritus qui ex deo eſt:ſpiritalia fiãt:⁊ iam nõ
habeãt poſſe cadere ſicut prius:ſz infatiga
biliter ſine fine manere. Unde ⁊ per pro/
phetam dī. Qui autem ſpant in dño:mu/ Eſa.40
tabunt fortitudinez:aſſument pẽnas ſicut
aqle:currẽt ⁊ non laborabunt:volabunt ⁊
nõ deficient. Qð autem ſeqtur. Et timor
magnus cecidit ſup eos qui viderunt eos.

Sic eſt accipiendum: vt dicitur: excepto: ꝙ (vt moris eſt prophetaruʒ) preteritum hic ponitur pro futuro. Sequitur.

T.6. ¶ Et in illa hora factus eſt terremotus magnus: et decima pars ciuitatis cecidit: & occiſi ſunt in terremotu nomina hominum ſeptem millia.

¶ In hora qua ſanctoꝝ gloria manifeſtabit: magnus terremotus fiet: qꝛ ꝯcuſſa corda videntium: vel audientium iſtud: incipiẽt fluctuare in ſemetipſis: ⁊ alij arguẽt ſe ſup incredulitate ſua: alij deſperantes deteriores fient: ita vt ipſi ruant: ⁊ multos
1.cor.10 perimant ſeparando a fide. Unde ⁊ non immerito ciuitas iſta: cuius decima pars cecidit in terremotu: ſancta eccleſia intelligenda eſt: qꝛ cadere non poteſt qui aliquando ſtetit in fide. Unde ⁊ per apoſtolum dici
1.cor.1. tur. Qui ſtat: videat ne cadat. Sed ſi eccleſiam deſignat que ſtat in fide: quomodo in glorificatione iuſtoꝝ: aliqua pars ipſius cadere dicta eſt? niſi quia multi clericorum qui videbantur ſtare: quando ſancti erunt in certamine: increduli erunt verbis eoꝝ: ⁊ licet manifeſte: non inſultent eis ſicut ceteri: occulte tamen detrahent illis: ſm qꝺ
mat.26. ⁊ domino ſuo detrahebant aliqui ⁊ inſultabant dicẽtes. Uah qui deſtruit templuʒ dei: ⁊ poſt triduum reedificat illud: quorum tamen aliqui poſtea compuncti ſunt: ⁊ egerunt penitẽtiam de reatu ſuo: alij deſperantes ſeipſos: deteriora fecerunt: perſequentes apoſtolos de ciuitate in ciuitatem: perſeuerantes vſqꝫ in finem in iniquitatibus ſuis? Cadent ergo aliqui in hora illa viſo ſigno: quia ſtimulati a conſciẽtia: deſperabunt. Quod autem caſuri ſint in die illo aliqui de clero: in Danielis viſione demonſtratur: cum dicitur. Et de erudi
Dan. tis ruent. Sed ſi de illis qui ſunt muri ciui
Jon.4 tatis: multi corruent: quid erit de multitudine laycorum qui neſciunt dexteram vel ſiniſtram: ⁊ nihil reputant celeſtia comparatione terrenoꝝ? Quo circa nomina hominum ſepteʒ millia in terremotu eodem mortua eſſe perhibentur: quia innumera multitudo laycorum: qui chriſtiano cenſentur nomine: ⁊ putabuntur manere in fide: circumuẽti ab illis clericis qui erunt in parte Antichriſti: extinguentur a fide: dicentibus hoc quod viſum vel auditum eſt: de glorificatione iuſtorum: factum eſſe per artem ⁊ operationem Dyaboli: magis autem credẽdum eſſe ſignis que faciet Antichriſtus: ⁊ pſeudo prophete: dicentibus ipſum eſſe Chriſtum: illos autem veros prophetas. Erit enim tunc populus: re vera: quaſi altera Egyptus: viri illi: quaſi Moyſes ⁊ Aaron: pſeudo ꝓphete: quaſi Jannes ⁊ Mambres: ad quorum ſigna:
Exo.7 indurabatur coꝛ Pharaonis: ⁊ corda egyptioꝝ: q̄ꝫuis aliquid ſimile etiaʒ nunc agatur in mundo. Omnes enim qui predicant veritatem: ſimiles ſunt Moyſi: qui autem tuentur errorem ⁊ reſiſtunt veritati: ſimiles Jannes ⁊ Mambres. Ueruntamen ⁊ tunc ⁊ nunc indurari per eos non deſinunt corda egyptioruʒ: quouſqꝫ Pha
ps.10. raonis exercitus demergatur in mare. Et
ps.105. illi quidem ſic. Ceterum omnipotẽs deus
Regum. in reliquijs ſuis preparabit vultum eoꝝ: reſpiciens terram: ⁊ faciens eam tremere bono timore: ⁊ eos qui non malitia: ſed ſicut illi quos Abſalon neſcientes duxit in Gabaon: ſimplici animo peccauerunt. Nam ſequitur.

T.7. ¶ Et reliqui in timorem miſſi ſunt: & dederunt gloriam deo cæli.

¶ In omnibus plagis que ſupra ſcripte ſunt: non eſt dictum fore aliquos miſſos in timore: neqꝫ dediſſe gloriam deo celi: quamuis multos dediſſe gloriam: dubiuʒ non ſit. Hic autem propterea dictum eſt: ꝙ regnante Antichriſto: ⁊ ablato a deo celi iuge ſacrificio: ſic erit abſconditus cultus diuinus ⁊ pene intermiſſus quaſi non ſit: haud dubium: ꝙ preualente ſimplicitati verſutia: ⁊ reſiſtente mendacio veritati: qui tamen in glorificatione iuſtorum reſurget quoqꝫ ipſe velut a mortuis: vt dent de reliquo gloriam deo celi: ⁊ fiat ei ſacrificium ſicut ⁊ in diebus antiquis. Uel certe propterea dictum eſt in hoc loco: quia ſcriptum eſt: ꝙ reliquie in toto corde ſuo conuertentur ad dominum. Sequitur.



T.8. ¶ Veh ſecundum abiit: & ecce veh tertium veniet cito.

¶ Tertium veh dicit: ꝙ angelo ſeptimo futurum eſt: quia primum conſumatum eſt ſub angelo quinto. Secundum ſub angelo ſexto. Tertium conſumabitur ſub angelo ſeptimo: ſm ꝙ prenunciatum eſt: voce aquile volantis per medium celi: clamãtis voce magna: ac dicẽtis. Ueh: veh: veh habitantibus in terra: de vocibus trium angelorum: qui erant tuba canituri. Sequitur.

T.9. ¶ Et ſeptimus angelus tuba cecinit: et factæ ſunt voces magnæ in cælo dicentes. Factum eſt regnum huius mundi: dei noſtri & chriſti eius: & regnabit in ſæcula ſæculorum amen. Et viginti quatuor ſeniores qui in conſpectu dei ſedent: in ſedilibus ſuis ceciderunt in facies ſuas: & adorauerunt deum dicẽtes. Gratias agimus tibi domine deus omnipotens: qui es: & qui eras: quia accepiſti virtutem tuam magnã: & regnaſti. Et iratæ ſunt gentes: & aduenit ira tua, & tẽpus mortuorum: iudicari et reddere mercedem ſeruis tuis: & prophetis: & ſanctis: & timentibus nomen tuum, puſillis, & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram.

¶ Iſte eſt ille angelus ſeptimus: de quo ſub ſexto angelo iurauit: ille angelus qui habebat librum apertum in manu ſua: dicens: quia tempus iam non erit amplius: ſubauditur: conſumandorum myſterioꝝ: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli cum ceperit tuba canere: ꝯſumabitur myſterium dei: haud dubium: ꝙ illud myſterium qꝺ latebat ſub veteri teſtamento: a diebus Moyſi: vſqꝫ ad Joannem Baptiſtam. In tempore itaqꝫ huius angeli (hoc eſt) illorum predicatorum: qui tempore ſeptimo ſequuturi ſunt: fient voces magne in celo dicentes. Factum eſt regnum huius mundi dei noſtri: ⁊ chriſti eius: qꝛ gaudebunt ſancti in eccleſia ſuper bonis que facturus eſt dominus: ⁊ annunciabunt gloriaʒ eius adinuicem: iubilantes potius q̄ꝫ docẽtes: attendentes completum eſſe: quod nos quoqꝫ modo fide tenemus: oportere. ſ. regnare dominum noſtrum Jeſum Chriſtuʒ quouſqꝫ ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: ⁊ dandum eſſe regnum
quod eſt ſubter omne celum: populo ſan Dan.7.
ctoꝝ altiſſimi: cuius regnum: regnuʒ ſempiternum eſt: ⁊ omnes reges ſeruient ei: ⁊ obediẽt. Unde ⁊ viginti quatuor ſeniores (hoc eſt) vniuerſi prelati eccleſiaꝝ: qui ſignificantur per illos: ꝓcidẽt ⁊ adorabunt deum dicentes. Gratias tibi agimus dñe deus oĩpotens: qui es: ⁊ qui eras: qꝛ accepiſti virtutem tuam magnam: ⁊ regnaſti:
qꝛ attendẽtes completuʒ eſſe qꝺ ſcriptum Eſa.26.
eſt. Oĩa opera noſtra operatus es nobis: ⁊ qꝛ educit nos per ignem ⁊ aquam: ⁊ indu
cit in refrigerium: ⁊ non agnoſcẽtes habe ps.65.
re ſe aliqd in ſemetipſis: qꝺ retribuãt dño pro vniuerſis beneficijs ſuis: ſaltem humiliati vſqꝫ ad ſolum: agẽt gratias deo ſuo: ⁊ laudabunt nomen eius: qm̃ bonus: qm̃ in
ſeculũ miſericordia eius. Et benedicunt q ps.117.
es: ⁊ q eras: qꝛ qñ videt dñs obdormire: ⁊

Quaſi non attēdere ad preces noſtras: dicit
inſipiēs in corde ſuo: nō eſt deus: dicit ſtul/
Ps. 13. tus: non videbit dñs: nec intelliget deus
Ps. 93. Jacob: dī in gentibus: vbi eſt deus eoꝝ?
Ps. 113. Sed qđ dicit apoſtolus? Jeſus Xp̄s heri
⁊ hodie: ipſe ⁊ in ſecula. Aut ſi ꝑꝑ myſteri/
Heb. 13 um pſonaꝝ: dictum eſt: qui es: ⁊ qui eras:
liquet qđ ait ipſe vnigenitus dei. Pater
meus vſq; modo opatur: ⁊ ego opor: ⁊ ꝙ
ſicut deus pater oſtēdit gloriam ſuam: qñ
Joā. 5. deſtructo regno Aſſyrioꝝ ⁊ Chaldeoꝝ: ſu
ſcitauit ſpiritum Cyri regis Perſaꝝ: qui
donaret libertatem filijs Juda ⁊ preciperet
3. eſd. 2 fundari templum: qđ deſtruxerant Chal/
dei: ita vnigenitus dei filius oſtendet ma/
gnitudinem ſuam: opans ⁊ ipſe ſicut ⁊ pa
ter eius: vt oēs honorificent filium: ſicut
Joā. 5. honorificant patrem. Qđ ergo aiunt: qui
es: ⁊ qui eras: videntur patri ⁊ filio eſſe lo
quuti: preſertim cum ſupius dictum ſit. Fa
ctum eſt regnum huius mundi: dei noſtri
⁊ chriſti eius: ⁊ regnabit in ſecula ſeculoꝝ
amen. Sȝ quare duobus tm̄? Nūquid opa
tur aliqđ pater ſine filio: aut filius cum pa
tre ſine ſpiritu ſancto? Abſit. Sȝ idcirco di
cunt hoc patri ⁊ filio: qꝛ videntꝰ completa
eſſe tp̄a laborioſa: in quibus pater ⁊ filius
oſtenderunt patientiam ſuam: adeſſe vero
tp̄s libertatis: qđ quadam myſteriali pro/
prietate ptinet ad ſpiritum ſanctuȝ: qui eſt
amor patris ⁊ filij (apoſtolo atteſtāte) qui
2. cor. 3. dicit. Ubi ſpiritus dñi: ibi libertas. Sane
autem qđ aiunt. Et irate ſunt gētes: ⁊ ad/
uenit ira tua: tp̄s eſſe iuſti iudicij: manife/
ſte demōſtrant: non ſm̄ tp̄s illud quo diſſi
mulabat vindicare humiles: vt erudiret
eos in patiētia: ſȝ iuxta qđ deſignatum eſt
in diebus Helye: qui iudicabat ⁊ puniebat
peccatores terre: reddens vnicuiq; eoꝝ iu
3. re. 18. xta opa ſua. Et qđ aiunt. Et tp̄s mortuoꝝ
4. re. 1. iudicare ⁊ reddere mercedem ſeruis tuis:
prophetis: ⁊ ſanctis: ⁊ timētibus nomen
tuum: ⁊ exterminandi eos qui corrumpūt
terram: ad tp̄s illud referēdum eſt: in quo
beſtia ⁊ pſeudo propheta: mittētur in ſta/
gnum ignis ardētis ſulphure: ⁊ ad tertiuȝ

ſtatum mundi: qui erit in ſabbatuȝ ⁊ quie
tem: in quo exterminatis prius corruptori
bus terre: regnaturus eſt populus ſancto
rum altiſſimi: quouſq; induti nouis corpo
ribus: ⁊ pacto iudicio generali aſcēdant ſi
mul cum dño ſuo: ad paratum ſibi regnuȝ
ab origine mundi. Puto aūt ꝙ mox vbi Mat. 25
completa fuerit paſſio ſanctoꝝ: incipiet ſe/
ptimus angelus exaltare voceȝ ſuam: oſtē
dēs iam oīno ꝯſumata eſſe myſteria regni
dei: apparentibus ſignis: in ſole: ⁊ luna: ⁊ Luc. 21
ſtellis: areſcētibus hoībus pre timore ⁊ ex/
pectatione que ſupueniet vniuerſo orbi: ⁊
q̄uis neſciatur q̄to tp̄e aduētum iudicis
ſigna iſta precedant. Hoc eſt enim tertium
veh. Nempe ⁊ qđ dictum eſt in hoc loco. Tertium veh.
Et tp̄s mortuoꝝ: in ſeptima parte libri hi
ſcriptum. Uidi ſedes ⁊ ſederunt ſup eas: ⁊
iudiciuȝ datum eſt illis: ⁊ aīas decollatoꝝ
ꝑꝑ teſtimonium Jeſu: ⁊ ꝑꝑ verbum dei: ⁊
vixerunt ⁊ regnauerunt cum Xp̄o. Uiuūt
qui cum Chriſto regnant: qꝛ vere viuunt
ipſe dicit per ſemetipſum. Qui credet in
me: etiaȝ ſi mortuus fuerit: viuet: ⁊ omnis Joā. 11
qui viuit ⁊ credit in me non morietur in
eternum. Et irate ſunt (inqt) gētes: ⁊ ve/
nit ira tua ⁊ tp̄s mortuoꝝ iudicare: ⁊ red
dere mercedem ſeruis tuis: ⁊ ꝓphetis: ⁊
ſanctis: ⁊ timētibus nomen tuum puſillis
⁊ magnis: ⁊ exterminandi eos qui corru/
perunt terram. Qđ dicunt. Irate ſunt gē
tes: ad ſuperiora refert. Inter tp̄s enim ſexti
⁊ ſeptimi angeli: parua differētia eſt. Sub
illo enim iraſcuntur gētes: ſub iſto veniet
ſup eos indignatio dei. Tēpus mortuoꝝ
(hoc eſt) eoꝝ qui in dño moriunt: qꝛ ꝯſu/
mato bello: ſupeſt: vt victoribus ꝯferat co
rona. Ad hoc ptinet qđ ꝯ̄ter adiunctum
eſt. Judicare ⁊ reddere mercedem ſeruis
tuis. Judicabit eniȝ dñs in die illo eos qui
pſequuti ſunt iuſtos: ⁊ ipſis iuſtis reddet
mercedem patientie ſue. Quibus ſeruis?
Prophetis: ⁊ ſanctis: ⁊ timētibus nomē
eius. Non oēs ſancti ꝓphete ſunt: ⁊ ideo
dicunt prophetis: ⁊ ſanctis. Bene autem
ſubiunctum eſt in genere. Et timentibus
nomen

nomen ſuum: puſillis ⁊ magnis: qꝛ non ſo/
lum illi qui pfecti ſunt: pcipient mercedeȝ
laboris ſui: verumetiaȝ ⁊ illi qui minus ali
qđ habent a pfectione: qꝛ pius eſt ⁊ bonus
dñs omnibus qui ſperant in ſe. Qđ auteȝ
ſeqtur. Et exterminandi eos qui corrupe/
runt terram: ad Antichriſtum ⁊ ſocios ei/
us referendum eſt: ꝙ ſicut preter ſolitum:
corrupturi ſunt terram: ita per preter ſoli
tum exterminabuntur de terra: ita vt non
remaneat: nec vnus de oī multitudine ſo/
cioꝝ eius. Sic enim dicit dñs per prophe/
tam. Et erit in die illa dicit dñs: queram
ꝯterere oēs gentes que veniunt ꝯtra Hie/
ruſalem: ⁊ effundam ſup domum Dauid:
⁊ ſuper habitatores Hieruſalem: ſpiritum
gratie ⁊ precum. Et poſt pauca. Et erit in
die illa: dicit dñs exercituum. Diſperdam
nomina ydoloꝝ de terra: ⁊ non recordabū
tur vltra: ⁊ pſeudo prophetam: ⁊ ſpiritum
immundum auferam de terra.

¶ Explicit tertia pars.

## ¶ Incipit quarta pars libri.

### ¶ Diſtinctio prima quarte partis libri.

Gen. 1 Quarto die (vt ha/
bet in Geneſi) crea
uit deus ſoleȝ: ⁊ lu
naȝ: ⁊ ſtellas. Quar
ta mundi etate cla
ruerunt in Iſrael:
Helyas: ⁊ Helyſe/
us: ⁊ filij propheta
ruȝ. Quarta parte
huius libri oſtendi
tur mulier amicta
ſole ⁊ luna ſub pedibus eius: ⁊ in capite
eius corona ſtellaꝝ duodecim. Quarto de
niq; eccleſie tēpore: emicuit ordo heremiti
cus precipuus gratia caſtitatis. Qđ ergo:
vel in quarto creationis die: vel in quarta
mundi etate: in Helya: ⁊ Helyſeo: ⁊ filijs
prophetaꝝ: vel in hac muliere amicta ſo/
le: deſignatum fuerat: quarto eccleſie tp̄e

ꝯſumatum eſt. Sicut enim in prima parte
agitur de prelatis: in ſc̄da de martyribus:
in tertia de doctoribus: ita in hac quarta
parte de virginibus: ⁊ heremitis: vt quod
quatuor aīalibus deſignatum eſt: quatuor
his ordinibus compleretur. Quartum et/
enim aīal: aquile volanti ſimile eſſe phibe
tur: ⁊ huic mulieri ale aquile date ſunt: vt
euntem Helyam in celum: quinimmo He/
lye dñm: ſequeretur: vt ⁊ ſi corpore adhuc
in terris ꝯſtituta maneret: cogitatione tm̄
⁊ affectu: in illa eterna patria ꝯuerſaretur.
Notandum vero eſt qđ de quatuor aīali/
bus dī. In medio ſedis: ⁊ in circuitu ſedis
quatuor aīalia plena oculis. Notādum in
quam eſt: ꝙ ille ordo magis interiora poſſi
det: qui calcatis penitus curis ſeculi: to/
tus in intimis ſe abſcondit. Unde ⁊ ꝑ pſal Ps. 30.
miſtam dī. Quam magna multitudo dul/
cedinis tue dñe: quam abſcondiſti timenti
bus te. Perfeciſti eis qui ſperant in te in
ꝯſpectu filioꝝ hominum. Abſcondes eos
in abſcondito faciei tue a ꝯturbatione ho/
minuȝ. Hec eſt pars eoꝝ qui norunt ꝯtem
nere viſibilia: qui ſola inuiſibilia ⁊ celeſtia Exod.
ꝯcupiſcunt. Qꝛ vero archa federis dñi ſub
alis Cherubin: primo qdem in tabernacu
lo: deinde in templo dei protegebatur: vt
oſtenderet beatus Joānes quid archa illa
deſignauerit: que tam reuerenter apud fi/
lios iſrael habita fuerat: tractaturus de ve
riſſima archa dñi (hoc eſt) de matre virgi
ne: que nobis ptulit Chriſtum: ſermonem
de archa teſtamenti premiſit: vt: vȝ: mani/
feſte daretur intelligi: ꝙ non aliud ipſe in
hoc libro deſcriberet: q̄ȝ qđ vetus deſigna
uerat teſtamentum. Ait ergo.

¶ **Apertum eſt templum dei** T. 1
**in cælo: & viſa eſt archa teſtamē**
**ti eius in templo eius.**

¶ Quid enim aliud deſignabat: ꝙ ſic ar/
cha federis dñi in ſecretis tabernaculi: ſiue Exod.
templi ſub alis Cherubin ꝓtegebatur: ni
ſi illud qđ de virginibus dñi ꝯtemplanti/
bus premiſſum eſt. Abſcondes eos in ab/

ſcondito faciei tue a ꝯturbatione hoīum. Pſ. 30.
Proteges eos in tabernaculo tuo a ꝯtra/
dictione linguaꝝ. Bene autem ſub alis
Cherubin: que doctores ſancte eccleſie ad
defenſionem fidei in plenitudine ſcientie
ꝯſtitutos deſignant: manere archa ipſa de/
ſcribitur: qꝛ nimiꝝ doctores catholici ad
ꝓtectionem eccleſie dati ſunt: ne aqua er/
ronea quam euomuit draco: nullo hanc ꝓ
tegente: ⁊ pro ea ſe totis viribus opponen
te: ſubuerteret. Deſignaꝫ ergo in templo
teſtamētum vetus qđ in prole gaudebat:
in archa teſtm̄ nouum: cuius gloria caſti/
tas ⁊ virginitas eſt: Illud eniʒ ſm̄ carneʒ:
iſtud ſm̄ ſpiritum: datum eſt. Illius filij
carnales erant: iſtius ſpirituales. Parua
erat tunc archa: magnuʒ templum: qꝛ pau
ci admodum erant tunc amatores virgini
tatis: ꝯiugalitatis multi: habebat proinde
plures filios tunc Phenēna: anna ſterili
permanente: quouſqꝫ venit xp̄s qñ dicere
mereretur: Recedāt vetera de ore veſtro: I. re. 2.
quia deus ſcientiarum: dominus eſt. Et
poſt pauca. Donec ſterilis peperit pluri/
mos: ⁊ que multos habebat filios infir/
mata eſt. Hoc ⁊ Eſayas dicit. Letare ſte/ Eſa. 54
rilis: que non paris: erumpe: ⁊ clama:
que non parturis: quia multi filij deſerte
plus ꝗ̃ eius que habet virum. Sic ſic ar/
cha teſtamenti conualuit: non dico in
templum: veꝝ in ciuitatem: ipſa eſt enim
Hieruſalem celeſtis: cuius templum eſt
ipſum celum: quin potius ipſe deus: cuius
magnitudinis non eſt finis. Aptum eſt er
go templum dei in celo: ⁊ viſa eſt archa te
ſtamenti eius in templo eius. Ex eo: vʒ:
die: vel tempore quo velum templi ſciſ/
ſum eſt a ſummo vſqꝫ deorſum: quando
⁊ monumenta aperta ſunt: e quibus vi/
uentes homines aſcenderunt: ⁊ apparue/
runt multis: nimirum quia prophetarum
volumina apiri ceperunt: ex qbus prodie/
runt ſpirituales intellectus: ⁊ apparuerūt
non oībus: ſed multis: teſtibus. ſ. preordi/
natis a deo. Aptum eſt etiam qđ eſt maius
illud ſacratiſſimum monumētum: de quo
ſanctiſſima caro Chriſti egreſſa eſt incor/
rupta: que ⁊ ipſa vitam virgineam pari mo/
do deſignat: vtpote ſpiritualem ⁊ angeli/
cam: ⁊ neſcientem corruptionem (dicente Mat. 22
dño.) In reſurrectione: neqꝫ nubēt: neqꝫ
nubētur: ſed erunt ſicut angeli dei in celo:
⁊ filij erunt dei: cum ſint filij reſurrectio/
nis. Aptum eſt ergo in die illo templuʒ dei
in celo: ⁊ viſa eſt archa teſtamenti: aptum
eſt teſtamentum vetus in eccleſia: ⁊ appa/
ruit gratia: aptum eſt ſepulchrum littere:
⁊ apparuit ſpiritualis intelligentia: aptum
eſt: quod ſignificauerat vita corruptibilis
⁊ carnalis: ⁊ inuentum eſt ſignificaſſe vi/
tam incorruptam: ⁊ ſpiritualem. Om/
nia quippe precepta legalia que in mini/
ſterio data ſunt: aut circa animalia cor/
pora: aut circa lapides ⁊ metalla: aut cir/
ca arbores ⁊ herbas: ⁊ his ſimilia age/
bantur: que omnia non erant niſi vmbre
⁊ exemplaria futurorum. Notandum ve/
ro ſummopere eſt: ꝙ ea que in hac quar/
ta parte dicuntur: generaliter ſpectant
ad ſtatum totius eccleſie: ⁊ ſpecialiter ad
quartum. Quamuis enim a reſurrectione
dominica: ⁊ precipue: ab aſcenſione eiuſ/
dem: quanta eſſet virginitatis ⁊ caſtitatis
gloria: necnō ⁊ felicitas vite ꝯtemplatiue:
manifeſte fidelibus panderetur: non tñ eo
modo claruit quo tp̄e quarto: quāuis (vt
in libro concordie diſcuſſuʒ eſt) ſicut ordo
martyrum ꝯtemporaneus apoſtolico fuit:
lʒ ille preceſſerit: ita doctoꝝ ordini: fuiſſe
heremiticum ⁊ virginalem contempora/
neum: non eſt dubiuʒ: quamuis doctoꝝ or
do iter apiendo preceſſerit. Non enim ſci
rent a principio virgines ⁊ heremite: vtꝝ
illoꝝ ſtudia tam deo eſſent accepta: niſi do
ctores eccleſie aperirent: templum dei ⁊ ar
cham teſtamenti dñi: vitam exponerēt ſpi
ritualem: maxime cum multos eos lega/
mus habuiſſe obtrectatores: arguētes eos
ꝙ celibatum vite coniugali preferrent. Ita
enim manebat Maria inter apoſtolicam
turbam: ipſa inquaʒ Maria cui datus Jo/
nes in filium ſpiritualem: ac ſi archa do/



mini auro teſta in templo: cuius vitam ce
leſtem continue commendantes docto/
res: multos ei filios ⁊ filias per euange/
lium genuerunt: quorum gloria quanta
ſit: ſequentia huius libri manifeſte decla/
rant. Sequitur.

L. 11 ¶ Et facta ſunt fulgura: & vo/
ces: & terremotus: & grando
magna.

¶ Ubi cepit ſpiritus in littera reuelari fi
delibus: alij aſſummentes robur fidei: ſi/
gnis ⁊ miraculis coruſcare ceperunt: alij
L. 11 haurientes aquam viuam de fontibus ſal/
uatoris voces intonando dederunt: alij vi
dentes ⁊ audientes: concuti ⁊ timere cepe
runt: alij exiſtimātes inſaniam: in modum
dure grandinis: obdurare ceperunt. Sic
igitur viſa archa dei: ſic cognita gratia ⁊ in
ſtria ſpirituali: fulgura miraculoꝝ: voces
predicationum: terremotus cordium hu/
manoꝝ: necnon ⁊ grando duritie in cordi
bus infidelium procreata ſunt. Audierunt
enim humiles ⁊ contriti ſunt corde: audie
runt ſuperbi: ⁊ amplius indurati ſunt.
Sequitur.

¶ Incipit diſtinctio prima.

Cap. 12
L. 1. ¶ Et ſignum magnum apparuit
in cælo: mulier amicta ſole: &
luna ſub pedibus eius: & in capi/
te eius corona, ſtellarum duode
cim: & in utero habens clama/
bat parturiens: & cruciabatur ut
pareret.

O vere magnum ⁊ admirabile ſi/
gnum. Hʒ eccleſia in cordis vtero:
verbum dei: cruciatur: affligitur: anguſtia
tur: ⁊ ideo non ceſſat clamare: Et quid cla
mat? Filioli mei quos iterum parturio: do
L. 4 nec Chriſtus formetur in vobis. Et iteꝝ.
Quis infirmaꝫ ⁊ ego non infirmor? Quis 2. Cor. 11
ſcandalizatur ⁊ ego non vror? Ecce crucia
tus eccleſie. Mulier iſta: generaliter ma/
trem deſignat eccleſiam: que in verbo pre/
dicationis: clamando ⁊ parturiendo: labo
rabat. Specialiter vero eccleſiam heremi/
taꝝ ⁊ virginum. Laborauit vtiqꝫ ⁊ ipſa af
fecta dolore vehementi: dicens aſſidue in
orationibus ſuis illud qđ in eius typo Ra
chel viro dicebat. Da mihi filios: alioquin
moriar. Semper enim cupiunt boni: perfe Gen. 30
ctionis ſue: ⁊ gratie imitatores habere: ſi/
cut econtrario mali habere conſimiles cō
cupiſcunt. Si autem vis ſcire numerum fi
lioꝝ ipſius eccleſie: ſequentia manifeſtant.
Uidi (ait) ſupra montem Syon agnum
ſtantem: ⁊ cum eo centum quadraginta
quatuor millia ſignati: habentes nomen
eius ⁊ nomen patris eius ſcriptum in frō
tibus ſuis. De quibus ⁊ poſt aliqua ſubdi/
tur. Hi ſunt qui cum mulieribus nō ſunt
coinquinati: virgines enim ſunt. Et no/
tandum ꝙ in tertia ſpecie huius quarte
partis: eccleſie doctorum: que claruit ter/
tio tempore: mulier iſta gerit imaginem:
hi autem qui cum mulieribus non ſunt
coinquinati: quartum: in hac quarta par/
te proprietatis ſue: retinent locum: quam/
uis in genere libri: quartum: mulier ipſa
proprietatis ſue exigat tempus: ⁊ magis
ſacrarum virginum: ꝗ̃ doctorum eccle/
ſie typum gerat. Qua in re. Caue lector
quid pro quo: ⁊ quando ſuſcipias: ⁊ va/
rietatem intellectus: nequaquam arbitre
ris errorem: ſed tenuiſſimi atqꝫ profun/
di altitudinem ſacramenti. Quod ideo
maxime notari cupio: quia pene genera/
le eſt in hoc libro: ⁊ niſi vigilanter diſcu/
tiatur inter genus ⁊ ſpeciem: vt ſingulo
ſua iura ſoluantur: reſtat: vt ipſa lux con/
uertatur in tenebras: ⁊ ſplendor ſcientie
in ignorantie cecitatem. Melius eſt enim
ſcire ſe aliquem: neſcire quod neſcit: ꝗ̃ pu
tare ſe bene ſcire: quod ex parte ignorat. Il
le enim duʒ ſe ſcire neſcit: humiliter eligit
ignorata tacere. Iſte qui ſe optime ſcire

putat:qđ ignorat ex parte:dum ſpernit ad
diſcere qđ veꝝ eſt:requiſitus forte ab alijs
cogitur ingerere falſum. Neqꝫ eniꝫ ille ve
rax eſt:qui ex parte verum dicit:⁊ ex parte
falſum:ſed qui ſic ex toto:vel ex parte loq
tur:qđ veꝝ eſt:vt ſibi modis omnibus ca/
ueat a crimine falſi:qđ tamen illi facere ne
queunt:qui dum aliqđ intelligunt ſm par
tem:ad illius ſe plenitudinem ꝑueniſſe le/
tantur. Igitur hec mulier amicta ſole:⁊ ge
neralr̄ deſignat vniuerſam catholicoꝝ ec
cleſiaꝫ:⁊ in ordine octauo partium libri:ec
cleſiaꝫ beataꝝ virginuꝫ:⁊ in ſerie partium
q̄rte partis:eccleſiaꝫ doctoꝝ:⁊ ſm prerroga
tiuam gratie:glorioſam illaꝫ celi reginam:
que cum eſſet intemerata virgo:regeꝫ glo
rie parturiuit. Inde eſt ꝙ quedaꝫ eius my
ſteria tangunt matrem:quedam filias:que
dam ſacram doctoꝝ turbam:quedam ge/
neralem ꝑfectoꝝ eccleſiam. Ut autem qđ
proprium eſt:ſm ordinem partium ſpecia
lius ꝓſequamur:dum ſacre deo virgines:
virginum adheſerunt regine:vna cuꝫ ipſa
caſta virgo:⁊ vna cum ea facte ſunt:glorio
ſa regina. De qua nimiꝝ regina:in cãticis
canticoꝝ dr̄. Una eſt columba mea : ꝑfecta
Cant.6 mea:vna eſt matri ſue:electa genitrici ſue.
Uiderunt illaꝫ filie Syon:⁊ beatiſſimam
predicauerunt:regine:⁊ ꝯcubine:⁊ lauda/
uerunt eam. Que ſunt iſte filie Syon:⁊ re
gine:⁊ ꝯcubine que laudauerunt eam? Il
le ꝓfecto:de quibus ante iam ſcripſerat:di
cens. Sexaginta ſunt regine:octoginta cõ
Cant.6 cubine:⁊ adoleſcentulaꝝ non erat nume/
rus. His etenim preſcriptis adiecit:id qđ
modo audiuimus. Una eſt columba mea:
ꝑfecta mea:⁊ cetera que ſequuntur. Mul/
toꝝ autem ẽ ſententia:non in bonam par
tem accipiendas eſſe ꝯcubinas:ſed certiſſi
me ⁊ abſqꝫ dubio:hic in bonam partem ac
cipiende ſunt:que tam ꝑfecto numero ꝯti/
nentur. Deſignant enim illas animas:que
poſt carnis delictum : aut copulam : cum
ſumma dulcedine caſti amoris : ad Chri/
ſtum totis aĩs conuertuntur. Que idcirco
octogeſimo comprehẽduntur numero:qꝛ

excellentiam ꝯtemplationis que in amo/
ris perfectione eſt:numerus iſte ſacer deſi/
gnat:eo ꝙ ꝑtineat ad ꝑpetuam vitam. In
de eſt ꝙ dei filius in die reſurrectionis ſue Joh.20
primo apparuit Marie Magdalene : de
qua eiecerat ſeptem demonia. Regine ve/
ro ſexaginta:ille ſunt felices aĩe : que ſuſti/
nentes agoneꝫ magni certaminis pro fide
Chriſti:palmam victorie meruerunt. Se
xagenarius namqꝫ numerus:laboris perfe
ctionem deſignat. Adoleſcẽtule vero:qua
rum non eſt numerus:ille ſunt aĩe fideles:
que virtutem qđem ꝯtemplationis igno
rant:ſed tñ vt ad hoc tendere valeant:ſub
matrum ſpiritualium diſciplina laborant.
Sane illa virgo que ſe abſcondit in abſcõ Ps.30
dito faciei dñi laudibus Chriſti ⁊ orationi
bus vacans:que obliuiſcit̃ populuꝫ ſuum
⁊ domum patris ſui:⁊ totam ſe in eius cõ Ps.44
templatione ſuſpendit:etiam ſi martyr nõ
ſit:martyrem in hac parte precellit. Puto
etiaꝫ eas que tales ſunt:idcirco ad ſe Chri
ſtum accerſiri per martyriuꝫ nolle:vt quã
dam ſe amoris dulcedineꝫ in eis ſpecialius
habere demõſtret:vtpote in genitrice ſua
⁊ ſancto Joãne:cuius eſt liber iſte. Aſſum
muntur igitur que tales ſunt in comitatu
Marie : quatenus ipſa virginum eccleſia
ſpecialius electa:filia nominetur Marie:
ita vt a filio eius audire feliciter mereat̃.
Una eſt columba mea ꝑfecta mea:vna eſt Cant.6
matri ſue : electa genitrici ſue . Uiderunt
eam filie Syon:⁊ beatiſſimam predicaue
runt regine:⁊ ꝯcubine:⁊ laudauerunt eaꝫ.
In cuius feliciſſime columbe laude:mox
aliqđ loco preſenti ſatis ꝯgruens infertur:
cum ſubditur. Que eſt iſta que ꝓgreditur Cant.6
quaſi aurora ꝯſurgens:pulchra vt luna:ele
cta vt ſol : terribilis vt caſtroꝝ acies ordi
nata? Uerba hec qualiter ad ſanctam eccle
ſiam generaliter ꝯgruant:ſatis a patribus
enucleatum eſt. Nos vero qꝛ ſpiritus im
petus ad declarandum gloriam virginis:
⁊ deum in ſecreto heremi ꝯtemplantium
ducit:nõ qꝛ ipſi voluimus:ſed qꝛ locus ex
poſcit:ſatis eſſe credimus:ſi hoc annuente



deo:ſaltem vel breuiter exequamur. Ecce
ꝙ ait epythalamus : de eccleſia. Pulchra
vt luna:electa vt ſol:hoc ſecretarius ſpon
ſi in ſimili ſigno declarat : cum dicit. Si/
gnum magnum apparuit in celo : mulier
amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius . Ce/
lum eſt ſcriptura diuina : in qua vniuerſa
que ſcripta ſunt ad ſiguificandum oſtẽdun
tur eſſe ſigna:⁊ quia ad hoc ſcripta ſint:vt
aliqđ habeant deſignare. Ut enim ea que
iam tetigimus non pigeat vtiliter iterare:
qđ eſt ꝙ Helyas ꝯtra ꝯſuetudinem patꝝ:
vxorem ⁊ filios habere renuit:ꝯtemplatu
4.Re.2 rus que dei ſunt in deſertuꝫ diſceſſit:⁊ no
uiſſime in curru igneo per turbinem aſcen
dit in celum? Aut qđ eſt ꝙ prophetaꝝ filij
4.Re.4 ducentes in Jerico : cenobiticam vitam:
Helyſeum ſucceſſoreꝫ Helye ſibimet in pa
trem preficiunt:niſi id qđ in millibus ho
minum in eccleſia cernimus ꝯſumari? Si
enim leuamus mẽtis oculos in celum ſcri
pturaꝝ ſanctaꝝ:vt ꝯtẽplemur hoc ſignuꝫ:
⁊ vt ſciamus ſi ſignum eſt:qđ nobis ſigni
ficando demonſtret:inuenimus in Helya
deſignari Chriſtum aſcẽdentem in celum:
in Helyſeo ordinem apoſtolicum:ſup quo
Chriſti ſpiritus requieuit in eccleſia ꝯgre
gata in Jerico:eccleſiam primitiuam : que
ſub manu apoſtoloꝝ inſtituta eſt : que tñ:
qꝛ in Jerico (hoc eſt) in circuncisione:que
defecit vt luna:edificata eſt:ibi ſtare nõ po
tuit : ſed protinus ad Jordanis deſertum
(hoc eſt) ad populum gentilem tranſiuit.
Rurſum:qꝛ cõmune vulgus:qui quaſi lu
na menſtrua patit̃:ſpiritualium eccleſiam
moribus ſuis prauis impugnat:relinquũt
prophetaꝝ filij Jerico:⁊ ꝯfugiunt in deſer
4.Re.2 tum. Nam qꝛ ꝑfecti vite ſolitarie perfectio
nem habere in ciuitate nequeunt : quot
quot ꝑfectionem ipſam deſiderant:non ni
ſi a ſpiritu Jeſu transferuntur in deſertuꝫ:
⁊ vtiqꝫ vt ibi ſuſtineant pugnas : ⁊ tenta/
tiones Dyaboli:qꝛ non coronabitur niſi
Matt.4 qui legittime certauerit : Ductus eſt (in/
quit) Jeſus in deſertum a ſpiritu:vt tenta
retur a Dyabolo. Qui ſunt enim qui ma/

iores dolores:clamores:tentationes:⁊ par
turitiones patiuntur:qꝫ hi qui vitam ſoli
tariam ⁊ cenobiticaꝫ in heremis ducunt?
Quicunqꝫ ergo ſpiritu dei ducuntur : vt Rom.8
terrena ſe expolient facultate:quem alium
induunt niſi Chriſtum Jeſum : qui eſt ſol
ſempiterne iuſtitie illuminãs oẽm hoĩem Joan.1.
venientem in hunc mundum? Hꝫ quoqꝫ
ſponſa Chriſti lunam ſub pedibus : qꝛ ſibi
velut quendam puluerem:carnem ⁊ glo/
riam mundi:ſternit : ſubijciens illam ſer/
uituti ⁊ actioni:vt non ꝯtra dominam ele
uetur ancilla. Hꝫ ⁊ in capite coronam ſtel
laꝝ duodecim (hoc eſt) quinqꝫ ⁊ ſeptem
virtutum:qbus coronata refulget:qꝛ paꝝ
prodeſt calcare temporalia:niſi acqrantur
eterna. Uerbi gratia. Calcaſti lunam:in/
duiſti ſolem:ſupereſt vt virtutibus corone
ris. Pugnaſti ꝯtra tactum impudicum:⁊
libidinem oculoꝝ. Pugnaſti ꝯtra verboꝝ
illecebras : que pudicum inhoneſtant au/
ditum:ꝯtra indecẽs olfatum : ⁊ eloquium
prauum:qbus mens carnalis aſſiduis ſe/
datur momentis : quatenus ſenſus iſtos
non ad detrimentum:ſed ad virtuteꝫ poſ
ſideas adiutorium:quaſi quinqꝫ ſtellis:aut
precioſis lapidibus : corone tue circulum
virtutibus huiuſmodi adornaſti:que nimi
rum ⁊ ſi per ſe ſpirituales non ſunt:adiu/
torio tñ ſupne gratie:ad ſpiritualium ꝯſor
tium transferuntur. Dum enim manus ⁊
bracchia:non ad illecebroſos amplexus:ſꝫ
ad opus bonuꝫ exerces:de bono ope tuo:
ſtellam tibi in prelio acqſiſti. Dum oculos Matt.5.
circuncidis : vt non videas mulierem ad
ꝯcupiſcendum eam ſed magis in ſcriptu/
ris ſanctis inſtituis:ſtellam quaſi alteram
corone tue circulo addidiſti. Dum aures a
verbis ocioſis abſtrahis:⁊ dei verbo incli
nas:ſtellam tibi tertiam acqris. Dum os a
maliloquio:⁊ guſtu voluptuoſo abſtines:
magiſqꝫ verba dei legendo ⁊ orando : ſiue
predicando pronuncias. Dum odores me
retricios : ⁊ que ad luxum ſpectant ſeculi
ſpernis:⁊ fetores infirmorum patienter ſu
ſtines:quarta ⁊ quinta corone tue occiput.

compleuiſti. Quaſi enim ad occiput vir/
tutes iſte pertinere noſcuntur : quia mi/
nime ſunt ⁊ minoris precij comparatione
aliarum ſtellarum ſeptem : que velut ab
aure ad aurem anteriorem partem capi
tis ornant. Harum prima penitentia eſt
ſecunda miſericordia: tertia patiētia: quar
ta humilitas : quinta fides: ſexta ſpes : ſe/
ptima charitas. Penitentiam operatur
timor domini : miſericordiam : ſpiritus
pietatis: patientiam : ſpiritus ſcientie: hu
militatem : ſpiritus conſilij : fidem : ſpiri/
tus fortitudinis : ſpem : ſpiritus intelle/
ctus : charitatem : ſpiritus ſapientie: cha/
ritas igitur radix eſt ⁊ mater omnium vir
tutum. Ipſa eſt enim Seraphin: que men
tes electorum illuminat ⁊ accendit : cui
ale· quaſi ſex virtutes ſupraſcripte conne/
xe ſunt: penitentia. ſ. ⁊ miſericordia : pa/
tientia : ⁊ humilitas : fides : ⁊ ſpes : ſex. ſ.
virtutes: ſine quibus nemo venit ad cha/
ritatem. Due namqꝫ ale : quibus tegitur
corpus : penitentia : ⁊ miſericordia ſunt :
quibus electorum hominum contegun/
tur delicta. Due quibus tegitur facies:
patientia : ⁊ humilitas : quibus aſconden
tes iuſtitiam : inanem gloriam deuitant.
Due quibus volant : fides : ⁊ ſpes : quas
ſcꝫ : virtutes ceteris preponit apoſtolus.
Septimo loco charitas: que maior eſt : in
ipſo Seraphin deſignatur. Interpretatur
enim Seraphin : incendium : quia men/
tes quas replet charitas in dei ac proximi
amore ſuccendit. Ponat hec vir catholi/
cus in corde ſuo : ⁊ virum ſpiritualem: di
ligenter depingat: ſciatqꝫ perfectum: quin
immo ſaluum eſſe non poſſe : cui harum
aliqua virtutum deeſt : ſanctum vero eſſe
⁊ integrum: qui in his ſeptem virtutibus
perfectus eſt. Nam ſine penitentia ſaluus
eſſe non poteſt: quia qui ſe peccatorem ne
gat : mentitur: ⁊ qui ſe eſſe peccatorem co
gnoſcit : vt peniteat ⁊ gemat : neceſſe eſt.
Miſericordiam autem non recipit : qui
alijs non facit : quia qui non remittit pro
ximo ſuo ; fruſtra a iuſto domino expectat

criminum remiſſionem. Quid vero ⁊ de
patientia dixerim: cum ſcriptuꝫ ſit. In pa Luc.
tientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
Quid vero de humilitate : que ⁊ ipſa ra/
dix eſt ⁊ fundamentum virtutum: De fi/
de: ſpe: ⁊ charitate: ꝙ ſine eis nulla ſit chri
ſtiana religio: omnis ſacra pagina : ⁊ noui
precipue teſtamenti demonſtrat. Neceſſe
eſt enim vt peniteat : vt ignoſcat : vt pa/
tiens: ⁊ humilis ſit: qui ſaluari cupit: ante
omnia vt in fide: ⁊ ſpe : ⁊ ſuper omnia vt
ſit firmiter in charitate fundatus. Hee igi/
tur ſunt ſeptem ſtelle que partem capitis
anteriorem exornant : quarum diſpoſitio
talis eſt. In fronte : media manet chari/
tas: que omniuꝫ eſt radix virtutum. Poſt
hanc: hinc ⁊ inde: fides: ⁊ ſpes: deinde pa/
tientia: ⁊ humilitas: nouiſſime ac ſi ad au/
res: penitentia: ⁊ miſericordia manēt. Suf
ficiunt hec viro perfecto: ſufficiunt virgi/
ni ad coronam. Hee ſunt igitur ſtelle duo/
decim: quibus in celeſti regno: donis ſpiri
tualibus decorantur: quicunqꝫ in hoc exi/
lio poſiti : tantis virtutibus innituntur.
Et hoc quidem : quantum ad ſingulos.
Ceterum quod ad gloriam pertinet eccle/
ſie virginalis: de luna: ⁊ ſole: ⁊ ſtellis: dicē/
dum eſt. Quia ephythalamus noſter (cu/
ius ſupra fecimus mentionem) in bonam
partem lunam accepiſſe cognoſcitur : ⁊ ſi
minus habeat perfectionis : id quod deſi/
gnatur per lunam: non ideo tamen in ma
lam partem accipienda eſt. Neqꝫ enim qꝛ
luna carnem: ſeu carnalem plebem: ſeu trā
ſitum huius mundi deſignat: idcirco caro
vel populus: vel mundus mala ſunt: quia
ſcriptum eſt. Vidit deus cuncta que fece/ Gen.
rat ⁊ erant valde bona. Non enim creatu/
re ipſe male ſunt : ⁊ ſi mala ſint vitia qui/
bus corrumpuntur: alioquin fruſtra nobis
promittitur gloria reſurrectionis : fruſtra
corpora que deponimus: nos in die nouiſ/
ſimo ſuſcepturos ſperamus. Qui igitur
ait. Pulchra vt luna: electa vt ſol: terribi Cant.
lis vt caſtrorum acies ordinata: non hic p
lunam ſiniſtrum aliquod deſignare inten/



dit: ſed in luna pulchritudineꝫ carnis vir
ginee: in ſole ſpiritus claritatem: in caſtro
rum vero acie : ordinamenta virtutum.
In luna ergo : ſimplicium fratrum caſta
deſignatur humilitas : eorum. ſ. qui ducti
ſpiritu: obediunt dei cauſa ſpiritualibus vi
ris. In ſole: perfectorum iuſtitia: que igne
charitatis ſuccenſa eſt. In caſtrorum ordi/
nata acie: virtus charitatis fraterne. Sa
ne in hoc libro ſimilitudo manifeſtior eſt: ⁊
ſi parumper diſſimilis : ſm quam in mu/
liere amicta ſole: ſpiritualis deſignatur ec/
cleſia. In luna quaſi Martha: pars ſubdi/
ta miniſtrorum. In corona ſtellarum duo/
decim: patres ſpirituales: quibus fratrum
obtemperat multitudo : quorum typum
tenuit Helyſeus : qui quondam fratrum
multitudini prefuit in Jerico. Inde eſt ꝙ
beatus Benedictus: quem ex equo ꝯcor/
die reſpicit Helyſeus: duodecim monaſte
rijs que ꝯſtruxit: eiuſdem numeri: abbates
prepoſuit : vt oſtenderet huius numeri
perfectionem: in vita monaſticha conſuma
ri: quamuis vite huius perfectio quarti
temporis fuiſſe manifeſtum ſit: quia ⁊ bea
tus re vera Benedictus quarto tempore
claruit: licet inſtitutio eius: quinto magis
tempori profutura preceſſerit. Sunt igi/
tur patres ſpirituales in capite : infirmio/
res ad pedes: medij inter vtranqꝫ vitam:
contemplatione ſuſpenſi. Sunt illi ad ca/
put: locum Chriſti gerentes: contempla/
tores medij: ducentes partem Marie: obe
dientes ad pedes : Marthe obſequium
adimplentes. Et in femineo ſexu: tria ipſa
genera commendantur. Sed quid eſt ꝙ
primo archa teſtamenti : viſa eſt : deinde
mulier amicta ſole: niſi quia ſigna teſtamē
ti veteris: concordant: cum ſignis noui te/
ſtamenti? Vtiqꝫ in archa illa tabule teſta/
menti : ⁊ virga Aaron que fronduerat : ⁊
manna intrinſecus ſeruabantur : in typo:
(haud dubium) vnigeniti dei quem vir/
go in vtero cuſtodiuit: cuius ſacro pecto/
re: nec poſt partum diſceſſit. Ipſe eſt enim
verbum dei : quod maxime commenda/

tur in talibus : ipſe virga virtutis : quam
emiſit dominus ex Syon: ipſe manna ab/ Ps. 109
ſconditum diligentibus ſe. Fuit igitur
prima perſona illius eccleſie : quam mu/
lier iſta ſignificat : virgo que dei filium
parturiuit : quem draco quidem deuora/
re ſe credidit : ſed nequiuit : quia raptus
eſt ad deum : ⁊ ad thronum eius : quia
non modo erat homo (vt a principio eſti/
mauit Dyabolus :) ſed ipſe qui verus
homo ⁊ verus deus : ipſe quem pater ge/
nuit ab eterno : ⁊ virgo in tempore par/
turiuit. Sane in die illo quo dominus
paſſus eſt : non parum quid amaritudi/
nis ſuſtinuit ſancta mater eccleſia : Ma/
ria : ſcꝫ : cum Apoſtolis ⁊ fidelibus ſuis:
(ipſomet dei filio predicente ⁊ atteſtante)
qui ait. Mulier cum parturit : triſtitiam
habet : quia venit hora eius. Nemo itaqꝫ
extimet Mariam expertem fuiſſe a do/
loris partu : quia que ſine dolore puerum
peperit : factum iam virum : ſpiritualiter
parturiuit. Egreſſus eſt ergo Chriſtus
ex anguſtijs eccleſiaſtici vteri : ⁊ peruenit
ad regnum ſuum : quem quidem Draco
ruſus deglutire ſe vt ceteros poſſe : credi
dit : in hora partus : ideſt : in hora qua
moriens : Ade debitum ſoluit : ſi tamen
prout ⁊ Draco dubitabat: verus dei filius
non fuiſſet. Nam ſequitur.

Et viſum eſt aliud ſignum T. 2.
in cælo: Et ecce Draco magnus
rufus habens capita ſeptem, &
cornua decem: & cauda eius tra
hebat tertiam partem ſtellarum
cæli : & miſit eas in terram.

Inferius ſcriptum eſt aſcendiſſe beſti/
am de abyſſo habentem capita ſeptem ⁊
cornua decem : ⁊ dediſſe ei draconem po/
teſtatem ſuam. Cꝫ vero corpus Dyaboli:
non aliud eſſe dicimus ꝙꝫ multitudinem
reproborum: extimari poſſet: ipſamet eſſe ca
pita ⁊ cornua draconis : que beſtie : ⁊ ipſa

beſtie:que draconis:ſed quia inferius ſcri/
ptum eſt. Et reges ſeptem ſunt : manifeſte
ſeptem capita beſtie : ipſam ſeptiformem
multitudinem pſequutoꝝ deſignat:ca/
pita vero draconis:reges ſeptem : qui ꝓ
eo ꝙ vicem gerunt draconis : non modo
ſimpliciter capita:verumetiam:capita ca/
pitum dici queunt. Sicut enim aliqua epi
ſcopalis eccleſia : caput dicit̃ ſubditarum
eccleſiaꝝ:⁊ tñ epiſcopus caput eſt illius ec
cleſie:ita in infidelium multitudine : qui
eunt in ꝑditionem:⁊ illi populi:capita fa/
cti ſunt:in malitia qui audacter ꝯtra eccle
ſiam pugnauerunt ; ⁊ multo amplius qui
eiſdem populis prefuerunt reges:⁊ draco/
nis capita dicti ſunt : corpus vͦ draconis:
reproboꝝ omnium innumera multitudo.
Hoc tantummodo intereſt : ꝙ cum beſtia
ſeptem capita habeat:⁊ draco ſimiliter:nō
tñ capita draconis ſm hunc intellectum:
per ſingula capita beſtie diſtinguēda ſunt:
ſed alio quodam modo : ⁊ altero tramite
venientia:qđ in ſexta parte libri : vbi pro/
prius ſup hoc locus erit : prout dominus
donauerit:diſſeremus. Igitur ſeptem capi
ta:ſeptem ſunt noīa tyrannoꝝ.qui ſibi pſe
quēdo eccleſiam per tpa ſucceſſerunt. De
cem vero cornua:decez reges:qui ſunt (vt
inferius dicit angelus ) regnaturi ſunt.
Cauda vero:tyrānus nouiſſimus:qui (ſi/
cut teſtatur Ezechiel propheta) in fine ſe
culi venturus eſt. Tertia pars:qđ ſignifi/
cet:in parte tertia dictum eſt. Notandum
quoqꝫ eſt:ꝙ ⁊ hic dr̃. In capitibus ſuis ſe/
ptem diademata : ⁊ inferius de cornibus
Gog. beſtie. Et ſup cornua eius:decem diadema
Ez c. 38 ta. Sed ſi nil aliud in eoꝝ diadematibus:
q̃ʒ regalem accipimus elationem:manife/
ſte dat̃ intelligi ꝙ capita draconis reges:
non populi intelligendi ſunt : capita vero
beſtie:populi:non reges. Et idcirco cum
ait. Sup capita draconis:ſeptem diadema
ta:ſeptem ꝑfecto reges in capitibus intel
ligi voluit:ſicut ⁊ decem cornua beſtie dia
demata portare deſcripſit : vt reges eſſe
oſtenderet decem illos.aut quaſi reges : qꝛ
illi veraciter reges ſunt:qui non ſunt ſub/
uerſores:ſed rectores fidelium. Unde ⁊ in
ferius dicitur. Decem cornua que vidiſti
in beſtia:decez reges ſunt:qui regnum nō
dum acceperunt:ſed poteſtatem tanq̃ʒ re
ges:vna hora accipiēt poſt beſtiam. Illud
autem cauendum eſt ante oīa:ne cum au/
dis mulierem amictam ſole:⁊ filium mu/
lieris : draconem : ⁊ beſtiam:⁊ his ſimilia:
precipue quoꝝ partes diuiduntur in ſpe/
cies:momentaneum aliqđ:aut ꝯtinue to/
tum eſſe putes : ſed magis velut aliquid
opus:ſeu bonum:ſeu malum:quod ſemel
quidem incipit : ſed poſt multa tempora
ꝯſumatur. Nō igitur exiſtimes draconem
ita fuiſſe a principio qualis eſſe deſcribitur
in hoc libro:ſed qualem per tempora futu
rus erat. Neqꝫ enim prophetia eſſe intelli/
geretur.ſi ſola preterita ⁊ preſentia:⁊ non
potius futura predicaret. Si autem queri
tur de his ſeptem capitibus draconis:que
ſint:aut que eſſe putentur : in ſumma hu/
ius libri:ſufficienter digeſſimus. Hoꝝ au/
tem omnium ſignum viſum eſt in celo:qꝛ
qui incuruati ſunt deorſum:vt ſolam ter/
ram littere intueantur : ſpiritualia myſte/
ria videre non poſſunt : qui autem reſpi/
ciunt in celum:ſentiunt omnia hec eſſe ſi/
gna:nimirum:quia ad aliquid ſignifican/
dum in libris canonicis ſcripta ſunt. Se/
quitur.

¶ Et draco ſtetit ante mulie/
rem quæ paritura erat : vt cum
peperiſſet : filium eius deuo/
raret. T.j.

¶ Nouerat Dyabolus ea que ſcripta
erant de Chriſto:adeo vt cum eum tenta/
ret ſciſcitans ab eo:an ipſe eſſet filius dei:
ſcripture teſtimonijs vteretur . Sed ſi ea
que de hoc ſcripta erant:plene caperet:ne
quaquam:an hoc eſſet:an non:callidis ex/
quireret argumentis. Non ergo illi ex in
tegro reuelatum erat myſterium domini/
ce incarnationis:qui an ipſe filius dei eſ/



ſet:dubitans:ſcripture teſtimonium intro
ducit:vt ſi eum non eſſe Chriſtum ꝑpen/
deret:tanquam ſibi ꝯtrarium ad tormen/
ta rapere feſtinaret : ſi vero eſſe dei filium
manifeſte cognoſceret : ab eius perſequu/
tione deſiſteret:ſi tamen euz deſiſtere:eius
malitia pateretur . Sed quocunqꝫ modo
id geſtum ſit:illud manifeſte ſcimus:ꝙ in
trans in coꝛ Jude Symonis Schario/
this:eum ad cumulum damnationis ſue:
vſqꝫ ad tormenta paſſionis ꝑduxit. Qua/
re hoc? Ut eum ſicut:⁊ ceteros deuoraret.
Stetit (inquit) ante mulierem. Quid eſt
ſtetit ante mulierem? Stetit ꝯtra mulie/
rem (hoc eſt) contra eccleſiam. Qui enim
volunt facere contrarium tranſeuntibus:
vel aliquid facere cupientibus : parant ſe
ante ipſos ad reſiſtendum eis. Sed quid
facere cogitas:o infelix? Chriſtum ⁊ ſi oc/
cidere potes (ipſo permittente) qꝛ homo
eſt:tenere tñ eum non potes : qꝛ deus eſt.
Leo namqꝫ prophetam occidere miſſus
eſt:de cadauere autem eius:non eſt deuo/
rare ꝑmiſſus. Tu Chriſtum occidere non
Reg. 3 timuiſti:ſed teipſum:non dñm:nouo rur/
ſum iaculo peremiſti. Tu parturientis ec
cleſie filium abſorbere putaſti:ſed permiſ
ſus nō es:vt hoc faceres:qꝛ te proſtrato ⁊
deuicto:raptus eſt ad deuz:⁊ ad thronum
ipſius. Uocari autem eccleſiam apoſtoloꝝ:
matrem Chriſti:ipſuz interroga dei filium
Chriſtum. Cum enim ei quidam diceret.
Ecce mater tua ⁊ fratres tui : foris ſtant:
querentes te. Ipſe protinus reſpondit : ⁊
dixit. Que eſt mater mea : ⁊ qui ſunt fra
tres mei? Et extendens manus in diſcipu
los ſuos : ait . Ecce mater mea ⁊ fratres
mei. Sed de partu qđ queritur? Imminē
te (vt iam dixi) articulo paſſionis ſue:hoc
inter cetera proteſtatus eſt : dicens. Mu
lier cum parit triſtitiam habet:quia venit
hora eius. Sic igit̃ ⁊ eccleſia mater Chri
ſti eſt:⁊ que eum peperit in carne de eccle
ſia eſt : ⁊ ideo in Maria que prima eſt per
ſona eccleſie : etiam corporaliter eccleſie fi
lius Chriſtus eſt. Et quia omnes fideles:
vnum corpus ſumus in Chriſto : etiam
nos omnes in Chriſto filij ſumus eius:
cuius Chriſtus filius eſt : iuxta illud apo
ſtoli. Si autem vos Chriſti : ergo Abrae
ſemen eſtis. Sed aliud eſt quod ꝑtinet ad
caput aliud:quod ad membra ſm quid:⁊
aliud quod ad laborez:aliud quod ſpectat
ad gloriam. Quod enim filij virginis ⁊ fi
lij dei ſumus : ſiquidem heredes ſumus
dei : coheredes autem Chriſti : donum
dei eſt:⁊ felicitas noſtra. Quod vero par/
turire mulier dicitur:dei quidem donum
eſt:poſſe in partu patienter agere : ſed ta/
men in hocipſo aliquid:vnde coronetur:
promeretur eccleſia. Miro autem modo:
⁊ quaſi per contrarium duo iſta ſibi con/
ueniunt:virgo ⁊ partus:vt duo perfectio/
nis genera demonſtrarentur:pariter con/
uenire in vnum:habere:ſcꝫ:perfectionem
iuſtitie:⁊ tamen pro iuſtitia:ac ſi pro iniu/
ſtitia flagellari . Dicam ergo aliquid ſm
carnem. Si virgo eſt : quare parturiens
cruciatur? Aut ſi parturit quomodo vir/
go? Sed plane vtrunqꝫ exigitur ab eccle
ſia : quatenus ⁊ virgo ſit ⁊ parturiat : vt
compleatur in illa magnum illud myſte/
rium Marie:que ⁊ filium portauit in vte
ro:⁊ virginitatis gloriam non amiſit. Pe
perit ergo Maria vnigenituz ſuum:quez
tandem reſpiciens pendentem in cruce:
vna cum eccleſia apoſtolorum : non ſine
gemitu parturiuit : qui tamen natus eſt
in alio regno:⁊ factus primogenitus mor/
tuorum. Sane ſm typicum intellectum:
ſicut eccleſia doctorum deſignatur in mu/
liere : ita in filio mulieris : exercitus om/
nium iuſtorum : qui regnaturi ſunt cum
Chriſto : ⁊ ſeſſuri cum ipſo in iudicio
( dicente eodem domino ) in hoc libro.
Qui vicerit : dabo illi ſedere in throno
meo:ſicut ⁊ ego vici:⁊ ſedeo. Aſcendit au/
tem Chriſtus in celum : ⁊ ſedet a dextris
dei : ita vt eleuatum in altum : terribilem
ſuſtineret iudicem : quem ſe putabat dra/
co deuorare in partu. Hec de filio mulie/
ris. Quid de muliere?

T.4. Et mulier (inquit) fugiit in ſolitudinem: vbi erat ei locus præparatus a Deo: vt ibi paſceret illam diebus mille ducentis ſexaginta.

Numerus iſte quid ſignificet: liber quem propter ipſum: ⁊ ſm ipſum edidimus: maniſeſte declarat. Quid autem ſibi velit mulieris ſuga in ſolitudinem: in repetitione dicetur. Ibi enim melius oſtenditur: q̃ hic. Nam bis hocipſum ſcriptum eſt: licet diſſimilibus verbis: interpoſito illo magno prelio: in quo proſtratus eſt Draco: quod (ſicut oſtendemus inferius) ſanctorum martyrum fuit. De ipſis enim non de angelis dicitur. Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni: ⁊ propter verbum teſtimonij ſui: ⁊ non dilexerunt animas ſuas vſqꝫ ad mortem. Nec vacat a myſterio repetitio iſta: que interpoſita pugna martyrum: de muliere facta eſt: quinimmo magna eſt huius cauſa myſterij. Duo ſunt enim florum genera: que pre ceteris ſcriptura commendat: roſe: que ſanctos martyres: ⁊ lylia: que ob candorem caſtitatis: ſacras virgines deſignant. Si enim queris: vnde ſalus proceſſerit: reperitur virginitas. Si in quo mater eccleſia fundata ſit queris: inuenitur martyrium. Siquidem ⁊ virgo preceſſit martyres: ⁊ martyres comitati ſunt virgines. In hoc enim ciuitas illa noſtra: omnibus ſuis filijs pacem preſtat: quia vna eſt in ea pax omnium: ⁊ communis letitia vniuerſorum: quandoquidem martyribus virgines: ⁊ virginibus martyres ſubſcribuntur: vt in illa viſione ſumme pacis: ille ſit primus qui eſt vltimus: ⁊ qui primus vltimus: ſicut vnigenitus dei: ⁊ ſpiritus ſanctus viciſſim ſibiipſis in myſterijs inueniuntur ſubſcripti. E quibus eſt illud: quod Chriſtus dicit per prophetam. Ecce nunc miſit me dominus ⁊ ſpiritus eius. Ipſe poſtmodum per ſeipſum: de eodem ſpiritu loquitur: dicens. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis. Et certe ſi rei huius ſimilitudo queritur: videtur contemplantium vita virginum ſpectare proprie ad ſpiritum ſanctum: vnde ⁊ qui caſte viuunt: ſpirituales dicuntur: triumphus vero martyrum proprie refertur ad Chriſtum. Johis Quo circa non eſt mirum: ſi virginitas primo prelata martyrio. Secundo poſt ponitur verſa vice: vbi tam magnum ⁊ euidens manet ſignum: quod non eſt ab hominibus: ſed de celo directum. Habent enim ſancti Martyres vnigenitum dei: paulominus ab angelis minoratum: qui ita ſe voluntarie ſpiritui Sancto humiliauit: vt de eo dicatur: conceptus eſt: ex Maria virgine: qui tamen poſt paſſionem ſuam: recepit ab eodem honorem: prout preſtiterat ipſe: iuxta illud quod ſuperius diximus. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: ⁊ annunciabit vobis. Joh. Oportebat ergo virginem ſacram: primo quidem matrem fieri omnium ſanctorum martyrum: deinde ſanctos martyres: virginum preire cateruas: vt in nullo a dei filio martyres: in nullo a ſpiritu ſancto virgines in hac parte myſterij diſcordarent. Tanta quippe eſt inter ſanctos in illa ciuitate ſimplicitas: vt quodammodo: alteri alteros: credant eſſe maiores: tanta charitatis accenſio: vt alijs q̃ ſibi viciſſim attribuant: immo ⁊ cupiant: dignitatem. Pertinent quoqꝫ ſancti martyres proprietate quadam ad filium dei: virgines: ad virginem Matrem: non ſexus differentia: ſed virtutis: nimirum quia fortitudo maſculi: eſt pulchritudo proprie mulieris. Que cum ita ſint: quid agit filius cum parturitur? Nunquid ipſe non dolet: ſed que parturit mater? Quinimmo: quia hoc clarum eſt: nullus enim dubitat: martyres poſt Chriſtum: ſupplicia pertuliſſe. Illud multo magis in queſtionem venit.



Cur mulier cruciari dicitur: que nequaquam per martyrium: ſed pacato ⁊ tranquillo fine: carnis debitum ſoluit. Sed heu: quis ſciret quantus dolor animum virginis cruciauit cum natum ſuum in cruce ſuſpenſum: fellis amaritudine: ⁊ aceto potatum: ⁊ alijs atqꝫ alijs contumelijs videret affectum: cui nec aquam in potum dare: nec (vt ſolet cuilibet morienti) permiſſa eſt: qualecunqꝫ exhibere obſequium. Qui hec ⁊ his ſimilia: pia mente penſaret: maiorem illius q̃ Chriſti: putaret pro pondere cruciatum: quia nimirum Chriſtus in carne illa (quod eſt grauius) cruciabatur in mente. Ille ⁊ ſi dolebat: volens tamen adimplebat: pro quo ⁊ venerat: hanc id ipſum eque ſentire pietatis viſcera non ſinebant. Cruciatur ergo qui naſcitur: ſed hoc ſemel: mater per fetus ſingulos cruciatur ⁊ gemit. Recte ergo patientibus filijs: eccleſie aſcribitur cruciatus: quia illi pro ſeipſis ſigillatim: iſta vero per ſingulos (vt iam dixi) cruciatur ⁊ gemit: ⁊ plerunqꝫ mater ipſa filios imitatur quos deflet. Eſt ⁊ alius partus: ille quem deſcribit: ⁊ ſibimet aſcribit Apoſtolus: cum his quos Chriſto genuerat: ⁊ pene apoſtatauerant: dicit. Filioli mei: quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis. Sed ibi per predicandi laborem parturiuntur filij in ſinu deſudantis eccleſie: hic parturiuntur de mundo tranſeundo ad patriam. Ibi parturiuntur per fidem: hic per ſanguinem. Ibi vt Chriſti crucem accipiant: hic vt perlate Crucis conſequantur mercedem. Et quia ſacrarum mentes Virginum in celis ſunt: ⁊ illius (que ſurſum eſt) ciuitatis: in terra licet poſite vitam ducunt: in Sanctorum tormentis Martyrum cruciantur ⁊ ipſe: que eo magis penſare poſſunt: quo ſecum ſunt: ⁊ quo plus diligunt magis dolent. Et quia eaſipſas vere matris exhibet pius amor: eiſdem in regno dei ſoluta paſſione naſcuntur: nimirum: quia illuc iſti per amorem tranſeunt: vbi ille iam ſunt: ⁊ illuc iſti poſt mortem veniunt: vbi ille ⁊ ante mortem per contemplationem quieſcunt. Notandum tamen illud eſt: ⁊ ſumma diſcuſſione ſcrutandum: ꝙ Chriſtus in cruce poſitus: alterum pro ſe filium dedit matri: Joannem: ſcilicet: euangeliſtam: in quo non illi deſignati ſunt: qui ex hoc mundo per martyrium tranſeunt: ſed de quibus ſupra fecimus mentionem: ad quos profecto illud refertur: quod de Joanne a Chriſto Symoni dictum eſt. Sic eum volo manere donec veniam. Non ſolum autem iſtud: ſed ⁊ illud quod mater Jacobi ⁊ Joannis a domino poſtulauit: vt: videlicet: duo filij eius: alter a dextris eius: alter a ſiniſtris ſedere debuiſſent: non parum pertinet ad rem: nimirum: quia ⁊ ordo Martyrum ſignificatus in Jacobo: ſiniſtram pertulit paſſionis: ⁊ ordo contemplantium: collocatus eſt ad dexteram Chriſti. Sed de Martyrum pugna cernere locus cogit: non immemores illius ſententie: (qua ſpeciales libri partes) generalia tangere ſepe diximus: ⁊ ſine generalibus nil eſſe in partibus ſpeciale.

Explicit diſtinctio prima.

Incipit diſtinctio ſecunda.

T.5. Factum eſt prælium magnum in cælo: Michael: & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Draco pugnabat: & Angeli eius: & non præualuerunt: neqꝫ locus inuentus eſt amplius eorum in cælo.

Recte ad auxilium virginum: ange/
lorum mittitur turba: quia cogna/
ta eſt ⁊ amica angelorum virginitas. At/
tende diligenter Chriſti virgo: attende
ſollicite miles Chriſti. Non enim querit
deſides: tanti pondus agonis: non pigros
approbat ⁊ tepentes: ſed fortes in prelio:
⁊ feruentes in fide. Factum eſt prelium in
eccleſia ſanctorum: que celum: ⁊ celorum
regnum: vt ſepe ſepius nominatur. Dici/
tur autem ſancta eccleſia celum: quia in
alto conſiſtit: reſpectu ſynagoge: que ſola
terreſtria concupiſcit: ⁊ reſpectu illorum
hominum: qui quamuis celeſtis hominis
ſignum acceperint in baptiſmate: potius
tamen terrenum hominem: q̄ʒ celeſtem ſe
quuntur. In celo tamen factum eſt pre/
lium: quia occultus eſt hoſtis qui impu/
gnat fideles: ⁊ occultum myſterium pro
quo pugnatur. Ad hoc ſane prelium fide
les animabat apoſtolus: ⁊ vt ſe prudenter
agerent: inſtruebat cum diceret. Non eſt
nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſan
guinem: ſed aduerſus aereas poteſtates te
nebrarum harum: contra ſpiritalia nequi
tie in celeſtibus. Sed nūq̄d inuiſibile erat
tantum? Nunquid non inuiſibiles erant
ſatellites ipſius hoſtis: qui viſibiles Chri/
ſti milites impugnabant? Attende diligē
ter ordinem preliorū ⁊ militum: qualiter
Chriſti acies contra prauas acies dirigun
tur: ſiue pro caſtitate corporis: ſiue pro in
tegritate fidei que ſeruatur in corde. Mi
chael celeſtis exercitus: princeps eſt a do/
mino conſtitutus. Dyabolus per ſeipſum
vſurpauit ſibi regnum ſuper angelos ma
los. Hi vero ſicut inuiſibiles ſunt: ita inui
ſibiliter preliantur. Sed non de angelis di
ctum eſt: quod ſequitur. Et ipſi vicerunt
eum propter verbum teſtimonij ſui: ⁊ nō
dilexerunt animas ſuas vſqʒ ad mortem.
Non hoc inquam de angelis dictum eſt:
ſed de martyribus: qui re vera non dile
xerunt animas ſuas vſqʒ ad mortem: iu/
xta veritatis vocem: dicentis. Qui odit
animam ſuam in hoc mundo: in vitam
eternam cuſtodit eam. Quid igitur eſſe
dicimus: ꝙ in angelorum prelio de victo
ria martyres approbantur: niſi ꝙ ⁊ bo/
nis hominibus: boni angeli aſſiſtunt: ⁊
mali malos acuunt vt profundius ruant?
Erat ergo in eccleſia Chriſti alius q̄ʒ Mi
chael: princeps a domino conſtitutus.
Petrus: ſcʒ: ⁊ ſucceſſor eius: quod preſens
adhuc ſeculi probat dies. De quo ⁊ illud
quoqʒ ſcriptum eſſe oſtenditur: quod in
opere concordie expoſuiſſe me recolo. In
tempore illo conſurget Michael princeps
magnus qui ſtat pro filijs populi tui. In
ſynagoga nihilominus Sathane: Hero/
rodes maior tenuit principatum: gerens
in ea vicem draconis: qui tandem Hero/
di filio ſucceſſionem relinquens: nouiſſi
me Romanorum princeps habere prome
ruit ſucceſſores. Quem enim interemptor
Jacobi Tetrarcha Herodes infeliciter
obeundo: depoſuit ſceleratiſſimus Impe
rator Nero: mox reſumpſit mucronem:
ne ijs qui cruentas Herodis portas abſo
lutus euaſerat: Neronis quoqʒ manus im
punitus exiret. Erat ergo Michael ange
lorum prelatus: prelians in Petro princi
pe chriſtianorum. Erat ⁊ Dyabolus prin
ceps Demoniorum: dimicans in Herode
Judeorum prelato. Uidens in his prelijs
quadripartitas preliantium turmas: terri
biles renitentium congreſſiones anno/
rum. Uere magnum prelium. Uere ſingu
lare certamen: in quo cum fidelibus in/
fideles: in quo celeſtes ſpiritus cum mini
ſtris tartareis preliantur.

¶ Et (proiectus inquit) Draco ille Ca.
magnus Serpens antiquus: qui
vocatur Dyabolus & Sathanas
qui ſeducit vniuerſum orbem:
proiectus eſt in terram: & ange/
li eius miſſi ſunt cum ipſo.

¶ In beati Job libro ſcriptum eſt. Qua
dam die cuʒ veniſſent filij dei vt aſſiſterēt



Job. 1. coraʒ dn̄o: affuit inter eos etiam Sathan.
Si autem conuentio filioꝝ dei: ſanctoꝝ ec
cleſia fore credit: cum ⁊ eccleſia celum eſſe
dicatur: Sathan inter filios dei affuiſſe de
ſcribitur: tunc ꝑfecto Sathan habuiſſe in
celo locum oſtenditur: cum adhuc ab hu/
mano genere non erat eiectus foras: q: ra
tio (vt ita dixerim) iuris ſui qḋ dʒ exqui/
rere: depoſcebat. In ſolo namqʒ illo nihil
qḋ quereret: inuenit: qui ſine peccato na/
tus eſt ⁊ permanſit: ⁊ qui veraciter dicere
potuit. Uenit enim princeps mūdi huius
Joānis ⁊ in me non hʒ quicq̄ʒ. Et q̄m in euʒ mit
tere manum non timuit: in quo ſuuʒ nihil
Reguʒ erat: ſicut Golyath quem occidit Dauid:
ꝓprio ſe mucrone ꝓſtrauit. Affuit (inq̄t)
inter illos (hoc eſt) inter filios dei: etiam
⁊ Sathan. Sed a̅liq̄d? Nunq̄d ad laudan
dum pariter bonoꝝ omnium creatorem?
Non. Ad q̄d ergo? ad detrahēdum fidei:
ad accuſandum opa electoꝝ. Ut accuſaret
(inquit) illos ante ꝯſpectum dei: miro illo
accuſationis genere: quo ſimplicitateʒ ſan
cti Job obfuſcare queſiuit. Hinc eſt ꝙ vni
genitus dei: imminente paſſionis ſue tpe:
ait Petro. Ecce Sathanas expetiuit vos
vt cribraret ſicut triticum. Ut ergo San/
ctum Job expetiuit Dyabolus: ſic experi/
uit ſanctos apoſtolos: ⁊ ſanctos martyres:
vt cribraret eos ſicut triticum: ⁊ inueniret
in eis: quid obijceret: vt oēs reprobos eſſe
monſtraret. Et ſicut illum (ꝑmittēte deo)
ꝑcuſſit a planta pedis vſqʒ ad verticem:
ſic ⁊ in ſanctos martyres oia pene genera
tormentoꝝ expendit. Qui vero (preſtante
dn̄o) probati igne tribulationis: puriores
auro mundo: repti ſunt in tormētis: iuſto
dei iudicio: ꝓiectus eſt draco ille ſeuus in
terram: precipitatus eſt ab alto hoſtis ille
antiquus: vt non amplius ei locus inueni
retur in celo: q: nequaqʒ poſt hoc inter ele
ctos accuſaturus illos in ꝯſpectu dn̄i adeſ/
Job. ſe potuit: ſicut prius: qui non modo pelleʒ
pro pelle: ſed ⁊ ſeipſos libentiſſime impen/
derunt. Quid enim ad examen fidei am/
plius agere potuerunt: q̄ʒ vt Chriſtum lu
crifacerent: aīas poſuerunt? Quis igit̄ ac/
cuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iu
ſtificat: qs eſt qui condemnet? Sed qualis
eſt iuſtitia iſta? Nunq̄d qualis erat iuſtitia
legis: quam qui opabatur: viuebat in ea?
Abſit. Sed qualis eſſe pōt iuſtitia que de
celo deſcendit: fides. ſ. que per charitatem
opatur. Sunt auteʒ pleriqʒ intra ſanctam
eccleſiam: qui idcirco dn̄m colunt ⁊ vene
rantur: q: ſe in oibus rebus ſuis ꝓſperari
ꝯſpiciunt: quia in oibus que iocunda ſunt
eis: vite huius ꝓſperitas arridet. Et qui/
dem pro ꝑceptis tpalibus beneficijs gra/
tias agere creatori: eo magis neceſſe eſt:
quo nihil eſt deterius ingratitudine: tum
apud hoies: q̄ʒ ⁊ apud deum: ſed tn̄ ab illa
gratiaꝝ actione: que fit pro ſpiritualibus
donis: ⁊ regno dei: longius diſpar eſt: quā
tum diſtat ortus ab occidente: ⁊ huiuſce/
modi cultus dei: ad modicum vtilis iudi/
catur. Qui enim pro eo tm̄ deum colit ⁊
timet: q: ſibi impartitur tpalia bona: profe Job.
cto non veraciter: ſed quaſi fallaciter colit
deum: q: ſi illa deficiunt: pro q̄bus colebat
deum: ſuꝑueniente accidia: immutatur de
uotio: ⁊ ois illa gratiaꝝ actio: velut de pre
ciſo fonte vnde manare ꝯſueuerat: abſpi/
rat: quam non pro ſpiritualibus donis: ſed
pro carnalibus exhibebat: qḋ optime in/
telligens hoſtis antiquus: in eo: accuſatio/
nis ſue exordium fundauit: dicens. Nun/
q̄d fruſtra Job timet deum? Nōne valla/ Job.
ſti eum ac domum eius vniuerſamqʒ ſub/
ſtantiam eius per circuitum? Opibus ma
nuuʒ eius benedixiſti: ⁊ poſſeſſio eius cre/
uit in terra. Sed extende paululum ma/
num tuam: ⁊ tange cuncta que poſſidet:
niſi in faciem benedixerit tibi. Et ſunt nō/
nulli qui in amiſſione reꝝ tpalium: maxi/
me filioꝝ: ꝯtra oipotentis ſententiam (qḋ
deus auertat a cordibus fideliuʒ) blaſphe
mie quoqʒ ſpiritu impelluntur: ſed metuē
tes ne ꝯtra ſe ꝓuocent iram dei: ꝯceptum
in corde virus: in vocem effundere perti/
meſunt. Certumqʒ eſt iudicium vltionis
incurrere: q idcirco ꝯcepta mala nō effun/

dunt:quia metuunt : ⁊ ſupplicij tantum/
modo arcentur minis : ⁊ non etiam : ve/
lutcunqꝫ amoris dulcedine temperantur.
Solent enim qui huiuſmodi ſunt : extor/
quere aliquando a ſemetipſis : vt qui gra/
tias in proſperitate exhibebant : pro pena
quoqꝫ timore in rerum amiſſione repen/
dant. Sicqꝫ fit : vt cum iam in oculis ſu
perni ſpectatoris : per mentis rancorem
iaceant : adhuc tamen in conſpectu homi
num ſtare per patientiam videantur.
Hoc ergo ſecundo accuſationis genere :
iuſtitiam ſancti Job obfuſcare Dyabolus
Job. nittebatur : quando dicebat. Pellem pro
pelle : ⁊ cuncta que habet dabit homo
pro anima ſua. Sed queri poteſt : quid
ſibi occultus aduerſarius volebat in ver/
bo iſto : vt coram internorum mentium
ſcrutatore:accuſaret archana : quaſi deus
ſcire non poſſet:niſi Dyabolus detuliſſet.
Sed hoc noſtre facillime patet intelligen
tie : ſi alicuius ſuperbi animi tumorem
vigilanter penſamus. Cum enim contem
ptores iuſtitie durius volumus increpa/
re:vitam eis ex aduerſo proponimus obe
dientium fratrum : quatenus qui verbis:
aut monitis exſuperari nequeunt : ex illo
rum comparationibus conuicti : erube/
ſcant:vt aut corrigantur:ſi corrigibiles ſunt:
aut ſi incorrigibiles : obmuteſcant. Sed
non ſic ſemper accidit:non ſic:quia vnde
bonorum vita proficit : inde reproborum
prauitas ſupra modum excreſcit. Nam
pro eo ꝙ comparatione bonorum : illo/
rum prauitas ſuperatur : ad illorum mox
iniurias:verba detractoria fingunt ⁊ fini/
ſtris peruertunt obloquijs : quicquid illi
pro iuſtitia patiuntur. Quid ergo ſibi vult
ꝙ ſancti viri iuſtitiam cōmendat deus co
ram patre mēdacij : niſi vt ſupbiam ipſius
exprobrando ↄfundat:qui relicta ſimplici
tatis gratia totius ſe eſſe voluit prauitatis
auctorem? Sed ijs qui modis omnibus
veritatem deſerendo ceciderat : ⁊ per hoc
incorrigibilis vt Dyabolus erat : ad eius
accuſationem proſilijt : quem tanta au/
ctoritas commendabat : vt dum alterius
prodit infamiam excuſet ſuam:⁊ dum nul
lum eſſe iuſtum probare contendit a ſin/
gulari nota perfidie ſemetipſum abſoluat.
Dum enim ſuam ſibi confuſionem im/
properari non patitur : non ſolum crea/
ture bonum (quod ex deo eſt) quantum
ad ſe detrahendo deſtruit : verumetiam
in hocipſo conuitiari ex obliquo : con/
uincitur creatori : qui talem ſm̄ eius ſen
tentiam fecerit creaturam:que nunquam:
⁊ ſi velit : in veritatis ſemita ſtare poſſit:
quaſi impoſſibile ſit deo dare creature iu/
ſtitiam : cui dedit eſſentiam : facere vt iu/
ſta ſit : cui potuit impendere vt creatura
fit. Ait ergo Dyabolus. Pellem pro pel Job.
le : ⁊ omnia que poſſidet dabit homo pro
anima ſua. Quod tale eſt : ac ſi diceretur.
Non ideo patienter ſuſtinet Job : quia
deum timet filiali timore : nec quia pure
amat opificem a blaſphemijs tacet : ſed
ne blaſphemum:durius punias ſeſe a ma
ledicto compeſcit. Alioquin mitte ma/
num tuam : ⁊ tange os eius:⁊ carnem:⁊
videbis niſi in faciem benedixerit tibi.
Si non ita eſt (inquit) vt ego dico : pre/
ſto eſt in quo poſſit probari. Incipe eum
affligere ⁊ torquere : ⁊ tunc apparebit in/
nocentia ipſius. Traditur ergo iuſtus im/
pio:timoratus iniquo : non vt fidem eius
experiretur dominus : cui nuda ſunt om
nia ⁊ aperta : ſed vt iuſti viri merita pro/
ficiant in flagellis : ⁊ Dyaboli menda/
cium:rerum euidentia probaretur. Nem
pe : quia dignus non eſt Dyabolus in
ſpiratione diuina : vt ſe ſponte quaſi hu/
milis confiteatur eſſe mendacem : aut
quaſi ad nudum verbi dei:qui ſemel eſt in
duratus : a mendacio recedere poſſit : ad
gloriam ptinuit veri dei ſuſcitare militem
ↄtra hoſtem:quatenus ſuperatus in cam/
po:ipſa experientia veritatis:patrata tan/
te pugne victoria:deuictus abſcederet ⁊ cō
fuſus. Quid enim? Nunquid gloriabatur
deus in creatura ſua:ꝙ eſſet innocens a ſe
ipſa? Abſit. Sed qꝛ poterat illam facere in



nocentem:ſi ſtetiſſet in veritate : ↄfitendo
exhilitatem ⁊ inopiam ſuam:quod qꝛ ipſe
qui eſt pater mendacij facere ↄtempſit : fa
ctus eſt:qui nullum timeret:⁊ conatus eſt
hocipſuꝫ aſcribere corrupte nature:⁊ non
potius arbitrio ſuo : quo nequaquaꝫ bene
vſus : ſed voluntarie abuſus eſt. Proprie/
tas enim veritatis hec eſt:cognoſcere non
eſſe aliquod bonuꝫ:niſi a ſolo deo:⁊ apud
eum qui eſt ſumma veritas : non eſſe ali/
quam iniqtatem. Si hoc cognoſcis:⁊ con
fiteris:prope es vt accipias donum:quod
habere a temetipſo non potes. Sed neqꝫ
iſtud bonum habere potes niſi a deo. Un/
de ergo iudicium? Quia habuit ⁊ pdidit
Job. iſtud:⁊ angelus ⁊ homo:ſupbiendo vtiqꝫ.
Sed ille irrecuperabiliter:iſte ad tempus.
Quod cum ita ſit:quid mirum o apoſtata
ſpiritus:ſi charitatis ſpiritum non accepi
ſti:qui vt hunc poſſes accipere : in verita/
te non ſtetiſti? Uere (vt ſaluator ait.) Ille
homicida erat ab initio:quia qui odit:ho
Joānis micida eſt. Fuit (inquit) homicida : ⁊ in
veritate non ſtetit : quia infectus liuore
odij:noluit agnoſcere reatum ſuum:⁊ im/
putare ſibiipſi:ꝙ malus eſſe cepit : ſed co/
gitando contraria veritati:factus eſt Dya
bolus ⁊ Sathanas. Ex deo igitur eſt om
ne bonum:ex deo dilectionis gratia:⁊ iu/
ſtitie munus : ſed ne hoc accipiant repro/
bi:arbitrij tenuunt prauitate. Quod bo/
num : quia electi dei nequaquam a ſemet
ipſis:ſed a bonorum omnium largitore ſe
ſe accepiſſe cognoſcunt:fruſtra Dyabolus
accuſare nititur:quos iuſtificat deus : qꝛ
charitas dei : etiam gehennam exſuperat:
ſi hanc ad tempus ingredi lucuiſſet. Om
nia enim vincit : omnia ſuſtinet. Unde
enim oſtenderet apoſtolus charitateꝫ cau
ſam eſſe victorie : dicens. Quis accuſabit
aduerſus electos dei? ſtatim ſequutus eſt
dicens. Quis igitur nos ſeparabit a cha/
ritate Chriſti? Tribulatio : an anguſtia:
an perſequutio:an fames : an nuditas : an
periculum : an gladius. Et vt hocipſum
auctoritate maiorum tenacius imprime/
ret cordi noſtro : adiecit ⁊ ait. Sicut ſcri/
ptum eſt. Propter te mortificamur to/
ta die : extimati ſumus ſicut oues occi/
ſionis. Ecce quomodo ſibi conueniunt
teſtes veritatis. Quod dicit Apoſtolus.
Quis accuſabit aduerſus electos dei : ⁊
propter te mortificamur tota die. Hoc
ſe Joannes audiuiſſe manifeſtat : cum
dicit.

T.. 6

¶ Et audiui vocem magnam
in cælo, dicentem. Nunc facta
eſt ſalus : & virtus : & regnum
deo noſtro : & poteſtas Chriſti
eius : quia proiectus eſt accuſa/
tor fratrum noſtrorum qui accu
ſabat illos in conſpectu dei no/
ſtri die ac nocte : & ipſi vicerunt
illum propter ſanguinem agni:
& ꝓpter verbum teſtimonii ſui:
& non dilexerunt animas ſuas
vſqꝫ ad mortem. Propterea læ/
tamini cæli : & qui habitatis in
eis.

¶ Si huic tam magno prelio : quod fa/
ctum eſt in eccleſia dei : in diebus Con/ Gen.ſis
ſtantini imperatoris impoſitus eſt termi/
nus a iuſto deo:ad tempus profecto ipſuꝫ
referenda eſt vox iſta exultationis ſancto/
rum : qꝛ ⁊ ipſi qui vicerunt:coronati ſunt
gloria : ⁊ honore : ⁊ hi qui remanſerunt
ſancti : animati de ruina ipſius : fortius
aduerſus eum dimicare ceperunt. Por/
ro : Sanctus Joannes : vocem magnam
audiuit in celo : quia viri contemplato/
res:⁊ qui poterant intelligere:quāti timo
ris ſit pugnare cum auctore malorum:in/
tellexerunt magnum iuſtorum gaudium
factum eſſe in eccleſia dei : de victoria ſan
ctorum Martyrum : ⁊ ruina Sathane
confitentium Domino : ac dicentium.

Nunc facta eſt ſalus ⁊ virtus deo noſtro:
⁊ poteſtas Chriſti eius: qꝛ proiectus eſt ac/
cuſatoꝛ fratrum noſtroꝝ: qui accuſabat il/
los in conſpectu dei die ac nocte. Quid eſt
die ac nocte? Sine intermiſſione. Quid
eſt die ac nocte? In proſperis ⁊ aduerſis.
Quaſi autem a tpe Conſtantini facta dici
tur eſſe ſalus ⁊ virtus dei noſtri: ⁊ poteſtas
Chriſti eius: cum: vꝫ: proiectus eſt accuſa/
toꝛ electoꝛum dei: qꝛ extunc oꝛdinata cepit
eſſe eccleſia ad ſalutem ⁊ virtutem multo
rum: ⁊ vicarius Chriſti Ieſu cepit habere
liberam poteſtatem ad faciendam vindi/
Ps.149 ctam in nationibus: ⁊ increpationes in po
pulis. Qua ex re letati ſunt celi: ⁊ qui habi
tant in eis: qꝛ data pace agminibus ſancto
rum: veluti in quodam ſabbato ab attro/
ciſſima illa tentatione Dyaboli: qua quere
bat ſibi etiam in ſanctis viris vendicare
hoſtiliter ius antiquum: ⁊ ipſa agmina ſan
ctoꝝ martyrum letata ſunt de triumpho:
⁊ qui parati erant ſeq illos in moꝛte: gratu
lati de pace. Letamini (ait) celi: ⁊ qui ha/
bitatis in eis. Letamini cohoꝛtes ſanctoꝝ
martyrum: ⁊ qui cupitis per martyrū pal
maꝫ ad illoꝝ ꝯſoꝛtia ꝑuenire. Quaſi enim
celi facti ſunt qui vicerunt hoſtem: ⁊ qua
ſi habitatoꝛes celoꝝ: qui cogitantes illoꝝ
triumphales victoꝛias: fieri quaſi vnus eo
rum in agone q̃ꝫ ardentiſſime affectabant
eſſe poſſibile ꝯfidebant. Igitur accuſatio
Dyaboli que prius deuicta eſt in patientia
Iob: deſignabat eam que ſupata eſt in vi/
ctoꝛia martyrum: qͥ non ſolum tpalia bo
na: verumetiam pꝛo fide catholica ſponte
⁊ aīas poſuerunt. Unde ⁊ proiectus eſt de
celo hoſtis ille antiquus: ne amplius per/
mitteretur aſtare inter filios dei: quaſi ius
ꝓpꝛium queſiturus in eis: ſicut prius face
re ꝯſueuerat: qui etiam vt tentaret: ſi aliqd
de ſuo iure haberet in eumipſuꝫ celi deuꝫ
inſilire pꝛeſumpſit. Et proiectus eſt (inqt)
in terram (hoc eſt) in eos qui terrena ſa/
piunt: ⁊ terrena ꝯcupiſcunt: de qbus non
poteſt dici: quin multa habeat Dyabolus
in eis: ſicut ⁊ in populo infideli: deſignato
in mari. Ad iuſtum enim dei ꝑtinet iudi/
cium: vt ereptis a faucibus eius his qui re
cti ſunt coꝛde in omnibus alijs ꝑmittatur
exigere iura ſua. Unde ⁊ hic ſubditur.

Veh terræ & mari: quia de/ T.I.
ſcendit Dyabolus ad vos habēs
iram magnam: ſciens ꝙ modicū
tempus habet.

Quia deuictus a martyribus: paſſus
eſt ab eis inexꝑtam ruinam ꝓfecto cogno
uit: ꝙ modicum eſſet tempus: ⁊ quaſi mo
mentaneum regni ſui. Unde ⁊ immanius
agere cepit in ſuos: debellatus a ſanctis:
querens in eis: qui ſibi obtemperarēt: qua
ſi dupplicia talenta facinoꝝ: quatenus in
eis recuperaret: qđ ſe dolebat perdidiſſe in
ſanctis: faciens eos duplo q̃ꝫ erant prius
filios gehēne. Uerumtamen qꝛ humilitas
quieſcentis eccleſię: terre vicinioꝛ viſa eſt:
aduerſus eam tertium pꝛelium attentare
pꝛeſumpſit.

Explicit diſtinctio ſecunda. Incipit di
ſtinctio tertia.

Et poſtquam vidit draco, ꝙ T.9.
proiectus eſſet in terram: ꝑſequu
tus eſt mulierem, quæ peperit
maſculum.

Poſtq̃ꝫ vidit Dyabolus qꝛ locum ac
cuſandi ſanctos martyres: ⁊ infamā/
di fidem illoꝛuꝫ: in pꝛelio deuictus amiſit:
ad violandam ſimplicitatem fidei: quam
tenebat eccleſia: noua adhuc genera pꝛepa
rauit armoꝝ. Et qui prius ſanctoꝝ ſangui
nem ſitiebat: vbi ſe per effuſionem ſangui
nis ꝓſtratum vidit: alio ꝑſequutionis ge/
nere: ꝓſtrare ſe poſſe fideles tanq̃ꝫ minus
peritos ⁊ indoctos ſciētia: ꝯfiſus eſt. Sub
Conſtantini namqꝫ tpe triumphante ec/
cleſia: blaſphema mox arrianoꝝ hereſis ex
aduerſo ſurrexit: ⁊ qui fide ſe deuictuꝫ ho
ſtis callidus



ſtis callidus doluit: ad ſoluendam ſolidi/
tatem fidei: belli vota ꝯuertit. Sed quid
agis o impie? quid inuentoꝛ doli compo/
nis? Nouit dominus a faucibus tuis eripe
re humiles per doctrinam ſpiritualeꝫ: qui
potuit foꝛtes in fide: inuictos facere in toꝛ
mentis. Nam ſequitur.

T.10 Et datæ ſūt mulieri duæ alæ
aquilæ magnæ vt volaret in de/
ſertum: in locum ſuum: vbi ali/
tur per tempus & tempora & di
midium temporis a facie Ser/
pentis.

Siue hic alis aqle: ſiue in pſalmis: pen
nis columbe: contemplationis gratia deſi
gnatur. In huius ſane eccleſie pſona draco
nis faciem fugientis: pſalmiſta longe ante
Psalm. pꝛedixerat. Quis mihi dabit pennas ſicut
columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcaꝫ? Ecce (in/
quit) elongaui fugiens: ⁊ manſi in ſolitudi
ne: expectans eum qui ſaluum me facit a
puſillanimitate ſpiritus ⁊ tempeſtate. Due
ſunt autem ale iſte que date ſunt mulieri:
qbus poſſit ⁊ ipſa eleuari in altum: ⁊ fuge
re a ꝯſpectu draconis: qꝛ due ſunt pꝛecipue
ſuper oēs alias neceſſarie virtutes: ſcire cu
pientibus veritatem. Sapientia. ſ. que de
ſurſum eſt: ⁊ charitas dei. Haꝝ vna. i. ſapiē
tia: ꝓpꝛietate quadam myſterij aſcribitur
Chriſto: quem nominat apoſtolus dei vir/
tutem: ⁊ dei ſapiētiam. Alia. i. charitas ſpi
ritui ſancto: de quo dicit apoſtolus. Deus
charitas eſt. Abſqꝫ his duabus virtutibus
nulla pōt eſſe ꝯtemplationis pſectio: nimi
rum: qꝛ vt ſplendoꝛ ſolis ⁊ caloꝛ ad bene
opanduꝫ: faciunt libeꝝ terre cultoꝛem: ita
duo iſta dona ꝯtemplatoꝛi neceſſaria ſunt.
Hec igitur ꝯtemplationis ale: date ſunt ec
cleſie Chriſti: quatenus volaret altius: cō/
templando celeſtia: ⁊ fugiēdo a curis mun
di: vitaret dyabolicas ſuggeſtiones. Qđ
vero in deſertum ſiue in ſolitudineꝫ fugijt:
quāuis in deſerto manere: a mundanis ſit
opibus requieſcere: iuxta illud pſalmiſte
dicentis. Uacate ⁊ videte: qm̄ ſuauis eſt
dn̄s: in veritate tn̄ plures tunc tpis elege/
runt hereniticam vitam: melius decernē
tes: cum beſtijs manere in ſiluis q̃ꝫ cuꝫ ar
rianis participare in foꝛo. Utiqꝫ ⁊ Helyas
regum tpibus: cum cerneret iſraeliticam
plebem deditam erroꝛi per tp̄s ⁊ tpa ⁊ di
midium tpis: ab illoꝝ ſe aſpectibus abſen/ Helyas
tauit: accipiens a coꝛuis pꝛimo: deinde a
muliere vidua cibum carnis: vt qꝛ ipſe vir
ginee: atqꝫ heremitice vite pꝛefiguratoꝛ
erat: tam in annoꝝ numero q̃ꝫ in fuga: taꝫ
in moꝛa ſolitudinis q̃ꝫ i cibo: ipſius: ⁊ mu
lieris huius: idem eſſe myſterium (media
te ꝯcoꝛdia) ſentiremus. Et bene mēſibus
quadraginta duobus manere: ſeu mulier:
ſeu Helyas: in ſolitudine dictus eſt: qꝛ in
eiſdem mēſibus deſignatum eſt oē tp̄s dra
conis: in quo ⁊ vniuerſa myſteria: ꝯſuma/
tionem accipient. Fugere vero: eſt a ſecula
rium ſocietate viroꝝ: tum ſpiritu: tum ⁊
coꝛpoꝛe: oi feſtinatione priuari. Sed quo
fugijt? In locum (inqt) ſuum. Hocipſum
iam ſupius alijs verbis intimauerat dicēs:
Et mulier fugijt in ſolitudinem: vbi hꝫ lo
cum paratum a deo: vt ibi paſcat illam die
bus mille ducentis ſexaginta. Quis igitur
locus iſte creditur eſſe? Et ſi ſimpliciter la
tibula illa: in qbus ſingulariter: vel etiam
cōiter perpauci moꝛabantur: in ſiluis: intel
ligenda ſint: fuere tn̄ q̃ꝫplures qui ⁊ infra
vꝛbium clauſtra: mulieres pꝛecipue cōmo/
rate ſunt: que ⁊ ibi vitam caſtam ⁊ ꝯtem/
platiuam ſeruauerunt: ⁊ fidei integritateꝫ
inuiolabiliter tenuerunt. Locus ergo iſte
in quo mulier requieſcit: ſpiritualis eſt: ⁊
ꝯtemplatiua religio: que ⁊ mentes ſeruat
ſobꝛias a facie Colubꝛi: ⁊ deuotas Chriſto
aīas: ſpiritualibus reficit alimentis. Nem
pe ſerpentis faciem videre: eſt pꝛauam re/
pꝛoboꝛum doctrinam coꝛdetenus intueri.
Facie enim ſua vnuſqſqꝫ dignoſcitur. Ser
pens vero in abſconditis latitat: quatenus
ex impꝛouiſo feriat: qui per ſemitam incau
tus incedit. Sed ⁊ Dyabolus in coꝛdibus
repꝛoboꝝ latens: tunc faciem detegit ſuaꝫ:

cum occultatum diu errorez in publicum protrahit ⁊ oſtendit. Hanc itaqꝫ ſerpentis faciem cautius electi videre metuunt: ne quādo decepti in eius ſpecie: ad imitationem trahātur. Quaſi vo in deſertū fugiūt: dum ſe in ſecreto cordis: in ſcripture ſacre abditis vigilanter abſcondunt. Eſt enim ſcriptura ſacra quaſi facies Chriſti: in qua ſe (celeſtia ꝯtemplando) ꝓuidenter abſcōdunt: qcunqꝫ faciem ſerpentis intueri formidant. Unde quoqꝫ ⁊ in pſalmis de talibus ſcriptum eſt. Abſcōdes eos in abſcondito faciei tue a ꝯturbatione hoīum ꝓteges eos in abſcōdito tabernaculi tui a contradictione linguaꝝ. Que enim deteſtabilior linguaꝝ ꝯtradictio: doctrina hereticorum? Sed abſcōduntur electi in abſcondito faciei dñi: qꝛ dum diuinam ſpeciem intēra cordis ſpeculatione aduertunt: qd foris agatur: ac ſi nō ageretur: ignorant. Quaſi enim ꝓteguntur in tabernaculo dñi: a cōtradictione linguaꝝ: qꝛ dum ſacris lectionibus vigilāter intendunt: ſeuiētium hereticoꝝ ſtrepitus: ac ſi ſpinaꝝ ardentium ſtridore ꝯtēnunt. Et qꝛ tāto ſeui draconis amplius inflāmatur: qꝫto ſibi hincinde illatam ꝯtumeliam dolet: fugiētem in ſolitudinem mulierem arriana pſequitur prauitate: vt que volēs reuerti renuit: facta violentia raperetur ad culpam. Nam ſequit.

T.11 ¶ Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi a flumine.

¶ Non oīs aqua fluminis eſt: ſꝫ aqua fluminis violēta. Sic cum plura ſint hoīum genera: non tñ oēs heretici: vim facere potuerunt: Arrianoꝝ vero pfidia: quanta catholicos violentia pſequuta ſit: multiplex ſanctoꝝ patrum ꝓteſtatur auctoritas. Sꝫ hanc precipue eccleſiaſtice libri hyſtorie ſeriatim pſequitur: que quanto tempeſtatis impetu ſanctaꝫ vniuerſalem eccleſiam cōpulerit ad errores: non breui pōt: aut ſimplici enarrari ſermone. Sequitur.

¶ Sed adiuuit (ait) terra mulierem: & aperuit terra os ſuum: & abſorbuit flumē quod miſit draco ex ore ſuo. T.12

¶ Si per celum qd̄ ſupra eſt: ſanctoꝝ deſignatur eccleſia: non incōgrue per terram: ꝯuentio intelligitur hoīum peccatoꝝ. Accidit autem pleruncqꝫ illud qd̄ in libro ſapientie ꝯtinetur. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: ⁊ tradetur impius pro eo. Manifeſtum eſt enim ⁊ luce clarius manifeſtuꝫ: ꝙ ꝓpterea plurimi errores melius cauentur a bonis (qꝛ in eis ꝓlapſi reprobi) iſtos attonitos reddiderunt. Sed ⁊ plerūqꝫ culpam aliorum ſtatim: ⁊ ad horam cognoſcimus: ⁊ agnoſcentes vitamus: que nequaquam a nobis caueri poſſet: ſi nequaquam prius hāc ipſam: dijudicando in alijs culparemus: qꝛ ⁊ ſepe in alterius lapſu: alius timore ꝯcutitur: ⁊ qd̄ arguit in altero: ipſe deuitare feſtinat.

¶ Explicit diſtinctio tertia. Incipit diſtinctio quarta.

¶ Et iratus eſt draco in mulierem: & abiit facere bellum cum reliquis de ſemine eius: qui cuſtodiunt mandata dei: & habent teſtimonium Ieſu Chriſti. T.13

Nota ꝙ ait. Abijt facere bellum cum reliquis de ſemine eius. Semen mulieris illud eſt: qd̄ raptuꝫ eſt ad deum ⁊ ad thronum eius: xp̄s. ſ. cuꝫ martyribus ſuis. Ipſe enim (vt iam ſupra cōmemoraui) dicit in angelo laoditie. Qui vicerit dabo illi ſedere mecuꝫ in throno meo: ſicut ⁊ ego vici: ⁊ ſedi cum patre meo in throno eius. Nō ergo nūc dr̄ ꝙ abijt draco facere bellum cum reliquis de ſemine mulieris: niſi qꝛ ſemen mulieris geminuꝫ eſt (vt dixi) ⁊ alteꝝ quidem preceſſit ad gloriam (hoc eſt) excitatus martyrum: cuius caput eſt



Chriſtus: alteꝝ remanſit in terra: deſignatum in Ioanne euangeliſta ordo. ſ. monachoꝝ quarti tpis: meridianam maxime. ſ. partem: vbi calor eſt maximus incolētiuꝫ? Ipſi ſunt illi viri ſancti: quoꝝ ſumma colligit in ſubſcriptis (dicēte Ioāne) Uidi ſupra mōtem Syon agnum ſtātem: ⁊ cuꝫ eo cētum quadraginta quatuor millia: habētes nomen eius ⁊ nomen patris eius ſcriptum in frōtibus ſuis. Primum itaqꝫ bellum: fuit eius quem genuit mulier. Scd̄m Michaelis ⁊ angeloꝝ eius. Tertium mulieris. Quartū eoꝝ qui ſunt de ſemine mulieris. Primum Xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ. Scd̄m martyꝝ. Tertium eccleſie ꝯfeſſoꝝ. Quartum eoꝝ qbus datum eſt vacare orationibus ⁊ pſalmis. Sētis ne prudēs lector: qꝫte ſubtilitatis ſit liber iſte: in quo nihil pōt aſſignari: ſine gnālibus ſpeciale? Sꝫ de his ſupius ſatis dictū. Sane draco ruſus pgēs ad faciēduꝫ preliū cū his q ſunt de ſemine mulieris. Quid fecerit audiamus. Seqꝫ.

Ordo Monachorum Pars meridiana

Cap.13 Et venit et ſtetit ſup arenā maris.

T.1. ¶ Et vidi de mari beſtiam aſcēdentem: habētem capita ſeptem & cornua decem: & ſuper cornua eius: decem diademata.

¶ Arena maris terra ſterilis eſt: que modo aqs maris infundit: modo ſolis ardore caleſcit. Significat illos hoīes qui medij ſunt inter vtrūqꝫ: ⁊ nec oīno infideles eſſe vident: nec pietati chriſtiane tota fidei puritate adherēt. Sup iſtos ergo ſtetit dyabolus: ⁊ beſtiaꝫ de mari aſcēdentem vidit: qꝛ per hoc ꝙ falſi chriſtiani qui receſſerūt a ſinu matris eccleſie: aſſentiētes dyabolo ⁊ pompis eius: exempla prauitatis ſue: quibus matri eccleſie infecti ſunt: infidelibus oſtēdunt ad pſequēdam chriſtianoꝝ eccleſiam: infideles fortius accēduntur. Uidit auteꝫ hoc Dyabolus: qꝛ prauitatis ſue aſtutia ſimulatus preſenſit. Ut enim pauca de multis accipiamus exēpla. Uix vnqꝫ poſſent Iudei inuenire oportunitatem capiēdi Xp̄m: niſi hūc in quo intrauit Sathan neqꝫ diſcipulus: tradidiſſet. Uix vnqꝫ Nero impator inquietaret apoſtolos: niſi hūc aduerſus illos: Symon ille pfidus: compuliſſet. Uix vnqꝫ Cōſtatinus arrianus: accipet arma ꝯtra pios: niſi hūc impij epi (vt hoc preſumeret) ꝓuocaſſent. Stat ergo Dyabolus ſup arenam maris: ⁊ videt de mari beſtiam aſcēdētem: qꝛ dum ijſdem in reprobis chriſtianis regnare cernit: dubium non eſt illi: quin ſibi de ꝓprio regno ſuo: ad ferēdum ſibi auxilium ꝯtra Xp̄m: multitudo ꝯſentiat infideliuꝫ. Notādum vero: ꝙ ſignificatum huius beſtie: Daniel ꝓpheta in quatuor beſtijs diuiſum vidit. Dan.
Et lꝫ de eis in hoc ope mentionem fecerimus: qꝛ tñ id cauſa exigit: neceſſe eſt vt de eis in hoc loco loquamur. Quatuor (inquit) venti celi pugnabāt in mari magno: ⁊ ecce quatuor beſtie grādes aſcendebant de mari: diuerſe inter ſe. Celi noīe ſignificari eccleſiam: vel ſcripturam diuinam ſepe dictum eſt in hoc libro. Mare quoqꝫ magnum: deſignare hoc ſeculū nulli dubium eſſe pōt. Quatuor venti celi: quatuor ſunt intelligētie ſpeciales: ſm qd̄ ⁊ quatuor euāgelia. Haꝝ prima dr̄ typica: ſcd̄a hyſtorica: tertia moralis: quarta ꝯtemplatiua. Haꝝ prima paſtoribus ſpecialr ꝯgruit: ſcd̄a dyaconibus: tertia doctoribus: qrta ṽginibus ⁊ heremitis. Quare? Qꝛ prima docet eccleſiaſtica opa: olim in rebus ſcriptis ⁊ patꝝ opibus deſignata: ac per hoc ꝓbāt paſtores eccleſie: veram eſſe ⁊ fidelem ꝯfeſſionem ſi dei chriſtiane. Scd̄a: quos fideles recipit: quaſi paruulos in Xp̄o: ꝓpoſitis exemplis veteꝝ: lacte nutrit. Tertia pfectuꝫ diſcipuluꝫ ⁊ ad altiora iam tendētem: regrit. Hec enim mores inſtruit: componit actus: oſtēdit deceptiones vitioꝝ: que ſe nōnunqꝫ ſimulāt eſſe ṽtutes: ⁊ qſr ṽtutes ſupent a vitijs. Accipit aūt in his oībus reꝝ olim geſtaꝝ ꝯgruētes figuras: vt p ea que facta ſūt in carne: intelligat qd quottidie ꝯtingit in ſpū: ⁊ tāto magis ſtudeamus: calcatis vitijs vigilāter ṽtutibus iſudare: qꝫto nō eē vanū

intelligimus:ꝙ pro ſola hoīuʒ ſalute:ſpiri
tus oīpotētis dei ordinare curauit. Quar/
ta intelligentia que vocatur ꝯtemplatiua:
aſſumens ſibi pēnas quaſi aquile in figura
terrenaꝝ rerum:de celeſtibus agit. Hec q̄ʒ
maxime intelligentia docet nos terrena de
ſpicere:⁊ amare celeſtia:ꝯtemnere tpalia:
⁊ affectare eterna. Hi ſunt illi quatuor ſpi/
rituales intellectus:qui velut quatuor flu
Geneſis mina paradiſi:rigant corda hoīum haben
tium fidem dei:qꝛ tū ꝯtrarie poteſtates la
titant in hoc mundo:ac ſi qdam venti celi
in aqs fluctuantibus pugnare noſcuntur.
Quatuor ergo venti celi pugnant in mari
magno:qꝛ quatuor ſpeciales intellectus:q
bus vt terrena hoīes deſpiciant:impugna
tur hic mundus. De qbus intellectibus ſi
mul:⁊ de quatuor aīalibus ſcriptum eſt in
Ezechi. Ezechiele ꝑpheta. Ubi erat impetus ſpi/
ritus illuc gradiebantur:nec reuertebātur
cum ambularent. Sed quō iſti quatuor vē
ti celi pugnauerunt in mari magno? Sed
quō non pugnauerunt:qui totum orbem
ꝯturbauerunt? Turbatur enim mare cum
celi ꝓducunt ventos. Turbatur ⁊ mundus
cum ſancti predicant verba dei:qꝛ ꝯtraria
ſunt opibus ⁊ votis eoꝝ. Et bene quatuor
ſunt euangeliſte qui euangelia ſcripſerunt:
qꝛ quatuor: ſunt (vt iam dixi) ordines pre
dicantium qui illis quatuor intelligētijs
innituntur:apoſtoloꝝ: martyꝝ:ꝯfeſſoꝝ:⁊
virginum. Sed forte virgines ⁊ heremite
non predicant verbum dei:qꝛ (vt aiunt q
dam) mortui ſunt mundo. Predicant in/
quam ⁊ ipſi:⁊ bene predicant:qꝛ qđ voci/
bus clamant:moribus oſtendunt. Ut au/
tem cetera taceamus:predicant: ⁊ ſi non
alijs:ſaltem ſibi:⁊ diſcipulis ſuis. quoꝝ le/
giones ſacre ꝯualentes in monaſteria:mū
di latitudinem repleuerunt. Nunc igitur
quatuor ordines in quatuor aīalibus deſi/
gnati ſunt:ex quoꝝ ore:velut e celorum ar
chanis quatuor quaſi ſpiritus ventoꝝ pro
dierunt:qui ad congregandas turmas pi/
ſcium:in mari huius ſeculi pugnauerunt.
Sed factum eſt eiſdem certantibus:vt nō
ſolum piſces plurimi caperentur:⁊ extra/
herent ex equore:verumetiam beſtie gran
des ex eo ꝓcederent:que piſcium multitu
dinem:de his quos ſancti cepant:deuora/
rent. Prima ergo beſtia:eſt ſynagoga Ju/
deoꝝ:ſcđa:paganoꝝ:tertia:arrianoꝝ:quar
ta:agarenoꝝ. Spirantibus ſane apoſtolis:
quoꝝ ordo aſſimilatur leoni:preceſſit ꝯtra
illos:leena de populo iudeoruʒ. Spiranti
bus euangeliſtis:qui altero noīe ⁊ dyacones
dicti ſunt: quinimmo illis veris dyaconi
bus:ſanctis.ſ.martyribus:qui fuerunt obe
dientes vſqꝫ ad mortem; proceſſit ꝯtra il/
los:vrſus de populo paganoꝝ. Spiranti/
bus doctoribus:qui ⁊ ꝯfeſſores dicti ſunt:
ꝓceſſit ꝯtra illos pardus:de ſecta arriano/
rum. Spirantibus heremitis ꝓceſſit ꝯtra
illos beſtia quarta diſſimilis ceteris:de gē/
te effera:ſarracenoꝝ. Qđ ergo ait Daniel. Dan.
Beſtia prima ſimilis erat leene:Joānes de
ſignauit in vna illa beſtia quā vidit qn̄ ait.
Et os eius:ſicut os leonis. Et qđ ait Da/
niel. Beſtia ſcđa ſimilis vrſo:Joannes de
monſtrauit in eo qđ ait. Et pedes eius:ſi/
cut pedes vrſi. Et qđ infert Daniel. Be/
ſtia tertia ſimilis pardo:Joānes intimauit
in eo qđ ait. Et beſtia quam vidi:ſilis erat
pardo. Et qđ dicit Daniel. Ecce beſtia q̄r
ta terribilis atqꝫ mirabilis ⁊ fortis nimis.
Et paulopoſt adiecit. Et habebat cornua
decem ⁊ cetera. Joannes in decem corni/
bus:⁊ in capite qđ vidit quaſi occiſuʒ. Et
paulopoſt. Excitatum a mortuis:compe/
tenter aſſignat. Porro vna ipſa beſtia quaʒ
vidit Joānes:ſeptem ſimul capita habere
deſcribitur:qꝛ quatuor ipſe beſtie quas ſcri
bit Daniel:ſeptem oīno capita habere no
ſcuntur:in hoc.ſ.qđ tertia beſtia quatuor ca/
pita habēre narratur. Sed melius iſta intel
ligimus:ſi ea que ſummatim tetigimus:ex
ponendo quoqꝫ iterare non piget. Mare
ſiue abyſſus:preſentem mundum: ⁊ cum
terre reſpectu deſcribitur:populum ſigni
ficare infidelem. De quo nimiꝝ mundo:
ſeu populo infideli:diuerſe hominuʒ ſecte
egreſſe ſunt in tribus ſuis:que beſtiali ſeri



Prima ritate perſequuntur eccleſiam. Nam prima
ſynago que ſimilis ē leene fuit ſynagoga iudeoꝝ:
ga cuius due ale qbus ferebatur in altum:haud
dubium:ꝙ tumore ſupbie deſignat duas ſe
ctas ipſius populi qbus pro partibus in/
nitebatur:Saduceoꝝ vna:altera Phariſeo
rum. Hee autē ale citius auulſe ſunt a lee
na:qꝛ tradita eadeʒ beſtia exercitui Roma
noꝝ:mox ipſe due ſecte: ⁊ ſique erāt alie:
perierunt. Unde ⁊ bene ſubdit. Et ſtetit in
terra ſicut hō:qꝛ que prius (quaſi nō eſſet
⁊ ipſa de maſſa peccatrice progenita) dete
ſtabatur gētiles:tradita tādem poteſtati Ro
manoꝝ:eiuſdeʒ ſe eſſe nature:⁊ miſerie cu
ius erāt ⁊ ceteri hoīes:caſtigata tam attro
citer:⁊ ſi nōdum ad fidem dei reuocata co
gnouit. Qđ autem ſeqtur. Et cor eius da/
tum eſt ei:nō eſt ꝯſumatum:vſqꝫ in preſen
tem diem:qꝛ nō eſt ei datuʒ vſqꝫ adhuc co
gnoſcere eum qui paſſus eſt ꝓ ſua ⁊ totius
mundi ſalute:niſi forte dictuʒ ſit yronice.
Cor eius:quaſi cor duꝝ:qꝛ ſemp fuerūt du
Hiere. re ceruicis:⁊ indomabiles corde:⁊ ſi nō eo
modo quo ex illo tpe vſqꝫ ad preſenteʒ di/
Secun em. Scđa vero beſtia ſimilis vrſo:imma/
da Be niſſimam paganoꝝ multitudinem:ptēde
ſtia. Dan. bat. Nec immerito dictum eſt ei. Surge:
comede carnes plurimas:cuʒ infinita ſan/
ctoꝝ multitudo perempta ſit a paganis:ſm
ꝙ pſalmiſta longe ante predixerat:dicens.
Pſal. Deus venerūt gētes in hereditateʒ tuam:
polluerūt templum ſanctum tuum:poſue
rūt Hieruſalem in pomoꝝ cuſtodiaʒ. Po
ſuerūt morticina ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas volati
libus celi:carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs ter
re. Effuderūt ſanguinē ipſoꝝ tanqꝫ aquaʒ
in circuitu Hieruſalem:⁊ nō erat qui ſep/
liret. Et paulopoſt. Effunde iram tuam in
gētes que te nō nouerunt:⁊ in regna que
nomen tuum nō inuocauerunt:Qꝛ come
derunt Jacob ⁊ locum eius deſolauerunt.
Sic ergo dictum eſt huic beſtie. Surge co
mede carnes plurimas:quō ꝑ pſalmiſtam
di. Qꝛ comederūt Jacob ⁊ locum eius de
Pſal. ſolauerunt. Tres ordines dētium quos ha
bebat in ore:tyrānos ⁊ ſacerdotes templo
rum: ⁊ cultores ydoloꝝ deſignare puto:
qui audacius in ſanctoꝝ necem pre ceteris
infidelibus ſeuiebant. Tertia beſtia ſimilis Tertia
pardo:Arrianoꝝ multitudinem deſigna/ Beſtia
bat. Que.ſ.beſtia idcirco q̄tuor capita ha/
buiſſe deſcribitur:qꝛ quatuor tunc tpis gen/
tes in vnam hereſim ꝯuenerunt:Greci.ſ.a
qbus ⁊ inchoata eſt:Gothi: Uuandali:⁊
Longobardi. Quatuor itaqꝫ capita:tertia
beſtia habuiſſe deſcribitur:qꝛ quatuor ſupra
ſcripte gētes ad pſequēdam eccleſiam:ſub
tertij curſu tpis ꝯuenerunt:nō qdem cor/
poribus:ſed maledictione ꝯiuncte. Et re/
cte eadem beſtia ſimilis pardo eſſe dr:que
albo nigroqꝫ colore ſparſa eſt:qꝛ qdam Ar
rianoꝝ pagani fuerūt:⁊ ex paganis:effecti
ſunt arriani:quidam chriſtiani:ſed pfidi:ſi
mul autē oēs (ad catholicos pſequēdos)
vnanimes. Quatuor vero alas ſicut auis
habebat:qꝛ aliter in ipſa hereſi: arrianos:
aliter macedonianos:aliter eunomianos:
de Chriſto ⁊ ſpiritu ſancto:hyſtoria eccle/
ſiaſtica ſenſiſſe phibetur:ſed aliter euiticia
nos:qui ⁊ ipſi ſub eodem tpe arrianoꝝ:bla
ſphemauerunt de Chriſto:⁊ ſup dolorem
vulneꝝ eccleſie addiderunt:ita vt pp hoc
Martinus papa (iubēte impio Cōſtanti/
no) in exilio moreretur. Quatuor itaqꝫ mo/
dis errauerūt in filium ⁊ ſpirituʒ ſanctuʒ
Sed tn̄ ſub noīe Arrij plerūqꝫ intelligunt
⁊ ceteri:qꝛ ipſe primus inter q̄tuor os ſuū
in celum ponere auſus eſt:vt naturam in/
effabilem:pro ſuo arbitrio mētiretur:vt cuʒ
ipſe ⁊ ſequaces eius: a via veritatis: que
xp̄s eſt:errare ſemel incipent:ꝑ diuerſa he
reſuʒ precipitia:multiplicatis erroribus du
cerentur. Sic ergo tertia beſtia in quatuor
capitibus:⁊ in alis totidem diuiſa:catholi
cam laniauit eccleſiam:quouſqꝫ ſuccederet
beſtia quarta:que ceteras tres beſtias: be/
ſtiali ſeuitia ſuperaret. Et beſtia (inqt) quar Dan.
ta:terribilis atqꝫ mirabilis:⁊ fortis nimis: Quar/
dētes ferreos habebat magnos:comedens ta Be
atqꝫ cōminuens:⁊ reliq̄ pedibus ſuis ꝯcul ſtia.
cās. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs:
q̄s videraʒ antea:⁊ habebat cornua deceʒ:

Danie. Et infra. Acceſſi ad vnū de aſſiſtētibus ⁊
veritatē q̄rebam ab eo de oībus his. Qui
dixit mihi. Hec beſtie magne. Quatuor re
gna ↄſurgēt de terra. Suſcipiēt aūt regnū
ſancti dei altiſſimi: ⁊ obtinebūt regnū vſq;
in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculoꝝ. Si hyſto
rias eccleſiaſticas diligēter notamus: cum
iā moderata eſſet ꝑſequutio Arrianoꝝ: ⁊
etiam in q̄buſdam deleta: inchoante Coſ/
droe rege Perſarum: qui in ꝑſequutione
orientali p̄ceſſit: Mahometh ⁊ ſucceſſores
eius: ꝑſequutio ipſius ſecte: ſequuta eſt tā
immanis: vt re vera: nō hoīum: ſed beſtie
cuiuſdam terribilis eſſe putaret̄: p̄ſertim
cum ipſius error: nō aliqua rōne humana
videat̄ eſſe munitus: ſ; ſolo deteſtādi furo
re mēdacij: ⁊ tyrānica armoꝝ poteſtate de
fenſus. Quam v̄o inualuerit in breui ⁊ q̄;
cito ꝓfecerit in malitia ſua: haud dubium
ꝙ p p peccata. Teſtat̄ deſolatio eccleſiaꝝ:
Syrie: ⁊ Phenicis: Paleſtine pariter ⁊
Egypti: necnō ⁊ Affrice: ex Mauritanie:
⁊ iſulaꝝ maris: in q̄bus abolito Chriſti no
mine: ipſius Mahometh deteſtanda tradi
tio: q̄ſi magni ꝓphete dn̄i: ⁊ preconis altiſ
ſimi predicat̄. Heu ſi tāta mala faciet Anti
chriſtus: q̄ta iſte fecit in mēdacio ſuo. Ut
enim Moyſes legis lator: longo ante t̄pe
p̄ceſſit Chriſtum: ita ⁊ iſte lator mēdacij
parauit itinera Antichriſti. At ne cui im/
manitas huius beſtie videatur eſſe ſimilis
aliaꝝ beſtiaꝝ. Judei q̄dem pugnauerūt cō
tra fidem Chriſti: ſed t̄n eis renitētibus ⁊
inuitis: edificate ſunt eccleſie Hieroſoly/
mis: ⁊ nō poſt multos dies abſorti ſunt a
Romanis: ita vt extūc: quo ad eos: finem
acciperet: ⁊ ꝑſequutio eccleſiaꝝ ⁊ regnum.
Pagani pugnauerunt ↄtra Chriſtum: ſed
quotidie vincebant̄ a militibus eius: ita
Silueſter. vt in diebus Silueſtri Pape: pene redde/
rēt arma: ⁊ eidem Chriſti vicario: ſceptꝝ
impij aſſignarēt. Gothi: ⁊ Uuādali: ⁊ Lō/
gobardi: ⁊ alij Arriani heretici: partim de
leti ſunt ab exercitu Romanoꝝ: partī ad
catholicam fidem ↄuerſi. Hec v̄o quarta
beſtia indomabilis fuit: vt iā apparuerit
ad t̄ps humiliata ⁊ quaſi mortua: q̄; iteꝝ
magnificata ſit: ⁊ ad deuorandum parata:
plus timere eſt q̄; exprimere. Hec igit̄ eſt
illa beſtia quam ſanctus Daniel noīat ter/
ribilē nimis. Joānes vero: tam ipſam: q̄;
tres alias cōprehēdit ſub vna habēte ſe
ptem capita: ⁊ in vno eoꝝ cornua decem.
Sed de hoc in ſequētibus. Nūc de prelio
videmus. Diximus ſupius quartum t̄ps
ꝑtinere ad virgines ⁊ heremitas (hoc eſt)
ad illos viros ſanctos: quos dicit Sāctus
Joānes eſſe de ſemine mulieris: ⁊ ꝙ deui/
ctus tribus p̄lijs draco ruſus: abierit ama
rus in indignatione ſua: facere preliū cū
eiſdē viris ſanctis: qui ſunt de ſemine mu
lieris: qui cuſtodiunt (inq̄t) mādata dei: ⁊
habent teſtimonium Jeſu. Deinde occa/
ſione vnius beſtie: quam vidit draco aſcen
dētem de mari: adducte ſunt in medium
quatuor ille beſtie: quas viderat antea Da
niel ꝓpheta: ⁊ aſſignata ſunt quatuor pre/
lia beſtiaꝝ: immo ⁊ draconis: qui pugnat ⁊
pugnauit in ipſis: quoꝝ quartum eſt hoc
prelium: q̄d deſignatum eſt in p̄ſcriptis
verbis Joannis dicentis. Jratus draco in
mulierem: abijt facere prelium cum reliq̄s
qui ſunt de ſemine mulieris: qui cuſtodiūt
mādata dei: ⁊ habēt teſtimoniū Jeſu. Q̄d
tale eſt ac ſi diceret̄. Sciēs draco ruſus ⁊ in
uidus: ꝙ nō ſolū illi ſancti coronādi ſunt:
honore ⁊ gloria: qui ſeipſos cauſa dei: torto
ribus expoſuerunt: aut ſaltem capti ab in/
fidelibus ↄſtiterunt in fide: verūetiam illi
qui vitam ſolitariam ducerēt: caſtitatis vi
ctoria: ſublimandi: non rectis oculis aiad/
uertere potuit: ꝙ nouum genus martyꝝ:
heremus: mittebat ad regnum: ſed aliq̄n
Judeos ↄtra ap̄los. Paganos ↄtra marty
res: Arrianos cōtra catholicos direxit in
bellum: nouiſſime ↄtra heremitas Agare/
noꝝ ſectā imaniorē ceteris delegauit: que
idcirco beſtia q̄rta dcā eſt a Daniele: q: q̄r
to (vt iā diximus) eccleſie t̄pe: p̄eūtibus
tribus alijs: ↄtra quartū ordinem bellatu
ra ſurrexit. Poſt hec (inquit) aſpiciebam
Dan. in viſione noctis: ⁊ ecce beſtia quarta terri



bilis atq; mirabilis ⁊ fortis nimis: dentes
ferreos habebat magnos: comedens atq;
cōminuens: ⁊ reliqua pedibus ſuis ↄcul/
cans. Et cum ei diceret̄ ab angelo. Hee be
ſtie magne: quatuor regna ↄſurgent de ter
ra: q̄buſdā interpoſitis: adiecit ⁊ ait. Poſt
hec volui diligenter diſcere de beſtia q̄rta
que erat diſſimilis valde ab oībus: ⁊ terribi/
lis nimis. Dētes ferreos habebat magnos
comedēs atq; cōminuēs: ⁊ reliq̄ pedibus
ↄculcās. Ex verbis iſtis maniſeſte colligit̄
nullas fuiſſe ferocitates aliaꝝ que ſe preceſ/
ſerant beſtiaꝝ comparatione iſtius: que q̄r
to loco ſucceſſit. Jdeoq; ſanctus Joānes:
⁊ ſi totam ꝑſequutionem eccleſie: que a pri
mo ꝑſequutore Herode inchoaſſe cogno/
ſcit̄ in vna magna beſtia habēte ſeptem ca
pita ⁊ membra corporis diſſimilia compre
hēdit: in q̄rta t̄n libri parte: ⁊ in q̄rto capi
tulo q̄rte partis: de ea loq̄ exorſus eſt: tum
q: per hāc Dyabolus meridianam incolē
tes heremū viros ſolitarios impugnauit:
tum q: per hāc beſtiam talia facturus eſt:
⁊ expte iam fecit: q̄lia nō eſt ꝑmiſſus in t̄pi
bus alijs: nec etiā cum ſanctos martyres
laniare ictibus ſineret̄. Q̄d vero ait. Sup
cornua eius: decem diademata: in ſexta hu
ius libri parte: angelus expoſuit dicēs: de/
cem cornua beſtie: intelligēdos eſſe decem
reges futuros (hoc eſt) in illa extremitate
t̄pis erumnoſi: cum regnum beſtie finiet̄.
His de quatuor beſtijs quas vidit Daniel
breuiter prelibatis: ad expoſitionis ordinē
redeundum eſt. Sequitur.

T.1. ¶ Et ſuper capita eius nomina
blaſphemiæ.

¶ Oē nomen q̄d contrarium eſt noi chri
ſtiano: nomen blaſphemie dici pōt. Quic/
q̄d enim fit: aut dr̄ ad iniuriam creatoris:
blaſphemia eſt: q: ꝑ ipſum blaſphemat̄ no
men ſanctum dn̄i: dum non eſſe credit̄ ijs
qui eſt. Unde ⁊ latro ille blaſphemaſſe ꝓhi
bet̄: q: dixit Chriſto pendēti in cruce. Si
filius dei es: ſalua temetipſum ⁊ nos. Uel
certe: q: vt nomen ſibi faciāt filij Dyabo/
li: trahunt ſectas hoīum ꝑditoꝝ poſt ſe: id
circo nomine blaſphemie ſuper capita ſua
beſtia habere deſcribitur. Dicūtur autem
noīa ipſa: noīa blaſphemie: q: cum ſibi ſup
bi nomen faciūt: nomē regis humilis bla
ſphematur: nimiꝝ: q: pro nihilo habetur
humilis: vbi regnat ſuperbus. Sequitur.

¶ Et vidi vnum de capitibus T.3.
eius quaſi occiſum in morte: &
plaga mortis eius curata eſt. Et
admirata eſt vniuerſa terra, poſt
beſtiam: & adorauerunt draco/
nem qui dedit poteſtatē beſtiæ:
& adorauerunt beſtiam, dicen/
tes. Quis ſimilis beſtiæ: & quis
poterit pugnare cum ea? Et da/
tum eſt ei os loquens magna: &
blaſphemiam: & data eſt ei po/
teſtas, facere menſes quadragin/
ta duos: & aperuit os ſuum in
Blaſphemiam ad deum blaſphe
mare nomen eius, & taberbacu/
lum eius: & eos qui in cælo habi
tant. Et datum eſt illi bellum fa/
cere cū ſanctis, & vincet eos: &
data eſt ei poteſtas i oēm tribū,
et populū, et linguā, & gentem.

¶ Si verba iſta Joannis conferunt̄ cum
verbis Danielis: aperte datur intelligi: ꝙ
totum hoc malū quod factura eſt beſtia:
gens: ſcz: beſtialis: ⁊ ab humanis viſceri/
bus aliena. Poſt curationem plage eius:
ad tempus illud referendum eſt: in quo
regnaturus eſt Rex ille vndecimus: qui
putabit: ꝙ poſſit mutare tempora ⁊ le/
ges: ⁊ tradentur in manu eius: in tempus
⁊ tempora ⁊ dimidiū temporis. Sed me/ Dan.
lius hec oſtendi queunt ſi verba iſta Da/
nielis ſubſcribimus. Poſt ea ſiq̄dem: que

ipſe Daniel ſcripſerat de decem cornibus: vidiſſe ſe phibet vnum cornu modicuꝫ exire de medio eoꝝ: euulſa vero eſſe tria cornua a ꝯſpectu illius. De quo vꝫ cornu poſt predicta: ſubiungit. Ecce oculi: quaſi oculi hois erãt in cornu iſto: ⁊ os loquẽs ingentia. Et poſt aliq̃. Accipiebam: ⁊ ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos.: ⁊ preualebat eis. Et rurſum de eo: angelus qui interpretatus eſt viſionem. Decem cornua que vidiſti in beſtia: ipſius regni: decem reges erũt. Et alius ꝯſurget poſt eos: ⁊ ipſe potẽtior erit prioribus: ⁊ tres reges humiliabit: ⁊ ſermones ꝯtra excelſum loquetᷣ: ⁊ ſanctos altiſſimi ꝯteret: ⁊ putabit ꝙ poſſit mutare tpa: ⁊ leges: ⁊ tradentᷣ in manu eius in tp̃s ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis. Et hoꝝ qdem in precedẽti parte (hoc eſt) ſub ſexto angelo tuba canente: pp ſanctos qui occidẽdi ſunt ab hac beſtia: memorati ſumus: ſꝫ tñ ⁊ nũc pro his que ſcripta ſunt in hoc loco: repetenda fuere: quatenus ex ore duoꝝ teſtium vna veritas eluceſcat. Neqꝫ enim aliud eſt qđ dicit Joãnes. Datuꝫ eſt ei os loquẽs magna ⁊ blaſphemiã: q̃ꝫ qđ dicit Daniel de cornu illo (hoc eſt) de rege illo qui regnaturus eſt ſup beſtia. Et datum eſt ei os loquens ingentia. Nec aliud qđ dicit Joãnes. Datum eſt ei facere mẽſes quadraginta duos: q̃ꝫ qđ dicit Daniel. Putabit ꝙ poſſit mutare tpa ⁊ leges ⁊ tradentᷣ in manu eius in tp̃s ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis. Deniqꝫ ⁊ qđ dicit Joãnes. Et datum eſt illi bellum facere cũ ſanctis: ⁊ vincet eos. Hocipſum exprimit Daniel cum dicit. Et ecce cornu illud faciebat bellũ aduerſus ſanctos: ⁊ preualebat eis. Excepto ꝙ Joãnes hoc attribuit multitudini illi que vocatᷣ beſtia: Daniel regi illi iniquo: qui regnaturus eſt in ea: nimirum: qꝛ vna erit ipſius: ⁊ exercitus eius voluntas: vt nomẽ chriſtianoꝝ auferatᷣ de terra. Uerum hoc in fine ipſius regni: qđ deſignatᷣ in beſtia. Ceteꝝ qđ dicit Joãnes. Uidi vnum de capitibus beſtie: quaſi occiſum in mortem: ⁊ plaga mortis eius curata eſt: nõ eſt dictum quin ⁊ alia capita nõ viderit occiſa: ſed qꝛ hoc ſolum vidit quaſi occiſum in mortem: ⁊ poſt pcuſſionem a plaga mortis eius eſſe curatum. Uiuit enim beſtia ipſa: quãdiu viuit: vel vnum de capitibus eius. Et qꝛ oia capita viſa ſunt mortua: viſuꝫ eſt de beſtia: ꝙ penitus eſſet mortua. Uerumtamen non eſt ita: qꝛ aliud demõſtratᷣ in fine. Mortua ſunt enim re vera cetera: vnum vero nõ fuit mortuum: ſꝫ quaſi mortuum. Nam qs vnq̃ꝫ audiuit a tpe illo quo in manu Romanoꝝ contriti ſunt Judei pro legis ſue tuitione: eos ꝯtra chriſtianos arma leuaſſe? Quis aliqđ paganoꝝ regnum: ⁊ pro cultura ydoloꝛuꝫ poſt Juliani obitum aduerſus chriſtianos pugnaſſe? Quis Gothos: ⁊ Uuandalos: ⁊ Lõgobardos ꝯuerſos, tandem ad catholicam fidem: ad rigorem antique pfidie remeare pſenſit? Sarracenoꝝ vero ex tot annis ſemel inchoata pfidia: pſeuerat in malo: ⁊ vbiqꝫ chriſtianum nomen impugnare pro viribus: non deſiſtit. O quot millia chriſti: noꝝ: in eoꝝ manibus data ſunt: ⁊ q̃ꝫ multos: ⁊ q̃ꝫ varijs tormentis cruciant in odium crucifixi. Caput iſtud mori non potuit vſqꝫ ad preſens: viuit vſqꝫ adhuc: vt operetur adhuc mortem multoꝝ: vt pficiat dumad viuit opera Regis ſui. Sed cur ſe illud Joãnes quaſi mortuum vidiſſe perhibuit? Forte futuꝝ eſt: vt apud illud chriſtiani preualeant: predicando magis q̃ꝫ preliando: vſqꝫ pene ad defectum ⁊ interitionem pducant: ⁊ iteruꝫ reſumptis viribus ad priſtinam redeat feritatem. Sꝫ completuꝫ nõdum eſt: breui ſpatio temporis: vtrumqꝫ poterit conſumari. Sed non deerit forſitan qui completum exiſtimet maritimis armis: nequaq̃ꝫ exiſtimans ꝯtemnenda: que ante annos aliquot in eccleſia acciderũt. Anno etenim (vt fertur) 1015. incarnationis dñice ſignum in aere ſatis apparuit admirãdum: ſtellas ſ. innumeras circumqꝫ diſcurrere: ⁊ velut in modum auium aereas ſemitas puagari. Quo precedente ſigno: ad exhortationem Urbani pape: chriſtiani vndiqꝫ commoti ſtatuere ire vltra mare ad liberãduꝫ ſepulchꝝ: qđ ⁊ factuꝫ eſt. Tanta vero poſt hoc data eſt audacia chriſtianis: vt iam pene paganoꝝ multitudinem credẽs annullatam: ⁊ veluti ad nihilum (Chriſto preualẽte) redactam. Ut enim multa in vnum reſtringam: chriſtianis qui vltramarinas partes aggreſſi ſunt: Sarraceni qui erant in Egypto preſtiterunt tributa: Conſtantinopolitanis hi qui poſſidebant Aſyam. Affrica ⁊ que ꝑpe ſunt ciuitates capte a rege Sicilie: chriſtianos ceperãt habere colonos. Reges Hyſpaniaꝝ: ſepe de hoſtibus triumphabant. Quis igitur tot victorijs de gente illa indomabili: glorificatos cerneret chriſtianos: ⁊ nõ ſecure caput beſtie extimaret defunctuꝫ? At ſi qs ſano capite circunſpicere ſufficeret: videmus in hac die q̃ãtulecunqꝫ pacis: gentes in circuitu noſtro intumeſcere quaſi mare: ⁊ caput quod erat quaſi mortuum: reſtitutum priſtine ſoſpitati: vndiqꝫ ad cedendas victimas: vndiqꝫ ad occidẽdum ⁊ deuorandum: paratum factuꝫ qđ per eum dñs faciẽdum preſciuit. Si vero (vt ſupra diximus) completum nõdum eſt: poſſibile eſt alio ordine ſine mora: compleri. Spiritualis autem ſenſus huic opinioni magis aſſentire videtᷣ: vꝫ: ꝙ adhuc nõ ſit completum: ſed alio ⁊ ſolẽniori ordine ſine mora complendum. Qđ autem ſeqtur. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam. Lꝫ in die ſuo complẽdum ſit: iam tñ non deſunt plurimi qui admirentᷣ: ⁊ quaſi titubare incipiant: dicentes. Qđ eſſe creditur: hoc iudicium: ꝙ tãta multitudo hoium aduerſatᷣ fidei: ⁊ ꝙ ita preualere pmittitᷣ ꝯtra populum chriſtianum? Putas tot millia hoium dãnandi ſunt quaſi vnus hõ? Putas ſine cauſa pmittit deus illos in tantam exereſcere infinitatem? Hec dicẽtes miſeri exciderunt a fide: neſcientes illud quod ſcriptum eſt. Quam magnifica ſunt opera tua dñe: nimis pfunde facte ſunt cogitationes tue. Uir inſipiens non cognoſcet: ⁊ ſtultus nõ intelliget hec. Cum exorti fuerunt peccatores ſicut fenum: ⁊ apparuerunt oẽs qui operantᷣ iniqtatem: vt intereãt in ſeculuꝫ ſeculi: tu autem altiſſimus in eternum domine. Hoc re vera neſciunt ſtulti: qui admirantᷣ poſt beſtiam ⁊ deſerũt fidem Chriſti: inclinãtes ſe beſtiali poteſtati: ⁊ tranſeuntes ad immunditiam eius: ⁊ ipſius ſe pfidie faciẽtes heredes. Ueꝝ hoc hactenus ⁊ ſm partem. Futuꝝ eſt autem ⁊ hoc in proximo: vt compleatᷣ hocipſum ſm totum: vt: vꝫ: ⁊ admiretᷣ vniuerſa terra poſt beſtiaꝫ: ⁊ adorẽt: qui terrenis inhiãt deſiderijs: draconeꝫ qui dedit ptãtem beſtie: ⁊ adorẽt beſtiam dicẽtes. Quis ſimilis beſtie: ⁊ qs poterit pugnare cum illa? Neqꝫ enim ob aliam cauſam arbitror: Joãnem loquẽtem de decem cornibus: pretermiſiſſe cornu illud vndecimum: de quo tam terribilia loquutus eſt Daniel: niſi vt patẽter daret intelligi: qꝛ non tam hõ erit: qui faciet tanta illa mala: q̃ꝫ ipſe per ſeipſum auctor malorum: Draco ſ. rufus: qui eſt Dyabolus ⁊ Sathanas: qui principaliter habitabit in illo rege: quaſi in ꝑprio templo: ⁊ ydolo regni ſui: quinimmo: vtens illo: quaſi propria pharetra habitationis ſue: vt loquẽs per os eius ingentia: non ſit qui poſſit ſtare ante faciem ſuam. Et recte Daniel: prauum hoiẽm: Joãnes autem Dyabolum introducit: ne aut aliquis putet ipſum regem a ſeipſo terribilia illa factuꝝ: ⁊ nõ potius per virtutem Dyaboli: qui erit in eo: aut aliquis extimet ipſum Dyabolum in ſua natura viſibiliter maniſeſtãdum ⁊ adorandum a filijs huius mundi: ⁊ nõ potius in illo iniquo rege: qui erit fictor veri: ⁊ ſimulator iuſtitie. Ut auteꝫ ad expoſitionis ordineꝫ ſermonis vnda recurrat. Admirata eſt (vt ait Joãnes) vniuerſa terra poſt beſtiam: qꝛ multitudo eoꝝ qui terrena ſapiunt: ⁊ terrena ꝯcupiſcunt: acquieſcẽt preceptis ⁊ voluntati infidelium: relinquens veram fidem que eſt in Chriſto Jeſu: ⁊ ſuſcipiens pro lege dei traditiones hoium impioꝝ. Et adorauerunt (ait) draconem:

Bellum chriſtianorum. [illegible]

Anno 1015. [illegible]

De vndecimo cornu.

Daniel.

qui dedit poteſtatem beſtie: qꝛ reuerebuntur regem illum qui erit vnus ⁊ maximus de ſeptem capitibus draconis: ⁊ vnus .ſ. ſextus de ſeptem regibus qui ſcripti ſunt: in ſexta parte libri. Ille .ſ. qui dicitur. Cornu beſtie: vndecimum in Daniele propheta. Et adorauerunt (inquit) beſtia dicentes. Quis ſimilis beſtie: ⁊ quis poterit pugnare cum ea? Inequales quiqꝫ ⁊ qui inhabitant terram: in die illo terribili frangētur ⁊ diſſoluentur a compage fidei: timore ꝑcuſſi: nec videbitur illis poſſe ſuſtinere flagella: qui poſiti in pace eccleſie: nequeunt vel leuiſſimam ꝯtumeliam pati. Dicent ergo. Quis ſimilis beſtie: ⁊ quis poterit pugnare cum illa? Prius deſperabunt de victoria: q̄ꝫ ꝑueniant ad bellum: ⁊ territi ad vocem beſtie: ꝑdent fidē: quam ficte ⁊ inaniter pacis tp̄e tenuerunt. Heu heu: quot eſſe arbitror natos in mūdo: q tāte huius calamitatis anguſtiam nō euadēt: ⁊ nunc abſcondita ſunt ab oculis eorum. Infelices matres que genuerunt tales: ⁊ vbera que lactauerunt: miſeri parentes qui pro talibus theſaurizāt neſcientes quid cogitet dominus ſup diuites terre. Audite: audite obſecro omnes qui diligitis natos veſtros: audite omnes qui paruulos delicate nutritis. Docete filios veſtros habitare in ſiluis: viuere in deſerto de radicibus herbaꝝ: delitias aſſuetas relinquere: ⁊ carnis epulas euitare: vt diſcant in montibus cōmorare cum feris donec pertranſeat indignatio. Deniqꝫ audite quid ſeqtur. Et datum eſt ei (hoc eſt) beſtiali caterue: os loquens magna ⁊ blaſphemiam: ⁊ data eſt ei poteſtas facere meſes quadraginta duos: ⁊ aperuit os ſuum in blaſphemiam ad deum: ⁊ blaſphemare nomen eius: ⁊ tabernaculum eius ⁊ eos qui in celo habitant: ⁊ datum eſt illi facere bellum cum ſanctis: ⁊ vincet eos. Quod Danieli dictum eſt de capite: hoc Joānes dicit de corpore: vt qꝺ alter pretermiſit: alter diceret: ⁊ vna ex vtroqꝫ veritas redigatur in ſummam. Ille ait. In tempus ⁊ tp̄a ⁊ dimidium temporis (hoc eſt) in tribus annis ⁊ dimidio. Iſte verbo diſſimili: ſed re eadem: datum eſt ei (inquit) facere menſes quadraginta duos (hoc eſt) annos tres ⁊ dimidium. Qualiter autem anni iſti: ad totius beſtie vniuerſitatem ꝑtineant: in opere ꝯcordie dictum eſt. Re vera tū̄ anni tres ⁊ dimidius: eſſe creduntur: quibus maxima hec tempeſtas deſeuiet. Quam vͦo intollerabilis ſit tribulatio ipſa: eoipſo demōſtratur: quo dicitur. Et aperuit os ſuum in blaſphemiam ad deum: blaſphemare nomen eius .ſ. Chriſti: a quo dicimus chriſtiani: ⁊ tabernaculum eius (hoc eſt) eccleſiam: ⁊ eos qui in celo habitāt: iuſtos .ſ. ⁊ ſanctos: ⁊ qui ſeruāt vnitatem ⁊ fidem ſancte vniuerſalis eccleſie. Et datū eſt illi facere bellum cum ſanctis: ⁊ vincet illos: qꝛ in aſtutia verboꝝ confutabit ⁊ deridebit ſanā ⁊ catholicam doctrinam ſanctoꝝ: proteſtantibus oibus: ac dicentibus: falſam eſſe doctrinam ſeruoꝝ Chriſti: veram vero ⁊ catholicam beſtialis potētie. Et ne qs in aliquo terre angulo putet hec oia eſſe complenda: quid protinus adiunxerit audiamus. Et data eſt ei poteſtas in omnem tribum: ⁊ populum: ⁊ linguam: ⁊ gentem. Sequitur.

Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram: quorum nō ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni: qui occiſus eſt ab origine mundi. T.4.

Qꝺ dicit: ab origine mundi: non ad occiſionem agni referēdum eſt: ſed ad deſcriptionem nominum: qꝺ ſane intelligitur: ſi vſque ad occiſus eſt: protenditur metrum: quatenus qui occiſus eſt: referat ad agnū: ⁊ conuerſa oratione: intelligatur: quorum non ſunt ſcripta nomina ab origine mundi: in libro vite agni qui occiſus eſt. Sꝫ terribile eſt valde quod ſequitur.

Siquis habet aures, audiat. T.5.



Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: & qui in gladio occiderit, oportet eum cum gladio occidi.

Videtur iſtud quiqꝫ ita poſitum eſſe: vt dicatur. Vnuſqſqꝫ prout geſſerit: ⁊ recipiet: ſed non ſequentia id velle videtur. Neqꝫ enim ſancti dei homicide eſſe credendi ſunt: de quibus ſubſequenter adiungitur.

26. Hic eſt patientia & fides ſanctorum.

Reſtat ergo illud: qui: per: quem: accipere debeamus: vt ⁊ ꝙ illud quoqꝫ intelligamus ſi poſſumus: qꝺ premiſſum eſt. Si qs hꝫ aures audiat: aures dico cordis: non corporis: dies illos non eſſe miſericordie: ſed ire. Vbi ſi queritur. Cur ita deus ſanctos ſuos trucidari ꝑmittet. Nihil eſt: qꝺ reſponderi queat: niſi qꝛ ſic oportet. Vult etenim omnipotēs deus ſic a paleis triticum diſcernere per trituram: ⁊ ꝓbare hominum nō verba: ſed fidem. Sed in tanta hac neceſſitate: libet interciſa dicēdi materia ad eum qui nos redemit ſanguine ſuo: voce miſerabili exclamare. Miſerere: miſerere dn̄e Jeſu: ora pro Petro tuo: vt non deficiat fides eius: quinimmo parce ⁊ adiuua: qꝛ deus es: vt poſſit ſtare fortis in prelio: ⁊ ex aduerſo occurrere inimico. Cōforta ⁊ corrobora partem tuam: ⁊ adauge illi fidem ⁊ da victoriam: ne quādo dicant gētes: vbi eſt deus eoꝝ: ne quādo ꝑſequatur ſtipulam ſiccam: nec contra folium qꝺ vento rapit: oſtendas potētiam tuam: qꝛ defecerunt ſicut fumus dies noſtri: ⁊ oſſa noſtra ſicut cremium aruerūt. Defecit fides tua: īfirmata ē charitas: nō eſt iuſtus qſqꝫ: nō eſt reqrens deū. Nō eſt princeps ⁊ dux ⁊ cohortator ad pugnā: non eſt ꝯſolator ⁊ aiator ad prelium: non eſt qui precedat: ⁊ exerceat ad bellum. Signa noſtra nō vidimus: iam non eſt ꝓpheta. Ergo ne dn̄e ſic opꝫ: vt qui gladio morit: moriat? Memento qꝛ puluis ſumus: tu ipſe ſcis figmētum noſtrū: ſi dignatus fueris: miſericordie recordare. Non tradas beſtijs aīas ꝯfitentes tibi: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem: qꝛ venerunt filij vſqꝫ ad partum: ⁊ non eſt virtus parturienti. Inundauerunt aque vſqꝫ ad aiam: vorago inferi dilatauit os ſuū: rupti ſunt fontes abyſſi magne: ⁊ aperte ſunt cataracte celi: perijtqꝫ a nobis fuga: ⁊ nō eſt qui reqrat animas noſtras. O inaudita calamitas. Non ſatis eſt ꝙ abyſſus ſuos preterijt limites: niſi etiam vnde lucem: inde etiam expectemus voraginem: ⁊ inde intollerabile malum: vnde oportuerat conſolationem accipe. Nam quid per abyſſum: niſi populus gentium: ⁊ quid per celum: niſi populus Chriſtianus? Diluuium ergo veniens ex abyſſo: ipſa eſt perſequutio gentium: diluuium de celo: falſorum vertigines prophetarum. Eodem modo ⁊ terra cum in reſpectu maris ponitur: populum ſignificat chriſtianum: de quo procedunt illi: de quibus dicit Joannes. Sicut audiſtis filioli: quia Antichriſtus venit: nunc Antichriſti multi facti ſunt: vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt. Et adiecit. Ex nobis prodierunt: ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis: permanſiſſent vtiqꝫ nobiſcum. Non hec de gentibus dici poſſunt: neqꝫ de populo infideli: ſed de falſis prophetis qui exeunt ex eccleſia: que aliquando per celum: aliquando per terram deſignatur. Reſpectu etenim maris in celo deſignatur eccleſia (vt in loco illo ſupra memorato.) Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magne: ⁊ cataracte celi aperte ſunt. Rumpuntur ſane fontes abyſſi magne: ⁊ aſcendunt aque cum inſolite inundationes gentium egrediuntur de populo infideli ad faciendam vindictam in plebe apoſtatrice: ⁊ vltionem in filijs ſceleratis. Aperiunt cataracte celi: ⁊ aque que ruunt deſuper admiſcent eis que aſcendunt de abyſſo: cum ſoluta compage eccleſie: egrediunt ex ea falſi ꝓphete: qui cōmixti

⁊ coadunati gentibus:ſimul cum eis perſe
quuntur eccleſiam. Sane reſpectu maris:
Gen:ſis electoꝝ eccleſia deſignaꝛ in terra:vt illud:
Congregētur aque que ſub celo ſunt in lo
cum vnum:⁊ appareat arrida.Sicut ergo
aliqñ in celo fidelis populus:in abyſſo in
fidelis deſignatus eſt:ita nonnunq̃ʒ in ter
ra:populus fidelis:ſicut infidelis in mari:
nimiꝝ:qꝛ mare ſemꝑ fluctuat:⁊ tranſeun
ti per ſe:mortem potius ꝑmittit q̃ʒ vitam:
terra vero cum ſit ſtabilis:profert herbam
virētem:⁊ lignum pomiferꝝ iuxta genus
Geneſis ſuum. Verūtamen vt in Geneſi:referunꝛ
aperte cataracte celi:⁊ ex eis aque peſtifere
deſcendiſſe ſuꝑ terram:in typo pſeudo ꝓ/
phetaꝝ:qui corruunt de ſinu eccleſie:ita ⁊
hic poſt beſtiam illam terribileʒ:que egreſ
ſa eſt de mari:alia quoqʒ eo nequior dicta
eſt exire de terra beſtialis.ſ.caterua pſeudo
ꝓphetaꝝ egreſſura eſt de eccleſia : vt q̃uo
illuc a duabus partibus ꝯuenerunt aque
ad puniendos peccatores terre:ita hic ad
faciēdum illud idem exire a duabus parti
bus de mari.ſ.⁊ de terra due immaniſſime
beſtie ⁊ nimus terribiles referantur. Nam
ſequitur.

T.7. ¶ Et vidi aliam beſtiam aſcen/
dētem de terra:& habebat duo
cornua ſimilia agni.

¶ Aliam dicit ꝑꝑ eam quam ſupra dixe/
rat aſcendiſſe de mari. Sicut autem in
Daniele:Hyrcus capraꝝ:regnum:non ꝑ/
Danie. ſonam ſignificat:ita ⁊ in hoc loco in beſtia
que aſcendit de terra:nequaq̃ʒ aliqua pſo
na:ſed ſecta:ſeu regnum aliquod deſignaꝛ.
Quod autem in hac beſtia aſcendente de
terra:ſecta pſeudo prophetaꝝ:accipienda
ſit:auctor ipſe libri manifeſte demonſtrat:
qui hācipſam:pſeudo ꝓpheram in ſequen
tibus vocat. Cum ergo hoc manifeſtum
ſit:mirꝝ valde videt:qui erunt illi duo ne/
quam:qui in duobus cornibus ſimilibus
agni accipiendi ſunt:cum manifeſtum ſit
ex q̃ʒpluribus ſcripturaꝝ locis : in corni/
bus alicuius beſtie pſonas hoium deſigna

ri. At multum intereſt:inter agni cornua:
⁊ aliaꝝ beſtiaꝝ qbus cornua ſunt:qꝛ nimi
rum quarundam beſtiaꝝ:vel animalium
cornua acuta ſunt ⁊ rigida ⁊ ad ꝑcutiēduʒ
parata:ouis v̄o cornua curua ſunt:⁊ nihil
in ſe terroris : nihil ſuſpitionis habentia.
Agnus autem noſter qui abſtulit peccata
mundi:ſeptē m habere dr̄ cornua:qꝛ nimi
rum ſeptem viri:per diuerſa tēpora miſſi
ſunt:de qbus in prima libri parte fecimus
mētionem:quoꝝ duo precipue mittendi
erant eius itinera preparare : Joannes.ſ.⁊
Helyas. Sed ⁊ duo cuʒ Chriſto viſi ſunt
ſimul in mōte (hoc eſt) Moyſes ⁊ Hely/
as:⁊ nunc duo expectanꝛ venire:Enoch:
vʒ:⁊ Helyas. Quo circa aiaduertat ſubti/
liter:qui decipi:aut ſeduci formidat:⁊ vn
diqʒ circūſpectus:dextera ſiniſtraqʒ diſcu/
tiat. Valde qdeʒ emulator eſt:vt poſſit ali
qua opa que ſint irriſibilia fingere auctor
doli:ſiue vt ꝑ ea decipiat incautos:ſiue vt
appareat ſilis creatoris. Nam qꝛ dn̄s inue
nit ſibi Dauid vt regnaret in Hieruſaleʒ
ciuitatem quam elegit. Ipſe inuenit:Na/
buchodonoſor qui regnaret in Babylo/
ne:⁊ eſſet pſequutor Hieruſaleʒ oibus die
bus vite ſue. Qꝛ dn̄s per Chriſtum ſuum
redemit genus humanum. Iſte per Anti
Dani. xp̄m quem implebit mēdacio:ſiqdem vt
deus oipotens v̄itatis:ita ipſe (vt ait dn̄s)
mendacij pr eſt:ſupra q̃ʒ credi pōt vniuer
ſa vaſtabit. Attēdat ergo ſibi vnuſqſqʒ fide
lis:⁊ ſit ſemꝑ ſollicitus ⁊ circōſpectus:ne
forte qui nouit preparatos fideles ad ſuſce
Enoch. ptionem Enoch ⁊ Helye : quos vēturos
predixere doctores:falſum Enoch:⁊ falſuʒ
Helyam:ipſe inueniat ⁊ premittat : ⁊ ipſi
ſunt duo cornua ſilia agni:magiſtri beſtia/
lis caterue:de qbus dn̄s diſcipulos premo
nere dignatus eſt:dicēs. Attendite a falſis
ꝓphetis qui veniūt ad vos in veſtimētis
ouium:intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces.
Porro hoc dico:nō vt certus ſim:ſʒ vt ſi/
mus in oibus circūſpecti:⁊ i nullo naufra
giū patiamur. Videꝛ aūt q̄ʒ dicim⁹ viſile:
⁊ iō ſicut ratū facere auctāte nō poſſumus:



ita nec deſtruere auctoritate valemus. Dē
autem q̄ʒ veriſimile eſt:⁊ certam auctorita
tem non hʒ:reſtat vt ſuſpectum maneat ⁊
ſub cautela:donec rei exitu comprobetur.
Eſt ⁊ aliud in hac parte:nō minus q̃ʒ hoc
ipſum diligēter cauendum : ne forte teſtes
ipſi veraces qui venturi ſunt:veniāt ꝓut
deus melius nouit:⁊ arbitrētur eos hoīes
eſſe mendaces:eiſqʒ qui mēdaces ſunt:pre
beatur aſſenſus. Nō ergo qſqʒ leue ſibi eſti
met in tante neceſſitatis articulo diſcerne
re inter veꝝ ⁊ falſum:vʒ:inter Moyſen ⁊
Exodi. Aaron:⁊ Jānes ⁊ Mambres:ob nimiam
ſimilitudinem opeꝝ nephandoꝝ (dicente
dn̄o ) Surgent pſeudo xp̄i:⁊ pſeudo pro
phete:⁊ dabunt ſigna ⁊ ꝓdigia ad ſeducen
dos (ſi fieri poſſit) etiam electos. Eſt aūt
⁊ aliud q̄ʒ magis mouet. Certuʒ eſt plura
iam veniſſe in lumine ſub teſtō nouo:que
olim in tenebris palliata iacebant. Simili
ter ⁊ in futuro:multa erūt apta que hacte
nus ⁊ vſqʒ in finem : aut experte ſunt cogni
ta:aut oino neſcita. Quis igiꝛ occulta dei
ꝯſilia ſe ad plenum cognoſcere glorietur?
Quis vnq̃ʒ iudeoꝝ populum de aduentu
Helye fruſtrādum crederet:cum non ille
Helyas qui putabatur:ſed alius venerit?
Si vero huic ſimile iam non erit:quis pu
tas:nouit:quo ordine ſint nuncij ipſi ven
turi? Eſto qꝙ cras ad ianuam tuam veniat
Enoch:⁊ ſeipſum Enoch oino eſſe teſteꝛ.
Unde credemus? Si ſigna oſtenderit : fa/
cient ⁊ heretici inaudita. Si religioneʒ:⁊
illi. Si verba ſubtilia:nihilominus ⁊ ipſi.
Unde ⁊ hic ſubditur.

¶ Et loquebatur ſicut draco.

¶ Nempe ſicut draco loqueꝛ:qꝛ draconis
aſtutia ſupra modum repleta verba quaſi
ſpiritualia:⁊ veriſimilia:ſupra q̃ʒ putatur
Exodi. effundet. Cōuertit ſiqdem Moyſes (qui
doctores veros ſignificat) virgam in dra/
conem (hoc eſt) litteraʒ que eſt quaſi mor
tua:in viuētem ſpiritum:ſed ⁊ pſeudo pro
phete ſimiliter faciēt. Loquenꝛ enim ⁊ ipſi
myſtica:⁊ que nihil minus apud impitos

videantur habere:adeo vt etiam deſerudi Dan.
tis ruant. Verumtn̄ virga Moyſi deuora
uit virgas maleficoꝝ : qꝛ:vʒ:vera Chriſti
ſapientia:quam in noie eius loquentur ele
cti:oſtendet eſſe falſam ſapientiam iſtoꝝ:ſi
cut dicit apoſtolus. Queādmodum Jam
nes ⁊ Mambres reſtiterunt Moyſi:ita ⁊
hi reſiſtēt veritati hoies corrupti mēte:re
probi circa fidem:ſed vltra non ꝓficient.
Inſipiētia enim eoꝝ manifeſta erit oibus:
ſicut ⁊ illoꝝ fuit. Erit ergo iſtud ⁊ multa
alia ſigna:qbus dignoſci poterunt. Sʒ bea
tus qui ſibi modo cuʒ adhuc in nobis mo
dicuʒ lumen eſt:ſtudet opibus lucis:⁊ ani
mi puritate placare deum:vt non eum te
nebre comprehēdant:metuens q̃ʒ nimis il
lam formidoloſam ſentētiam. Occeca cor Eſaye.
populi huius:⁊ aures eius aggraua:⁊ ocu
los eius claude : ne forte videat oculis ſu/
is:⁊ auribus ſuis audiat : ⁊ corde ſuo intel
ligat:⁊ ꝯuertatur ⁊ ſanem eum. Si enim
ꝑꝑ peccata populi ꝑmittet fieri iſta iuſtus
⁊ pius deus:certumqʒ eſt multos eſſe deci
piendos : cur non timeat hō ne forte deci
piaꝛ ab illis quos deus in ira ſua multos
decipere patietur? Quos enim nō decipe
rent Jannes ⁊ Mambres:ſimilia Moy Exodi.
ſi ⁊ Aaron ſigna ⁊ ꝓdigia ſuis incātationi
bus faciētes? Sicut enim Jānes ⁊ Mam
bres coraʒ Pharaone:⁊ ſicut Symon ma
gus in ꝯſpectu Neronis ⁊ exercitus eius:
ita pſeudo ꝓphete coraʒ multitudine illa:
(de qua ſupra loquuti ſumus) faciēt ſigna
in ꝯſpectu illius regis vndecimi in Danie
le:⁊ exercitus eius : quod manifeſte aperi
tur:cum ſubditur.

¶ Et poteſtatem prioris beſtiæ T.8.
omnem, faciebat in conſpectu
eius.

¶ In ꝯſpectu vtiqʒ beſtie ⁊ regis eius fa
ciet iſta : ſed aliqd eſt q̄ʒ notari oporteat.
Que enim nō ait abſolute : poteſtatem fa
ciebat:ſed dicēs poteſtatem:addidit : prio
ris beſtie:manifeſte oſtendit:qꝙ a beſtia pri
ma:ſigna factura eſt. Sed qd per ambages

querimus: qđ aperte auctoritas docet? In
ſexto angelo effundẽtium ſeptẽ phyalas:
dicit Sanctus Joãnes. Uidi de ore draco
nis: ⁊ de ore beſtie: ⁊ de ore pſeudo ꝓphete
exire ſpiritus tres immundos: in modum
ranaꝝ: ſunt enim ſpiritus demonioꝝ faciẽ
tes ſigna: ⁊ ꝓcedent ad reges totius terre.
Ecce maniſeſte hic dĩ: ꝙ ⁊ draco: ⁊ beſtia: ⁊
pſeudo propheta facturi ſunt ſigna. Qđ ſi
ita eſt: qđ eſt ꝙ poteſtatẽ beſtie: pſeudo ꝓ
pheta: immo pſeudo ꝓphetaꝝ caterua in
ꝯſpectu beſtie: facere dĩ: niſi qꝛ q̃ſi officium
eoꝝ erit predicare ⁊ ſigna facere: ⁊ forsaſſis
altera maleficij arte: ita vt ipſa quoqꝫ be/
ſtia: vel admiret̃ in his que iſti facient: vel
qđ magis creditur: qꝛ de ſinu eccleſie egre/
diuntur: ⁊ linguam chriſtianoꝝ norunt: ⁊
mores: gentilis illa ferocitas ad decipien/
dos fideles magis eos aptos ⁊ vtiles iu/
dicabit. Utrunqꝫ etenim contingere po/
terit. Quantam vero vim accepturi ſint
ad facienda miracula: aperte manifeſta/
tur: cum ſubditur.

T.9. Et fecit terram & inhabitan/
tes in ea adorare beſtiam primã:
cuius curata eſt plaga mortis: &
fecit ſigna magna: ita ut etiam
ignem faceret de cælo deſcen/
dere in terram in conſpectu ho/
minum.

Uerba iſta ⁊ que ſequunt̃: ex parte ob/
ſcura ſunt: qꝛ futura: ex parte apta. Dimit/
tamus interim qđ obſcuꝝ eſt: teneamus qđ
pꝫ: donec rei euentus id qđ eſt obſcuꝝ: ape
riat. Ad qđ enim curioſa ſectari: cum iam
immineat bellum: ⁊ cito ſit qđ querit̃: tpa
ſua preſentia dirimẽdum? Sequẽtes ergo
qđ ꝑſpicabile eſt: ceteꝝ ſuo tpi relinq̃mus.
Nero impator paganus erat. Symõ aũt
Symon magus. Magus chriſtianus fuerat: ⁊ q̃ſi vnus nõ
dico de paganis: ſꝫ de magnis demonibus
factus erat: habebat fidem odio quam reli

querat: Petꝝ precipue qui dederat ſentẽ/
tiam ꝯtra ſe. Inuidebat chriſtianis factus
apoſtata: ſed qꝛ per ſe obeſſe chriſtianis nõ
poterat: ꝯtra chriſtianoꝝ principes: iniq re
gis aium ꝯcitauit. Aſſumpſit ergo aduer/
ſus apoſtolos coram impatore ꝯflictum: de
ferẽs eidem per oĩa: nõ ꝙ impatorem dili/
geret ex affectu: ſꝫ vt ſuam poſſet malitiam
impatoris poteſtate munire. Scđm hoc: ⁊
pſeudo ꝓphete facturi ſunt. Frequens eſt
iſtud ⁊ manifeſtum: habens tam de veteri Pla/do.
q̃ꝫ de nouo: exemplum. Alchinus impius
tpe Machabeoꝝ: vt vſurparet illicite ſa Mach.
cerdotium: ad gẽtilem ſe ꝯtulit poteſtatẽ.
Iudei aduerſus apoſtolos: ſepe iudices ro
manos adibãt: Arriani aduerſus eccleſiaꝫ:
mundanos principes ꝯcitabant. Pathare
ni hereticoꝝ ſex: mũdi poteſtatibus ſe tue/ Patha/reni.
tur. Cum ergo multiplicata malitia: noua
Babylon in manu beſtie: ⁊ regni eius pcu Baby/lon.
tiẽda tradet̃: ⁊ gẽtilis potẽtia: peccatis exi Undeci/mus rex
gẽtibus: roborabit̃: eo: vꝫ: tpe quo Rex ille
vndecimus ⁊ vltimus in regno ſarraceno Sarra/cenoꝝ
rum regnaturus eſt: vidẽtes pſeudo ꝓphe
te (quos ſibi in augumẽtum doloꝝ Dya/
bolus aggregare nõ deſinit) exercende pſi
die ſue oportunitatem: adibunt gẽtes: ⁊ ſu
ſcipiẽtes ab eis pactuꝫ pacis: ex deo eſſe po
tẽtiam illoꝝ ⁊ regnuꝫ ac ſi fidelium predi
cabunt: falſam vero eſſe religionem eoꝝ:
qui adorant hoiem crucifixum. Nõ ſolum
autem: ſed ⁊ legem beſtialem a patre mẽda
cij eis traditam preferrẽt: q̃ſi trinitas nihil
ſit. Et vt oẽm populum chriſtianum ꝯuo/
cẽt ad eam: ſignis ſe poſſe facere: a falſa reli
gione ꝓmittẽt. Quis autẽ ſcit qualis erit
lex illa: quam dabit princeps ipſius beſtie:
de quo ſcriptum eſt in Daniele. Putabit Dan.
ꝙ poſſit mutare tpa ⁊ leges: ⁊ tradetur in
manu eius in tempos ⁊ tempora ⁊ dimi/
dium temporis. Quecunqꝫ tamen erit exe
cratio illa: hanc pſeudo prophete tenen/
dam eſſe docebunt: ⁊ vt eam tenere ho
mines debeant: ſignis ⁊ prodigijs affir/
mabũt. Ceteꝝ ſi de his duabus beſtijs agi
tur ſimul: videt̃ ꝙ ſicut prima beſtia que



egreſſa eſt de mari: oino ꝯcordat cum ſexta
viſione Danielis: in qua agit̃ de q̃tuor be
ſtijs egreſſis de mari magno: ita hec ſcđa
que aſcẽdit de terra: cum ſeptima viſione
ipſius: in qua agit̃ de Hyrco capraꝝ: exce/
pto ꝙ ibi in prima beſtia oſtẽditur regna
turus rex vndecimus: qui putabit ꝙ poſ
ſit mutare tpa ⁊ leges. In ſcđa alius qdaꝫ
de quo ſcriptum eſt. Qđ ſupra q̃ꝫ credi po
teſt: vniuerſa vaſtabit. Hic nec in prima:
nec in ſcđa alicuius ſpecialis regis mentio
facta eſt: niſi ꝙ in hac quarta parte mẽtio
ſolẽnis facta eſt de dracone habente cornua
ſeptem: que ſignificãt ſeptem reges: ⁊ in ſe
xta parte dictuꝫ eſt de duobus regibus vl
timis: vnus eſt ⁊ vnus nondum venit: ⁊
cum venerit opꝫ illum breue tp̃s manere:
vt intelligatur apte: ipſos eſſe duos reges
qui ſcripti ſunt in duobus viſionibus Da
nielis ꝓphete. Sed q̃re duos reges: cum
Draco ipſe ſit vnus? niſi qꝛ in typo vnius
Chriſti venientis ad redemptionem gene
ris humani: ⁊ vẽturi ad iudicium: due pſo
ne vngi ꝯſueuerũt in eccleſia dei: vna. ſ. in
regem: altera in põtificem: nimiꝝ: qꝛ põti/
fex ipſe verius rex eſt: q̃m aiaruꝫ: ⁊ vterqꝫ
Chriſtus dñs: qꝛ deus ⁊ hõ eſt: dici poteſt?
Sicſic veriſimile videt̃: ꝙ ſicut beſtia illa
que aſcẽdit de mari: habitura eſt quendam
magnum regem de ſecta ſua: qui ſit ſimilis
Antipa/pa Neronis: ⁊ quaſi imperator totius orbis.
Ita beſtia que aſcendet de terra: habitura
ſit quẽdam magnuꝫ prelatum: qui ſit ſimi
lis Symonis Magi: ⁊ quaſi vniuerſalis
pontifex in toto orbe terraꝝ: ⁊ ipſe ſit ille
Antichriſtus: de quo dicit Paulus ꝙ ex/
tollitur ⁊ aduerſatur ſupra oẽ qđ dĩ deus:
aut qđ excolit̃: ita vt in templo dei ſedeat:
oſtendens ſe tanquam ſit deus. Quo circa
non immerito: vbi dictuꝫ eſt de eo in Da
niele. Surget rex impudens facie: ⁊ intelli
get propoſitiones: ⁊ roborabitur fortitudo
eius (adiunctum eſt) ſed non in viribus
ſuis: qꝛ: vꝫ: vt Symon Magus: non in vi
ribus ſuis perſequutus eſt apoſtolos: ſed
in viribus Neronis; ita ⁊ iſte in viribus

illius Regis vndecimi: ſupra q̃ꝫ credi poſ
ſit: vniuerſa deuaſtet. Et forsaſſis nõ ipſe:
per ſeipſum ibit a principio ad Regem il
lum: ſed mittet ad eum duos precipuos
prophetas ſuos: qui faciant ſigna coram il
lo: ⁊ dicãt ſe habere principem a quo ⁊ miſ
ſi ſunt. Nõnulli tamen doctorum: illum re
gem vndecimum nominãt Antichriſtuꝫ:
ſicut ⁊ illum qui vocatur: Gog: qđ mihi
tamen ideo veꝝ videtur: qꝛ vnus eſt dra/
co: ſed multa capita: ⁊ malitiam quam nõ
complet in vno Antichriſto: complebit Multi antichri/ſti.
in alio: ⁊ qui deterior eorum erit: ipſe dicẽ
dus eſt maximus Antichriſtus. Et de
hoc quidem ſic. Quod autem dictum eſt
de beſtia iſta que habebat duo cornua ſi/
milia agni: fecit ſigna magna: ita vt ignem
faceret de celo deſcendere in terram: in
conſpectu hominuꝫ: ita exiſtimo dictum:
vt quia ignis res viuida eſt: ⁊ lucens: ⁊ ce
lum: ſanctorum vitam deſignat: ſic eſſe pu Matt.
tentur veriſimilia: vt in errorem inducan
tur: ſi fieri poſſit etiam electi. Quod ſi ele
cti quoqꝫ titubabunt in ipſis. Et ſi iuxta Dañ.
quod ſcriptum eſt in Daniele. De erudi
tis ruent. Quid de infirma multitudine
plebis arbitrãdum eſt: qui neſciunt diſcer
nere inter verum ⁊ falſum? Unde ⁊ mox
ſubditur.

Et ſeducet habitantes in ter T.10
ra propter ſigna quæ data ſunt
illi facere in conſpectu beſtiæ:
dicens habitantibus in terra: vt
faciant imaginem beſtiæ, quæ
habuit plagam gladii: & vi/
xit.

Imago beſtie que habuit plagam gla
dij ⁊ vixit: aliqua ſpecialis traditio exti/
manda eſt: quam component pſeudo pro
phete in memoriam ipſius beſtie: dicentes
hoc eſſe illud regnum quod manſuꝝ eſt
in eternum: vtpote qđ veniens vſqꝫ ad ca
ſum: ad tãtuꝫ culmen glorie venire meruit

poſt ruinam. De qua:vꝫ:imagine terribi
le eſt valde quod ſubditur.

T.11 ¶ Et datum eſt illi: vt daret ſpi
ritum imagini beſtiæ: & vt lo/
quatur imago beſtiæ.

¶ Imago beſtie ſpiritum accipiet: cum ei
dem opationi dyabolice: ad faciēda ꝑ eam
ſigna: malignus ſpiritus preſens erit. Lo/
quet aūt cum ſigna ipſa fieri incipiēt: ⁊ fa
cta ꝑuenient ad notitiã multoꝝ. Magnã
vero poteſtatem: iuſto: ſed diſtricto dei ꝑ/
mittente iudicio: habitura ſecta ipſa demõ
ſtratur: cum ſubditur.

T.12 ¶ Et faciet: vt quicunqꝫ non
adorauerit imaginem beſtiæ: oc
cidatur.

¶ Hoc eſt illud qđ de cornu vndecimo
dicitur in Daniele. Et ſanctos altiſſimi cõ
Dañ. teret. Iſti erunt accuſatores: ⁊ illi interfe/
ctores. Iſti ponent inſidias: ⁊ illi capient
predam. Sequitur.

T.13 ¶ Et facient omnes puſillos &
magnos: diuites & pauperes: li/
beros & ſeruos: habere caracte/
rem in dextera manu: aut in fron
tibus ſuis: & ne quis poſſit eme/
re: aut vendere: niſi qui habet
caracterem beſtiæ: aut nomen:
aut numerum nominis eius.

¶ Si beſtia ſignificat ipſam multitudi/
nem ꝑſequutoꝝ: imago nephandiſſimam
traditionem ipſius. Quid per caracterẽ:
niſi aliqđ ſcriptũ vel edictum preceptoꝝ
ipſius: ſicut ⁊ ꝑ nomē: gloria ipſius beſtie:
per numeꝝ autem nois criminum multi/
tudo? Solēt autem in ꝑſequutione: puſil
li: ex infirmitate deficere: ſed magni virili/
ter agere ⁊ ſtrenue ꝑſiſtere in agone. Solēt
diuites mundi: voluptatibus parcere: ſed
paupes ad martyrium ſeſe ſponte offerre.
Solēt ſerui in ſeipſis ꝯditionẽ deſpicere:
ſed liberi ꝯſulere nobilitati ſue: ſaltem ne
claꝝ genus obfuſcare infamia videantur.
Huius vero tribulationis tanta erit affli/
ctio: ⁊ qđ grauius eſt ſignoꝝ deceptio: vt
pene populoꝝ vniuerſitas in errorem du
cat: inde tormentis cõminãtibus penam:
inde miraculis ſuadētibus ſectam. In his
itaqꝫ verbis nihil aliud deſignari exiſtimo
q̄ꝫ vt dãnãdoꝝ eorūdem multitudinẽ in
finitam eſſe ſciamus: ex oi ꝯditione: ⁊ eta/
te: ⁊ q̄ꝫtitate tam maxima: vt nequaq̄ꝫ va
leat extimari. Qui vero hãc imaginẽ ado
rare noluerit: occidet: ſm ꝙ ſupius dictũ
eſt. Qui gladio occiderit: occidi eum gla/
dio opꝫ. Venditores vo predicatores ſunt.
Emptores qui audiunt ⁊ ſuſcipiunt ver/
bum. Illi enim ꝓferunt vitam: iſti impen
dunt opa bona. Illi exhibēt verbum ſalu
tis: iſti rependunt ſe ⁊ quecūqꝫ habēt. Qđ
tñ in diebus illis nõ erit licitum: qꝛ nõ au/
debit aliqs predicare: aut audire predican
tem: niſi puniēdus ⁊ moriturus: illis tñ
in hac parte poteſtate ꝯceſſa: de qbus nul
la ſit ſuſpitio: quin vere ſint ſerui Beſtie ⁊
diſcipuli Antichriſti. Et qđ erit ſignum?
Habere caracterem in dextera manu: aut
in frontibus ſuis: aut nomen beſtie: aut nu
merum nominis eius. De quo numero
mox ſubditur.

¶ Hic ſapientia eſt: qui habet in T.14
tellectum: computet numerum
beſtiæ. Numerus enim hominis
eſt: & numerus eius eſt: ſexcenti
ſexaginta ſex.

¶ Humanus intellectus cupidus ad ca/
pienda que neſcit: vnde accidat mox ne/
ſcio: a gnita que cupierat: ſine mora ꝯtem/
nit. Si enim totum ſimul ſcriptura ſancta
detegeret: apud improbos ⁊ ſupbos homi
nes: pro ſua pateſactione vileſceret. Qui er
go cupit effici dignus ꝑuenire ad notitiã
eoꝝ que neſcit: ſtudeat habere chaꝝ qđ no
uit: vt vidēs ille qui eum inuitauit deuo/
tionem ipſius: dicat ei. Amice: aſcēde ſupe/
rius. Certe



rius. Certe qui hꝫ intellectum: computa
re iubet numeꝝ nominis beſtie. Queris
hoc a me? Forte darem tibi qđ petis: ſi pre
ſto eſſet nomen ipſum: cuius vim nois ſci
re queris. Si autem nomen eius reuela/
tum non eſt: qs intellectus eſſe poteſt in
re cuius littera ignorat? Tale eſt enim ac
ſi quereret intellectus in viſione futura: qđ
oino eſt abſurdum: ⁊ non potius expectã
da narratio viſionis: vt eam interpretetur
qui hꝫ intellectum: non ante tēpus: ſed in
tpe ſuo. Expectanda eſt ergo vſqꝫ ad tem/
pus reuelatio huius nois: ⁊ tunc ei qui hꝫ
intellectum licebit numerum computare.
Opꝫ enim prius ſciri: quõ illi nomini cõ/
gruat iſte numerus ſm litteram: vt nõ ſit
velut inanis ſpiritualis qui ſeqtur: intel/
lectus. Alioquin ſi preire cogimur: ⁊ qua/
litercūqꝫ vim numeri apire: ſcimus ꝙ ſe/
narius numerus tpalia comprehendit: ⁊
ea ſola in qbus gaudent filij huius mun/
di: quoꝝ ꝯuerſatio in terris eſt: dicentium
eſſe fatuos eos qui preſentia deſpiciunt
pro futuris: ⁊ pro inuiſibilibus viſibilia ſp
nunt. Et numerus (inquit) eius: qđ ex/
preſſum eſt in noie ipſius: eſt ſexcenti ſexa
ginta ſex. Quare hoc? Qꝛ numerus iſte ſi
gnificat vniuerſitatem tempoꝝ ſeculariũ
Dan. (hoc eſt) ab Adam vſqꝫ ad finem huius
beſtie: que erit in tpibus Antichriſti. Ete/
nim ſexcēti: ſignificant ſex etates mundi:
in quibus regnauit hec beſtia in membris
ſuis a principio ſeculi. Sexaginta: ſignifi/
cãt: ſex tpa huius ſexte etatis: in qbus ſpe/
ciali quadam poteſtate accepta a dracone:
atrocius ꝑſequutus eſt eccleſiam dei. Sex
ſignificãt tpꝰ illius cornu vndecimi (hoc
eſt) menſes quadraginta duos: ſexies: vꝫ:
ſeptem menſes: ſub quo ſupra modum: ⁊
ſupra q̄ꝫ dici poſſit: exardeſcet furor eius:
(haud dubium) ſuccenſus a dracone illo
antiquo: qui optime ſe nouit modicum tē
pus habere. Igit ⁊ in ſexcentis: compre/
hendit totum qđ ptinet ad ſex etates mū/
di: ⁊ in ſexaginta: ſpecificat illa pars que ꝑ
tinet ad ſextam etatem: ⁊ in ſex: ſextum tē
pus huius ſexte etatis: in quo cornu illud
vndecimum regnaturꝫ eſt (hoc eſt) tpꝰ ⁊
tpa: ⁊ dimidium tpis. Qđ cum ita ſit: qđ
eſt ꝙ non dat poteſtas vendendi: vel emē
di: niſi ei qui portat caracterem beſtie in
dextera manu: vel in frõte ſua: aut nomen:
aut numeꝝ nois eius: niſi qꝛ illi iudicabū/
tur digni ⁊ fideles: qui ſola tpalia cõmen/
dantes: deridēt ⁊ ſubſannant illos qui pro
mittent eterna? Qui enim deſperãt ſemet
ipſos: vt non videant lucem celi: quos poſ
ſunt diligere niſi hoies deſperatos? In de/
xtera enim manu: vel in frõte: caracterem
beſtie: vel nomen: vel numeꝝ nois: hi qui
ex parte eius ſunt: portare vident: qꝛ non
ſufficit ſi hoc cum triſtitia faciãt: aut ex ne
ceſſitate: niſi in hocipſo ꝙ faciunt: hylares
ſe exhibeant ⁊ manifeſtos: dicentes clara
voce in ſynagogis ſuis. Si regnum iſtud
non eſſet ex deo: non poſſet facere quicq̄ꝫ.
Unde ⁊ qui reſiſtunt ei: dei ordinationi re
ſiſtunt. In dextera namqꝫ manu: vel in frõ
te caracterem beſtie: nomen: aut numerũ
nois eius portare eſt: aut letam faciem oſtē
dere in ope beſtiali ſm ꝙ ꝯtinebit in litte
ris ipſius: aut hocipſum publice predica/
re in ꝯuentibus eoꝝ: aut certe magnifica/
re poteſtatem beſtie: aut non erubeſcere a
quolibet crimine ⁊ oblectatione peccati.
Hec enim ſola ſunt que draco exigit a mi/
litibus ſuis. Veꝝ hec dicta ſunt ſm ſpiri/
tum: ⁊ ſm ꝙ in re futura ꝯiectura aliqua
ineſſe põt. Nondum enim reuelatus eſt il Dan.
le: qui putabit ꝙ poſſit mutare tēpora ⁊ le
ges: tradēnda in manu eius: in tempus ⁊
tpa: ⁊ dimidium tpis. Qñ autem hoc inci
piet ꝯſumari: tunc reꝝ exhibitio: apertum
faciet intellectum. Qđ autem dr: numerus
enim hois eſt: in qbuſdam codicibus in/
ueni nois. Et qm̃ ſupra iam dixerat: niſi
qui hꝫ caracterem: aut numeꝝ nois eius:
dubitare nos cogit: ne vitio ſcriptoris: alte
ratum ſit: ⁊ ſiue nois in hoie: ſiue hominis
in noie mutatum ſit: qđ pp ſimilitudinem
partium potuiſſe accidere nõ eſt dubium.
Sup quo tñ conſulendi ſunt Greci: qua/ Greci.

ſentis ex eoꝝ codicibus: certitudo firmet.
Interim: ſi hoīs hꝫ veritas: ſatis ptinet ad
rem qꝛ quicquid mundanum eſt: hoīs eſt
magis ꝙ̃ dei: ⁊ ad ipſum magis ptinet ſe
narius numerus: qui pprius eſt laboꝛis: qꝛ
die ſexto creatus eſt hō: ⁊ mox ſequutus
eſt laboꝛ eius: quem tñ mundani hoīes p
quiete ſuſcipiunt. Nihil enim eſt eis ma/
gis laboꝛioſuꝫ: ꝙ̃ꝫ otium: nihil otioſius eſt:
ꝙ̃ꝫ laboꝛ. Talis eſt enim ſenſus carnis: talis
voꝝ qui carnalibus gaudent. Unde ⁊ per
pphetam dī. Egyptus hō: ⁊ non deus: eq
eius caro ⁊ nō ſpiritus. Egyptus quippe
hō eſt: ⁊ non deus: qꝛ gloꝛia mundi huius
tranſitoꝛia eſt: non eterna: foꝛtitudo ipſius
quaſi ros mane ptranſiens: Quocirca nu/
merus iſte: qui mundi curſum per myſte/
rium ꝯtinet: hoīs eſt: qꝛ re vera qui tpalia
ſibi eligunt: hoīes ſunt: nō dij: iuxta illud
pſalmiſte. Exurge dñe: non preualeat hō:
Pſalm. indicent gentes in ꝯſpectu tuo: ⁊ ſciant gē
tes qm̃ hoīes ſunt. Pſalmus iſte (vt ego
arbitroꝛ) ſpecialius reſpicit tēpus iſtud: in
quo hō peccati regnaturus eſt: quem dñs
Jeſus (⁊ ſi ad tpˢ preualere pmittet) pul
ſatus tandem precibus eccleſie: exurget in
ira ꝯtra eum: ⁊ iudicatis qui ſunt ex parte
eius: reliquias Judeoꝝ ⁊ gētium ſubijciet
ſceptro ſuo. Dicunt ergo hoīes qui ſequū
tur hoīem: poꝛtantes caracterem eius in
frontibus ſuis: gloꝛiātes in tranſitoꝛijs: qꝛ
neſciunt honoꝛem eternum: preferentes
munera mundi: qꝛ neſciunt donatiua celo
rum. Audiāt ergo miſeri: qui beſtie mune/
ribus demulcent: qui ad hoc vſqꝫ pducū/
tur vt ſequant ipſam: ⁊ poꝛtēt caracterem
eius ſcriptum in frontibus ſuis. Audiant
qbus ⁊ qualibus ꝯtrarij iudicentur. Illis
vtiqꝫ qui ducti ſpiritu: cuncta tpalia ſper
nunt: qui vt deo pfecte placeant: etiam ab
his que ſunt licita: abſtinere didicerunt.
Nam ſequitur.

Ca.14. T.1. Vidi ſupra montem Syon a/
gnum ſtantem, & cum eo cētum
quadraginta quatuoꝛ millia ha/
bentes nomen eius, & nomen pa
tris eius, ſcriptum in frontibus
ſuis.

En manifeſte habes: qbus ſint ꝯtrarij
qui habēt nomen beſtie ſcriptum in frōti
bus ſuis: his vtiqꝫ: qui nomen agni: ⁊ pa/
tris eius: habēt in frōtibus ſuis. Illi qppe
manēt ad tpˢ cum beſtia ſup flumina Ba
bylonis: nō ploꝛantes: ſed epulātes. Hi ſu/
pꝛa mōtem Syon manēt cum agno cātan
tes cāticum nouuꝫ: ammodo ⁊ vſqꝫ in ſem
piternum. Quare aūt cāticum nouum: ni
ſi qꝛ ſicut illi in vetuſtate pꝛimi hoīs: ambu
lare ⁊ viuere ſtatuerūt: ita iſti in nouitate
eius qui de celo deſcēdit: vt per oīa māda/
tis beſtie ꝯtrarij ſint: at q̃ſi oppoſiti ex ad/
uerſo: quatenus ſicut illi ceteros peccato/
res antecedūt ad penam: ita iſti multos iu
ſtos precellāt ⁊ precedāt ad gloꝛiam. Sūt
enim nōnulli inter ſanctam eccleſiam: qui
⁊ ſi ſua pꝛo deo nō relinquūt: aliena tñ cō
tra dei preceptuꝫ furtim aut vi tollere no
lunt. Et hoc plerūqꝫ bonum. Etiam in gē
tibus reptum eſt. Inter miniſtros autem
Chriſti: ⁊ domeſticos beſtie: res in ꝯtrariū
acta eſt: dum quaſi qui ſibi diuiderēt inte/
rioꝛa aqlonis ⁊ auſtri: iſti ſua oīa deſerūt: il
li aliena furant: iſti matrimonium fugiūt:
illi adulteria ſine diſcretione cōmittunt.
Et vt ſemel compꝛehēdam in vno: iſti cū
cta eligunt que ptinent ad ſpem viuam: il
li econtrario: quicqd eſt iniquum: deſpate
ſectant. Iſti ergo nomen Chriſti ſcriptum
habēt in frontibus ſuis: qꝛ hoc moꝛibus ⁊
vita predicare ꝯtēdunt: illi nomen beſtie:
qꝛ opi deſeruiunt beſtiali. Elegerunt inq̃
iſti interioꝛa auſtri: illi pꝛofundiſſima aqlo
nis: qꝛ quō iſti regi ſuo: ita ⁊ illi draconi ru
ſo toto coꝛde adherēt: vt ſicut illi pꝛimi in
muris Babylonis: quō iſti in muris Hie
ruſalem: ⁊ ſtrideāt illi dētibus ſup oēs qui
deſcēdunt in lacum: qꝛ iſti cātant cāticum
nouum qđ nullus alius cantare pmittit.
Illud autem pretermittēdum non eſt: ꝙ
oīa iſta que dicta ſunt de duabus beſtijs:

Pſalm.



ex eo maxime loco: vbi dictum eſt: Et pla
ga gladij eius curata eſt: nō ſunt referenda
ad quartum tēpus: de quo tñ agit: ſed ad
tēpus Antichꝛiſti. Nec miꝝ tñ ſi in quarta
parte libꝛi: a Chꝛiſto vſqꝫ ad Antichꝛiſtuꝫ:
ſeu in muliere amicta ſole: que māſit in ſo/
litudine: in tpˢ ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis: cu
ius ſemen ſunt ſancti virgines iſti: ſeu in
dracone ruſo ⁊ beſtia: habētibus capita ſe/
ptem ⁊ ſeptem: totum tpˢ eccleſie compꝛe
Regula nota ptis libri. hendit: qꝛ ⁊ in reliquis libꝛi partibus: ma
net pene vniformiter cōſideratio iſta. Hec
idcirco dico: ne occaſione verboꝝ que in/
terpoſita ſunt de beſtia: ⁊ de pſeudo pphe
ta videat obliuioni traditum: agi in hac
quarta parte: ⁊ in hac quarte partis quarta
diſtinctione de Uirginibus ⁊ Heremitis:
que (maxime) cauſa fuit: vt in hac quarta
parte libꝛi: de beſtia terribili ageret: nimi/
rum: qꝛ beſtia quarta: que gētem ſignificat
Agarenoꝛuꝫ: quarto eccleſie tpe aduerſus
heremitas virgineſqꝫ: ſurrexit. Non ꝙ ge
neralis cauſa hec fuerit: ſed qꝛ ſicut ſancti
apoſtoli Judeoꝝ: ſancti martyres Paga/
noꝛum: ſancti doctoꝛes Arrianoꝝ pugnas
ſpecialiter poꝛtauerunt: ita ſancti heremi/
te ⁊ virgines maioꝛa Sarracenoꝛum ſuſti
nuere grauamina: tum qꝛ vꝛbes: in qbus
alebant: deſtruxerūt: tum qꝛ deſerta quoqꝫ
ipſa: pluſtrantes: ſicut Arabes eos tam cru
deliter tractauerunt. Cauſa ergo: vel occa
ſio: vt in hac quarta parte ageret de beſtia:
iſta fuit. Pꝛimo voluit draco deuoꝛare fi/
lium virginis: ſcđo habuit pꝛelium cum
Michaele ⁊ angelis eius. tertio perſequu
tus eſt mulierem: quarto abijt facere bel/
lum cum reliqs qui ſunt de genere mulie
ris (hoc eſt) de virginibus ducētibus he/
remiticam vel monaſticam vitam. His di
ctis cepit introducere oꝛdinem pꝛelij. Di/
xit enim vidiſſe ſe beſtiam de mari aſcen/
dentem. Quare? qꝛ ſicut eccleſia generali/
ter a Maria matre domini inchoās: non
niſi in plenitudine gentium cōſumatur: ⁊
ideo mulier manere in ſolitudine dicta
eſt: diebus mille ducentis ſexaginta: ⁊ ta/

men ſpecialis eius gloꝛia: quarto tempoꝛe
claruit: ita hec beſtia a pꝛimo qdem pſequu
toꝛe Herode: vl' ēt ab Herodiade alterius
Herodis adultera oꝛiginem ſumens: vſqꝫ
ad eiuſdem tempoꝛis metam dirigitur: in
qua: vꝫ: meta preſcripte mulieris tempus
euntis in ſolitudinem conſumat: ijſdem
enim numerus beſtie: qui ⁊ ſancte mulieri
conceſſus eſt (hoc eſt) menſium quadra/
ginta duoꝛuꝫ: ⁊ tamen in quarto tempoꝛe:
ſpecialius: ⁊ gloꝛia mulieris: ⁊ beſtie fero/
citas aucta eſt: vt tanto magis caligo prin
cipis tenebꝛarum operiret terram: quan/
to in ſinu ſancte eccleſie lumen iuſtitie au/
geretur. Quod vero additur. Uidi vnum
de capitibus eius quaſi occiſum ad moꝛ/
tem: ⁊ cetera que ſequuntur: ad ſextum
tempus eccleſie referendum eſt. Inde eſt Regula generalis.
ꝙ in ſextis quibuſdam capitulis aliqua/
rum partium huius libꝛi: ⁊ generaliter in
ſexta parte repetitum eſt: quod de beſtie
huius agone intermiſſum eſſe poterat in
hac parte: vt tanto hoc tenacius coꝛdi he
reat: quanto in ſimilibus locis ſermo re/
plicatur. Igitur in quarto tempoꝛe ſuſti/
nuit pondus certaminis: heremiticus ⁊
virgineus oꝛdo: etiam in ſexu maſculino:
⁊ ob hoc in q̃rta diſtinctione huius q̃rte
partis ſermo pꝛoprius de virginibus eſt. De
quibus ⁊ dicitur. Et vidi ⁊ ecce ſupꝛa mō
tem Syon agnum ſtātem: ⁊ cum eo cētū
quadraginta quatuoꝛ millia habentes nō/
men eius: ⁊ nomen patris eius ſcriptum
in frontibus ſuis: Montem Syon ſigni/
ficare eccleſiam: nulli dubium eſſe poteſt: Mons Syon eſt eccleſia.
Super hunc montem ſtat filius dei: tan/
quam rex ⁊ dominus regni: tanquam im
maculatus agnus cum immaculata mili/
tia. Scriptum eſt de facie quarti animalis
in Ezechiele ppheta: ꝙ eſſet deſuper ipſo Ezechi.
ruꝫ quatuoꝛ. Similitudo (inquit) vultus
animalium: facies hominis ⁊ facies leonis
a dextris ipſoꝝ q̃tuoꝛ: facies autem bouis
a ſiniſtris eoꝝ quatuoꝛ: ⁊ facies aqle deſup
ipſoꝝ q̃tuoꝛ. Utiqꝫ aſcēſio dñi ſupioꝛa tꝫ de
ſignās vitā ſpeculatiuā atque altioꝛē actiua

vtpote:que mundana deſpiciēs:ſolis cele/
ſtibus inardeſcit. Ualde ergo ſublimis eſt
vita virginea:que ſupra pectus dñi requie
ſcit:eiuſqꝫ ſuauitatis dulcedinem amore po
tiori deguſtat. Magnus Petrus apoſtolo
ruȝ princeps:⁊ totius prelatus eccleſie:ſed
o ꝙ̃ felix Joãnes eſt:cui Chriſtus in cru/
ce poſitus:matrem virginem virgini com
Joãnis. mendauit. Jlle maior in gloria:iſte felicior
in amore. Alter enim amplius honoratus
in populo:alter ſpecialius amatus a Chri
ſto:q: alteri vniuerſam plebem:alteri pro/
priam genitricem commiſit. Sed rurſum:
qd familiarius ꝙ̃ cuſtodire ſponſam Chri
ſti? qd honoratius ꝙ̃ matreȝ Chriſti velut
in ꝓpriam accipere genitricem? Reſtat vt
equales ſint meritis:qbus equalis eſt mē/
ſura donoꝝ:q: ⁊ honor qui ꝯceſſus eſt Pe
tro:indicat apte:ꝙ̃tum euȝ dilexerit Chri
ſtus:⁊ amor qui impēſus eſt Joãni:quāto
honore dignus ſit:manifeſte declarat. Hec
pſalmo. ſunt magna opera dñi exqſita in oēs volū
tates eius. Diuerſus color:ſed nõ in equa
le precium:diuerſa dona:ſed nõ diuerſa fe
licitas. Sacramentum hoc magnum eſt.
Ego autem dico in ordinibus occiſoꝝ: ⁊
virginuȝ. Deſignat ſane martyres:beatus
Petrus:cui dictuȝ eſt a dño. Sequere me.
Deſignat virgines Sanctus Joannes:de
Joãnis. quo di in eodeȝ loco. Sic eum volo mane
re donec veniam:qd ad te. Ciuitatem ſa/
ne illam celeſtem:cuius lapides viui ſunt:
cuius muri iniubilant ꝯditorem ſuum:in
ter varia ornamēta lapidum:⁊ vernātia vi
ridaria floꝝ:pulchritudo maxime roſaꝝ:⁊
candor lilyoꝝ exornat. Sunt eniȝ roſe pre
cedētes multitudines occiſoꝝ:lilya ſeroti
ne virginum cādideqꝫ caterue. Jn ſcđa er
go parte:in qua ꝓprie de martyribus agi/
tur. Collecta eſt ſignatoꝝ martyꝝ ſumma:
⁊ inuēta eſt centum quadraginta quatuor
millium ſignatoꝝ ex oi tribu filioꝝ iſrael:
preter turbam illam magnam:ex populis
⁊ tribubus:⁊ gētibus:⁊ linguis:quam di/
numerare nemo poterat. Nūc vero ſupra
montem Syon viſi ſunt virgines ſub eo/
dem numero:centum quadraginta qua/
tuor millia:velut in primitias alioꝝ iuſto/
rū:queādmodum de eis in ſequētibus di.
Hi empti ſunt ex omnibus primitie deo ⁊
agno:⁊ in ore ipſoꝝ non eſt inuētum men
dacium. Quidam ſimplicium putant:hoc
eſſe ſcriptum de illis pueris innocētibus:
Innocē tes. quos occidi iuſſit Herodes:ſed ꝙ̃ ſit a ve/
ritate alienum:magnitudo ipſa numeri te
ſtimonium ꝓhibet:que vix in vno magno
regno: poſſet collectis paruulis de facili
ꝯſumari. Jlli eniȝ in numero martyꝝ com
putādi ſunt:⁊ eoꝝ qui pro Chriſto ſangui
neȝ ſuderunt:hos autem Sāctus Joānes
nequaꝙ̃ de martyrio:ſed de ꝯfeſſione lau
dum ⁊ virginitate cōmendat. Sed num
caſu accidit:aut fortuitu:vt tot ꝓbati vir/
gines:quot ⁊ martyres ſub taȝ preclaro nu
mero ⁊ tam ſolēni ab alioꝝ ſanctoꝝ multi
tudine ſegregari debuiſſent? Minime. Sȝ
q: numerus iſte (vt iam diximus in ſcđa
parte) ptinet ad ſtructuram muroꝝ ciui/
tatis dei: que dicta eſt habere in circuitu
cubitos cētum quadraginta quatuor:ac ſi
ex duobus millibus lapidum politoꝝ di/
ſpoſitis per ordinem intus ⁊ foris:ſinguli
cubiti perficiendi ſint: exceptis illis qui
abſqꝫ numero ⁊ mēſura in ſtructura ponū
tur. Sed ſi tot millia virginum quot mar
tyꝝ qui preeſſent relique multitudini:ſub
certo ⁊ finito numero eligēdi erant queri
tur:cur illic dinumeratis centum quadra/
ginta quatuor millibus: ex oi tribu filioꝝ
iſrael: adiunctum eſt. Poſt hec vidi tur/
bam magnaȝ quam dinumerare nemo po
terat:ex oibus gentibus:⁊ tribubus:⁊ po/
pulis:⁊ linguis:ſtātes ante thronum ⁊ in
conſpectu agni amicti ſtolis albis:⁊ palme
in manibus eoꝝ. De quibus ⁊ poſt aliqua
ſubiunctum eſt. Hi ſunt qui venerunt ex
magna tribulatione:⁊ lauerūt ſtolas ſuas:
⁊ dealbauerunt eas in ſanguine agni? Hic
autem dinumeratis centum quadraginta
quatuor millibus virginuȝ:nõ eſt ſimiliter
adiunctum. Poſt hec vidi turbam ma/
gnam virginum:aut ꝯtinentium (vt ſicut



innumerabilis eſt quo ad homines turba
martyꝝ:ita ⁊ turba virginum innumera/
bilis eſſe credit̄: vt quō in finito numero
equalitas ſumma eſt:ita ⁊ in infinito:ſum
ma equalitas teneat̄? Sed citius hec ſolui
tur qō:ſi duoꝝ ordinum ſacramenta virtu
teſqꝫ pēſamus. Ut enim in ianua libri hu/
ius iam dixiſſe me recolō:⁊ nunc paulo ſu
perius memoratu s ſum:electi ſunt a dño
duo prememorati apoſtoli:ab ipſo princi
pio dñice predicationis: Petrus. ⁊ Joã/
nes:in typo iſtoꝝ ordinum:de quibus ad
preſens ſermo eſt:martyꝝ.ſ.ſanctoꝝ ⁊ vir
ginum. Significat eniȝ Petrus ordinem
martyꝝ: Joānes virginum:q: alter mar/
tyr fuit:alter virgo. Et qdem in martyri/
bus Chriſtus:qui pro eis paſſus eſt:prelia
tur:⁊ vincit in virginibus qui mūdi ſunt
mēte ⁊ corpore:ſpiritus ſanctus qui tales
ſibi querit in tēplum:ſpecialius requieſcit.
Si auteȝ ordo martyꝝ ꝓprietate myſterij
ptinet ad Chriſtum:ordo virginuȝ ad ſpi
ritum ſanctuȝ:apta eſt rõ:cur in hoc ſcđo
ſtatu colligit̄ ſumma oium martyꝝ:quam
nemo dinumerare pt. Uirginū aūt nõ eq̄
multitudo:ſȝ pars:q: vȝ:ordo martyꝝ ſe/
quēs Chriſtum cum ſcđo ſtatu ſeculi ꝯſu/
mationem accipiet. Ordo auteȝ virginum
qui in typo ſpiritus ſancti ꝓcedētis a pa/
tre:inchoatus eſt ſimul cum ordine marty
rum:ab exordio qdem ſcđi ſtatus inchoa/
tus eſt:ſȝ nequaꝙ̃ in fine ipſius ſtatus ſcđi
pariter finiet̄:⁊ in typo euiſdeȝ ſpiritus ꝓ
cedētis a filio pſeuerabit integer vſqꝫ in fi
nem:dicente in typo eius dño:de Joāne.
Sic eum volo manere donec veniaȝ:⁊ id
circo nõ fuit neceſſe:vt ſub hoc ſcđo ſtatu
alius ſit in perſona pater:alius filius:alius
ſpiritus ſanctus. Sz ſi ita eſt:quare ſigna
ꝛ miracula ſpecialius aſcribuntur ſpiritui
ſancto:ita vt dicit ſcriptura. Uirtus exi/
bat de illo (hoc eſt) de filio:ꝛ ſanabat om/
nes:niſi vt eo modo intelligeretur perſo/
na ſpiritus ſancti:in virtute miraculo/
rum:quo intelligitur perſona filij poten/
tia verborum:ꝛ perſona patris in fabrica
totius mundi? Hec enim tria ſunt que fa/
ciunt hoies admirari. Eminētia operum
creatoꝝ:ꝓfunditas ſapientie:ꝛ virtus mi/
raculorum. Que tria:ꝛ ſi cōia ſint ipſis tri
bus pſonis:q2 vna in his oibus operatio
triuz:ꝓprietate tñ myſterij:hoꝝ primum
aſcribitur patri:ſcḋm filio:tertiuz ſpiritui
ſancto. Querunt autem filij hoium imita/ Tria mirande.
ri hec tria:ꝛ ꝑpaucis datum eſt venire ad
imitationem ſcḋi:ad tertiū vero imitatio/

nem:paucisſimis. Nam opari aliqđ opus
bonum:multoꝝ eſt. Loqui ſapientiam:ali
quoꝝ. Porro oſtēdere ſigna ⁊ miracula:ſi
cut raris ꝯcedit:ita non credere oſtēdenti
bus:ſed ecōtrario irrogare blaſphemiam
ſpiritui (qui eſt auctor) peccatum eſt ad
mortē:⁊ iniqtas magna. Et ideo qui hoc
faciunt:excuſationem nō habent de pecca
to ſuo (haud dubiū) q: odium eſt in cau
ſa: qđ grauius eſt oī ſcelere: ⁊ oī peccato.
Unde ⁊ deus ipſe Moyſi loqtur:dicens.
Ego ſum deus fortis:⁊ zelotes viſitās ini
qtatem patrum in filijs:in tertiā:⁊ quar/
tam generationem:⁊ eoꝝ qui oderūt me:
⁊ faciēs miſericordiam in millia his qui di
ligunt me:⁊ cuſtodiunt precepta mea. Igi
tur de opante bonum in veritate:non cre
dere ꝙ bonum ſit opus eius:peccatū eſt:
ſed nō mortale: q: multi ſunt hypochrite
qui opant:non cauſa dei: ſed cauſa glorie
tpalis:de qbus ⁊ dī. Amen dico vobis re/
cepunt mercedem ſuā. Eodem modo de
loquēte ſapiētiam in veritate:nō credere
ꝙ vera ſint verba eius:peccatū eſt oīno:
q: ſaluator dicit doctoribus. Qui vos au/
dit:me audit:⁊ qui vos ſpernit:me ſpnit.
Siqdem ⁊ Regina Auſtri laudat a dño:
q: venit a finibus terre audire ſapientiam
Salomonis. Uerū q: nōnulli ſunt ſteriles
ſapiētes:de qbus veritas dicit. Dicūt enī
⁊ non faciunt:immo q: multi ſunt qui ha
bēt verba veriſimilia:⁊ tñ mendacijs ⁊ fal
lacijs plena ſunt:habent ⁊ ſup hoc qui au/
diunt:⁊ nō credunt:aliquā excuſationem
de peccato ſuo:maxime pp illud qđ Joan
nes ait. Nolite credere oī ſpiritui:ſed ꝓba
te ſpiritus:ſi ex deo ſunt. Sane oſtēdenti ſi
gna:que alijs nō oſtēdit:non credere:ſed
blaſphemiam irrogare:peccatum eſt in ſpi
ritum ſanctum:qđ non remittit in hoc ſe
culo:neqꝫ in futuro:q: ſine dubio talis ce/
citas:de odij liuore ꝓcedit:qđ niſi recedat
a corde hoīs:non ꝑmittit eum ꝑcipere ve
ritatem. Qđ ſi opponat de falſis ꝓphetis.
Scriptum eſt. A fructibus eoꝝ cognoſce/
tis eos. Sed adhuc querēdum eſt diligen
tius. Cur qui dicit verbū ꝯtra filium ho/
minis:remittit ei:qui autem dicit ꝯtra ſpi
ritum ſanctum nō remittit ei:neqꝫ in hoc
ſeculo:neqꝫ in futuro:maxime vt intelliga
tur:cur in hac quinta parte agat de effuſi
ne iracundie dei: ⁊ de plagis nouiſſimis:
potius q̄ȝ in aliqua precedētium:⁊ cur ma
gis in illis q̄ȝ in alijs: ꝯſumata ſit ira dei.
Quatuor opa Chriſti ſuperius memorata:
iudicant qdem peccatores:⁊ vehementer
accuſant:nec tñ in illis ꝯſumata eſt ira dei:
qm̄ adhuc ſupeſt:remedium in dono ſpi/
ritus ſancti:ꝙ ſicut eum qui ꝯuertitur:ſal
uum facit a peccatis ſuis:ita ab electoꝝ ce
tibus:non ꝯuerſos excludit. Qm̄ enim dei
filius factus eſt hō:exemplū exhibuit hu
militatis. Qm̄ factus eſt vitulus in ara cru
cis:exemplum prebuit patiētie. Qm̄ reſur
rexit a mortuis:fidei fortitudine firmauit
corda credentium. Qm̄ aſcēdit in altum:
ſpei alacritatem ſublimauit in celum. Qm̄
in ſpecie ignis miſit ſpiritum ſanctum:ad
diligendum ſe corda fidelium inflāmauit.
In quinto itaqꝫ loco dat ꝑfectio ſanctita/
tis electis:ſicut ecōtrario ꝯſumatio iniqta
tis iniqs. Sicut enim humilitatem ſequi/
tur patiētia:patientiam fortitudo fidei:for
titudinem fidei:ſpes:ſpem vero amor dei
qui eſt ignis diuinus. Ita ſupbiam cordis
comitat impatientia:impatiētiam infirmi
tas fidei:infirmitatem fidei deſpatio:deſpe
rationem vero odium:qđ eſt peccatum ad
mortem:q: qui deum odit:aut ꝓximum:
mortuus eſt:⁊ adhuc viuens in carne:in
inferno ſepultus. Audiunt hoc multi: ⁊
admirātur:cur hoc de noxa odij ſpeciali/
ter dictum ſit: arbitrantes multa eſſe alia
grauiora peccata. Nunc igitur audiat ve/
ritatem:qui vult eſſe diſcipulus veritatis.
Dictum eſt ꝙ qui peccat in ſpiritum ſan/
ctum:nō remittitur ei:neqꝫ in hoc ſeculo:
neqꝫ in futuro. Quare hoc? Q: ijſdem ſpi
ritus ſanctus: amor eſt dei: ⁊ qui non hꝫ
amorem:ſpiritum ſanctum habere nō po
teſt:q: amor:amorem querit: ⁊ charitas:
charitatem. Qui autē ſpiritum ſanctum
non habet:non hꝫ vitam in ſe manētem:
q: ſicut non rem ſimilem: ſed diſſimilem
dico:anima hominis:vita corporis eſt:ita
vita anime:gratia ſpiritus ſancti. Unde ⁊
per apoſtolum dicitur. Factus eſt primus
Adam in animam viuentem. Secundus
autem in ſpiritum viuificātem. Qđ ſi ſpi/
ritus eſt qui viuificat animam:⁊ ipſe ſpiri
tus amor eſt:cum eſſe amor nō poſſit:vbi
odiū eſt:quomodo anima illa viuere po
teſt:que viuificātem ſpiritum dei: qui eſt
amor:in ſeipſa non hꝫ? Igitur odium cor/
de radicatum:peccatum eſt ad mortem:⁊
peccatum nihilominus ꝯtra ſpiritum ſan
ctum. Nam ſpiritus ſanctus amor eſt: qđ
eſt peccatum amori ꝯtrarium:niſi odiū?
Dicit autem Joānes. Filioli:hoc mando
vobis vt nō peccetis:ſed ⁊ ſi peccaueritis:
aduocatū habemus apud patrem Jeſū
Chriſtum iuſtum: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio pro
peccatis noſtris. Sed eſt (inquit) pecca/
tum ad mortem:pro quo non dico vobis:
vt quis oret. Hoc vtiqꝫ peccatum odium
eſſe:ex eadem epiſtola manifeſte apparet.
Unde ⁊ Caym in exemplum accipit:qui
ſimulatus liuore odij:ꝓprium iugulauit
germanum. Nec mirū ſi crimen odij tan/
ta plectitur pena. Si enim ꝯſumatio legis
charitas eſt:qđ eſſe poteſt odium niſi ꝯſu
matio peccatoꝝ? Sed non eſt ita intelligē
dum:quaſi non ſit orandum pro odienti/
bus:cum Chriſtus dicat. Orate pro inimi
cis veſtris:ſed non ita eſt orādum pro eo:
ſicut pro quolibet alio vitio:vtpote ꝓ paſ
ſione ire:aut gule:ꝯcupiſcentia oculoꝝ: ⁊
his ſimilibus:que ⁊ ſi quottidie ab inimi/
cis agantur:facile tñ oratione relaxari cre/
duntur. Nonnunq̄ȝ enim hoīes venunda
ti ſub peccato:ad hoc ex lege carnis trahū
tur:etiam ⁊ inuiti. Non tn̄ q̄ȝ orandum eſt
pro odio:ſicut pro alia paſſione:q: ſiue vo
lens quis odiat:ſiue nolens:qđ aliquando
accidere ꝯſueuit ex culpa precedētium de
lictoꝝ:quādiu tamen odit:manet in mor/
te:⁊ niſi deſinat odire:vitam penitus ha/
bere non poteſt. Unde ⁊ ſaluator ait. Si of
fers munus tuum ante altare:⁊ ibi recor/
datus fueris q: frater tuus habet aliquid
aduerſum te. Relinque ibi munus tuum
ante altare:⁊ vade prius reconciliari fratri
tuo: ⁊ tunc veniens offer munus tuum.
Si autem (teſte veritate) oblatio non ſu/
ſcipitur pro diſcordia: reſtat vt peccatum
odij:quod eſt radix diſcordie: deterius ſit
omni peccato: ⁊ in eo ſit conſumatio ira/
cundie dei. Nec mirum ſi peccatum odij
tam ſit execrabile apud deum:quandoqui
dem ⁊ apud homines nihil eo ſceleſtius:
nihil odibilius ſit. Quātumqꝫ etenim ſit
tibi frater improbus ⁊ moleſtus: dumta/
men de illius dilectione nō dubitas:equa
nimiter eum ſuſtines: equanimiter por/
tas. Si vero te ab illo odio ſcis haberi:
vix pateris:⁊ quantiſcunqꝫ blandiatur ob
ſequijs:quaſi quedam ſtercora blandimen
ta ipſa ꝯtemnis. Oramus ergo pro odien
tibus:⁊ calumniantibus nos: vt deus qui
omnia poteſt:viſitando corda eorum:a ca
thena impietatis eripiat ⁊ reuocet ad iter
charitatis ⁊ pacis. Non autem oramus:
vt manentes in odio ſalui fiant:quia ſcri/
ptum eſt. Omnis qui odit fratrem ſuum
homicida eſt:⁊ omnis homicida non ha/
bet hereditatem in regno Chriſti ⁊ dei.
Et notandum ꝙ ſi aliquis odit ꝓximum
ſuum quaſi inimicum dei putans eum he
reticum:aut ſciſmaticum:ſm̄ ꝙ Paulus
odiebat Chriſtum ⁊ diſcipulos eius:emu
lator exiſtens paternarum ſuarum tradi
tionum:non peccat peccatum illud: pro
quo non eſt orandum:quia ignorantia ex/
cuſat illum:ſicut ⁊ Paulus ipſe dicit. Mi
ſericordiam conſequutus ſum:quia igno/
rans feci. Unde ⁊ ſaluator poſitus in cru/
ce ait: de quibuſdam. Pater ignoſce eis:
quia neſciunt quid faciunt. Et hoc qui/
dem de illis qui putantes bonum malum
emulantes perſequuntur bonos: haben/
tes zelum dei: ſed non ſm̄ ſcientiam. Ce/
terum qui ſcienter odit deum ⁊ membra
eius: ipſe eſt qui peccat peccatum illud:
quod eſt in ſpiritum ſanctum: quod non

remittitur in hoc ſeculo: neq; in futuro
(dicente domino.) Uiderunt ⁊ oderunt
me ⁊ patrem meum: iam excuſationem
non habent de peccato ſuo. Unde ⁊ in do
minica paſſione: dicit euangeliſta. Sciebat
Pylatus ꝙ ꝓpter inuidiam tradidiſſent
eum. Igitur peccatum odij (quod alio no
mine vocatur iniquitas) ipſum eſt pecca/
tum in ſpiritum ſanctum: ⁊ peccatum ad
mortem: de quo dicit Joannes. Eſt pecca/
tum ad mortem: non pro illo dico: vt ro/
get quis: ⁊ quaſi quereretur: quod eſſet il/
lud peccatum: adiecit ⁊ ait. Omnis ini/
quitas peccatū eſt: ⁊ eſt peccatum ad mor
tem. Ecce aperte dicitur hic iniquitatem
peccatum eſſe ad mortem. Quod ſi ita eſt:
quod eſt ꝙ ſuperius dixerat. Omnis qui
facit peccatum: ⁊ iniquitatem facit: ⁊ pec/
catum iniquitas eſt? Et rurſum. Omnis
qui in eo manet: non peccat: ⁊ omnis qui
peccat non vidit eum. Et item. Omnis
qui natus eſt ex deo: peccatum non facit:
niſi vt intelligamus de illo peccato quod
ipſe iniquitatē cognominatur? Alioquin
quomodo ſtabit illud quod ſuperius dixe
rat. Si dixerimus quia peccatum non ha/
bemus: ipſi nos ſeducimus: ⁊ veritas in
nobis non eſt: ⁊ ſi dixerimus quia non pec
cauimus: mendacem facimus eum: ⁊ ver/
bum eius non eſt in nobis? Quis igitur
intelligeret verba iſta: niſi ipſe qui ligauit:
diſſereret? Si enim qui peccat ex deo non
eſt: quomodo ſi dixerimus: quia peccatum
non habemus: ipſi nos ſeducimus ⁊ veri
tas in nobis non eſt: niſi vt intelligamus
illud quod ipſe in fine intelligendum do/
cuit. Qui ſcit fratrem ſuum peccare pecca
tum non ad mortem: petat ⁊ dabitur ei vi
ta peccanti non ad mortem? Quid vero
eſt quod adiungit. Eſt peccatum ad mor/
tem: non pro illo dico: vt roget quis: niſi
vt de illo intelligamus peccato: quod ipſe
protinus ſubiungens exponit dicēs. Om
nis iniquitas peccatum eſt: ⁊ eſt peccatum
ad mortem? Reſtat ergo querere. Utrum
odium ſit peccatum iniquitatis: pro quo

dicit non orandum: quum nulli confiten/
ti ⁊ penitenti indulgentia neganda ſit: eti/
am in extremo articulo? Uideamus ergo
vtrum in his que ſupra ſcripta ſunt: ipſe ſe
metipſum exponat: ⁊ quid nobis voluit
intimare: aperiat. Si ꝯfiteamur (inquit)
peccata noſtra: fidelis ⁊ iuſtus eſt: vt re/
mittat nobis peccata noſtra: ⁊ emūdet nos
ab omni iniquitate. Et adiecit. Si dixeri/
mus: quia non peccauimus: mendacem fa
cimus eum: ⁊ verbum eius non eſt in no/
bis. Quod ſi iniq̄tas peccatum eſt ad mor
tem: pro quo nemo orare permittitur: q̄d
eſt qḋ dicit. Si ꝯfiteamur peccata noſtra: fi
delis ⁊ iuſtus eſt: vt remittat nobis pecca
ta noſtra: ⁊ emundet nos ab omni iniqui/
tate: niſi q: hoc ipſum eſt peccatum iniqui
tatis: nolle dimittere ⁊ confiteri peccata?
Quis eſt autem qui peccato carere non
vult: niſi ille qui deſperatus eſt: ⁊ quaſi ani
mal brutum: promptus eſt ad omnem ini
quitatem? Unde ⁊ de hoc peccato per pſal
miſtam dicitur. Dixit iniuſtus vt delin/
quat in ſemetipſo. In ſeipſo delinquit: qui
ſeipſum deſperando occidit. Et hoc qua/
re? Q: doloſe (inquit) egit: vt inueniatur
iniquitas eius ad odium. Et quid ibi ſeq
tur? Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus: no
luit intelligere vt bene ageret: iniq̄tatem
meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni vie
non bone: malitiam autem nō odiuit. Ec
ce (hoc eſt) iniq̄tas. Si dicis in corde tuo:
multa mala feci: multas iniq̄tates commi
ſi: nō eſt vnde primo peniteā fruſtra: cum
non ſit ſpes: qua poſſim reconciliari deo:
⁊ ſi recedam procul a timore dei: ⁊ faciam
quicq̄d mihi occurrerit faciēdum: gaude
bo dumad vixero cruciandus in fine: quin
immo non cruciabor: falſa ſunt enim oīa
que dicunt: nulla erit vita: ꝯſumata hac vi
ta. Hanc iniq̄tatem meditatus eſt iniuſtus
in cubili ſuo. Non igit̄ ſic eſt orandum pro
eo vt dimittantur eius peccata: quo illius
qui ꝯfitetur ⁊ penitet: q: niſi ex corde peni
teat: indulgentiam promereri non poteſt.
Hic ſolum pro illo orationem facere: ⁊ poſ

Oratio pro deſperatio

ſumus ⁊ debemus: vt deus (cui nihil eſt
impoſſibile) auferat duritiā cordis eius:
⁊ eum ſi ſibi plz ad ꝯfeſſionem ⁊ ſatiſfactio
nem ꝑducat. Pro eo autē qui confitetur:
lz omnibus chriſtianis preces effundere
apud miſericordem deum: vt ei remittat
dñs benignitate ſua: qḋ pro ſua infirmita
te: exſoluere pro velle non poteſt. Sicut
enim qui odit: indulgentiam ꝯſequi non
meret̄: ita qui diligit: ſecurus eſt: fiduciam
ſibi dāte veritate ipſa: que de peccatrice fe
mina diligente ſe dicit. Dimiſſa ſunt ei pec
cata multa: qm̄ dilexit multum. Lz ergo
de omni peccato: timendum ſit: magnam
tñ fiduciam non habentibus voluntatem
peccandi: Joānes iſte preſtat: cum dicit. Fi
lioli hec ſcribo vobis vt non peccetis: ſed
⁊ ſi quis peccauerit: aduocatum habemus
apud patrem Jeſum Chriſtum iuſtum: ⁊
ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Et
illud qḋ iam ſupra meminimus. Qui ſcit
fratrem ſuum peccatum peccaſſe: non ad
mortem petat: ⁊ dabitur ei vita: peccanti
non ad mortem. Illud vero peccatum qḋ
proprie vocatur iniquitas: ac ſi vorax Ca

Carib/dis

ribdis: que hominem pertrahit in profun
dum: metuendum eſt: q: quo ſemel inuol
uit: ſuffocat: ⁊ occidit. Pro huius metu
voraginis: multa diſſimulant prelati eccle
ſiarum: ⁊ errata q̄plurima ſuſtinent ſub/
ditorum. Suſtinent infantiam: patiuntur
adoleſcentiam: tollerant iuuentutem. Sed
⁊ cum fructum non inueniunt: niſi ma/
lum: iure iam indignari incipiunt: attamē
cum interna clementia: ⁊ modeſtia qua/
dam. Si vero nec ſic conuertuntur ad pe
nitentie fructum: ſed quod his deterius
eſt: alios quoq; ad malum concitant: ⁊ ꝓ
uocant ad peccandum: quid reſtat niſi ſen
tētia illa: quam impoſuit cultor vinee: qui
pro ficulnea exorauit? Siquidem (inquit)
fructum fecerit: ſin autem in futuro ſucci
des illam. Plerunq; tamen in vna quali
bet etate: velut quoddam ſemen herbarū
citius currit hō ad malitie culmen: etiam
in minori etate: q: nimirum: vt puerorum

aliq: diuina inſpiratione compūcti: ſemet/
ipſos tranſcēdant: ⁊ infra annos pubertas:
canos perfectionis producunt: ita nōnul
li dyabolico inflati ſpiritu: nihil obmittūt
prauitatis cōmittere in etate puerili: adeo
vt multos ſenes aſtutia iniquitatis exſupe
rent. Siue ergo illos qui quaſi gradatim:
⁊ per tempora ad peiora facinora dilabun
tur: ſiue eos qui ſceleribus fructum iniqui
tatis producunt: ſuſtinere amplius non
oportet eccleſiam: q: ⁊ ſi eis eſſet deferen
dum pro tempore: ne forte eos viſitet dñs
⁊ eripiat a vinculo Sathane: quo captiui
tenentur: ne tamen videantur conſentire
qui preſunt: ſi enormia q̄ miſericorditer
ſuſtinent: bonum eſt magis: vt vnus pe
reat: q̄ multi periclitentur in vno: preſer
tim: cum de eis: ſalus dubia ſit: detrimen
ta vero per eum manifeſta non pauca.
Quis enim quot virgines per vnum pra
uum hominem: quem eccleſia patitur vt
conuertatur: violentur: ignoret? Ergo
ne iuſtum eſt: vt dum vnum ferire: ne
moriatur: metuit: multos innocentio/
res: ad mortem protrahi patiatur? De/
bemus ergo ad tempus ſaluti peccatoris
clementer: ac benigne: conſulere: in ſpi/
ritu manſuetudinis: errantem ſepenu/
mero exhortari: quamdiu eius (vt iam
dixi) miſeriam: ſine multorum detrimen
to tollerare valemus. Quod ſi nihil pro/
ficimus: oportet eum tandem aſſumpto
zelo: velut in quarto anno corripere: ſi
forte exaſperatus redeat ad cor: ⁊ a pra/
uis operibus reſipiſcat: in quinto vero
ſi non corrigitur: vti ferro inciſionis.
Sed quare iſtud? Quia non poteſt ho/
mo diu manere in eodem ſtatu: ſed
aut a bono pergit in melius: aut a ma/
lo cadit in peius. Sicut enim boni in
melius: ita mali proficiunt in peius.
Iſti namq; fidei ſue addunt patienti/
am: patientie humilitatem: humilitati
ſpem: ſpei vero charitatem. Illi in/
credulitati ſue: apponunt impatienti/
am: impatientie ſuperbiam: ſuperbie de/

ſperationem: deſperationi odium. Sicq; fit: vt quomodo electi in quinto loco accipiunt ignem diuinum: donum .ſ. ſpiritus ſancti: ita reprobi velut in quinta apoſtaſia: incidant in odium: quod eſt contrarium charitati: ꝛ ob hoc ſupra modum mortaliter peccant: quia in ſpiritum ſanctum: ꝛ incidunt in crimen illud peſſimum: quod non remittitur hominibus: neq; in hoc ſeculo: neq; in futuro. Et ſciẽdum ꝙ vſq; ad tertium precipitium ſuſtinet dominus peccatorem: parcens ꝛ miſerans delinquenti. In quarto terribiliter minatur: non conuerſo in tribus: in quinto vero non remittit: nec in hoc ſeculo: nec in futuro. Hinc eſt enim ꝙ per ꝓphetam dicitur. Hec dicit dominus. Super tribus ſceleribus populi: ꝛ ſuper quartũ: non conuertam eum. Qui enim in tertio non conuertitur: ſuper quartum ſe dominus non conuertere dicit. Quia qui peccato infidelitatis addit impatientiam: impatientie ſuperbiam: ꝛ non conuertitur: iam ſuper quarto tollitur ſpes vt conuerti poſſit: quia deſperatio que ſuccedit in quarto loco: vicina eſt peccato: qđ eſt ad mortem: ꝛ tanto difficilius ad vitam remeat: quanto a calore fidei deſperando recedit. Et tamen ſi adhuc poteſt: conuertatur ꝛ viuat: ne forte qui quatriduanum excitauit a mortuis: ꝛ qui minatus eſt ficulnee: flexus eſt ad precem cultoris: miſereatur etiam nunc: cum ſe non miſereri iam dicit. Sed de tribus ſceleribus videamus: cur ꝛ ab ipſis non tollitur ſpes: aut

Ioān .io

cur magis a quarto ꝙ̃ a tribus tollatur. Prius tamen oportet breuiter dicere: ꝙ ſicut in ordine quatuor animalium: aliquãdo preſcribitur homo: vtpote in Ezechiele propheta: aliquando leo: ſicuti in hoc libro: ita aliquando incipimus ab humilitate: que pertinet ad hominem: ſiue a ſuperbia que eſt contraria eius: aliquando a fide vel infidelitate. Etenim ꝛ fides ſm aliquid: ꝛ ſm aliquid humilitas prima eſt. Quocirca ſi aliquando a fide: aliquando incipimus ab humilitate: non eſt incurie: ſed auctoritatis. Utrunq; enim licet: ꝛ ideo vtrunq; tenemus. Ut autem quod querebatur: accedat primam perditionis cauſam: peccatum eſſe ſuperbie: omnibus catholicis notum eſt. Hac vnigenitus dei filius volens in prima fronte perimere: venturus ad redimendum mundum: nõ in ſua maieſtate venire voluit: ꝛ virtutem oſtendere poteſtatis: ſed qui erat deus factus eſt homo: qui erat magnus factus eſt paruus: qui diues erat factus eſt pauper: ꝛ qui dominus: ſeruus: vt ſm nomen eius ꝛ gloriam: ſic eſſet laus eius in fines terre: vt bonum humilitatis: quod ſuperbe contempſerant creature: ꝙ̃ ſit precioſum ꝛ deo dignum: operando potius ꝙ̃ loquendo monſtraret. Quicunq; ergo poſt hoc ſuperbire non metuit: magnum valde crimen committit: peccans vtiq; in ipſum Chriſtum: qui paruus ꝛ humilis factus eſt. Ut enim perſtringamus pauca de multis: qui ſciens paupertatem regis ſui: erubeſcit egere: nonne Chriſtum offendit: poſitum in preſepio? Qui erubeſcit aſcendere mite animal Chriſti: ꝛ ſpumantis ſibi equi arrogantiam querit: nonne regem ſuum offendit: quem ſediſſe ſuper aſinum reminiſcitur? Qui miniſtrare dedignatur equalibus: nonne dominum ſuum offendit: lauantem pedes diſcipulorum ſuorum? Qui ergo poſt Chriſti humilitatem ſuperbire non confunditur in eccleſia dei: ꝛ contra preceptum eius contumaciter pergit: quaſi vnum ſcelus dignum damnatione committit. Ut vero que hominibus impoſſibilia ſunt: deo non eſſe impoſſibilia (teſte ipſa veritate) didicimus: qui amore glorie temporalis conuerti refugit: tangitur plerunq; a domino: in eo quod magis amat: vt dum quaſi cathena ferri: qua erat obligatus: rumpitur: ſaltem vel percuſſus: conuertatur ad deum. Sed ecce ſecundus hoſtis velut e latere conſurgens: querit ſubuertere opus dei: ꝛ apponere iniquitatem ſuper iniquitatem.

Peccatum in Chriſtũ



Incipit enim homo ſtimulatus a Dyabolo: murmurare in flagellis: ꝛ erumpere in voce contra dominum: neſciens: aut paruipendens penſare ſm opus Chriſti: quod ſuſtinuit propter nos: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius. Peccat igitur qui ſic murmurat in Chriſtum paſſum: qui non pro ſua culpa: ſicut nos: ſed pro noſtris criminibus paſſus eſt. Patitur tamen dominus: ꝛ hoc crimen ſecundum addens adhuc ↄuertere peccatorem. Qui enim Chriſtum ſuum reſuſcitauit a mortuis: ſuſcitat afflictum a miſerijs flagellorum: vt accepta miſericordia: confortetur ꝛ viuat. Si autem liberatus a flagellis: non credit ꝙ ad hoc percuſſerit eum dominus: ꝛ ſanauerit: vt decetero non in peccato: ſed in iuſtitia viuat: ſed deputans

fortũa

vtrunq; fortune: non querit que dei ſunt: ſed que mundi: quaſi tertium ſcelus committit: peccans in eum qui mortuus eſt propter peccata noſtra: ꝛ reſurrexit propter iuſtificationes noſtras. Sed ꝛ plerunq; cui plus medicus videt non profuiſſe flagella: querit illum blanditijs reuocare ad ſe ſublimans eum ſecum in altum: ꝛ faciens ei contra ſpem cuncta proſpera euenire: ſi quo modo recogitet ꝛ cõſideret longanimitatem patientie dei: ꝛ querat videre bona domini in terra viuentium. Qui ergo conuertitur: vel iſto modo: inueniet adhuc ſalutem. Qui autem nec iſto modo conuertitur vt credat in eum qui pauperem facit ꝛ ditat: humiliat: ꝛ ſublimat: ſed quia ſibi (vt ipſe putat: ꝛ vt aiunt quidam) videt arridere fortunam: priuatur ſpes eius a deſiderio future beatitudinis: ꝛ incipit caducas huius vite ſperare diuitias ꝛ honores: eo magis meretur indignationem illius: ſine quo: nec paſſer cadit in terra: quo nec per aduerſa flagellorum: nec per proſpera vite huius reuertitur ad eum qui fecit illum: ſed ambulat per vias deſideriorum ſuoꝝ. Igitur ſuper quarto ſcelere: non conuertit eum dominus: ſed dimittit eum ſm deſideria cordis ſui: ne forte ſi verum tangit eum plaga: iterum incipiat blaſphemare. Mittit tamen ad eũ nuncios ſuos: qui ei aperiant vias ſuas a principio vſq; in finem: ſiue confortando illum in aduerſis: ſiue deterrendo in proſperis: ne forte ſe de ignorantia: aut inhertia predicatoꝝ excuſet. Qui ſi forte ad extremum: in tedium ei vertitur verbum dei: ꝛ nõ ſolum non recipit correptionem: verumetiam quaſi nuntium mali: deridere incipit ꝛ odire: ſpernens ꝛ ipſum qui miſſus eſt: ꝛ eum qui miſit illum: quid reſtat niſi vt abſcidatur mala arbor: ꝛ in ignem mittatur? Nam ꝛ propter diuerſas infirmitates: nõ vnum tantum qui occurreret forte vni: ſed diuerſos ordines predicatorum voluit eſſe deus in eccleſia ſua: vt qui non audit primum: audiat vel ſecũduz. Et quidem laudabilis eſt: qui corrigit ad vocem epiſcopi loquentis communiter in eccleſia: ꝛ iubentis mandata dei: ſiue prohibentis contraria: quaſi poteſtatem habentis: animaduertens illud quod dicit apoſtolus. Qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autem tam durus eſt: vt nolit obedire epiſcopo: niſi ſciat id quod precipit eſſe mandatum dei: audiat vel dyaconum legentem euangelium dei: ꝛ conuertatur ꝛ viuat. Si autem ſe dicit non intelligere: audiat vel ſacerdotem habẽtem officium docendi: ꝛ exponentem ſibi quottidie verba dei. Si autem quia forte vita eius contemptibilis apparet: contemnit qui huiuſmodi eſt: predicationem illius audiat vel heremitam: cui nihil cum mundo cõmune. Si autem omnes abijcit: omnes contemnit: ꝛ etiam (vt ita dixerim) ipſum Helyam: quid expectatur ab Heliſeo: niſi effuſio phyale iracũdie dei? Uerum hoc de quolibet prauo homine nolẽte intelligere: vt bene agat.

¶ Nunc de multitudine populi mundani (cuius cauſa eſt ſimilis) videamus. Licet enim pro electis tantummodo dictum

¶ Meſſis quidem multa: operarij pauci: rogate ergo dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam: nihilominus tamen ⁊ ad reprobos: quorum infinita eſt multitudo: multi enim ſunt vocati: pauci vero electi: miſſi ſunt ijdem operarij: vt excuſationem non habeant: ⁊ communiter vtriſq; loquuti ſunt verba dei. Miſſi ſunt autem ſm̃ tempus ⁊ tempus: primo apoſtoli: ſecundo martyres: tertio doctores: quarto contemplatores: ⁊ non audiuit eos mundus. Et ob hoc in q̃nto tempore miſſi ſunt alij: qui effunderent ſuper genus phyalas iracundie dei vt induratum ⁊ obcecatum ambulet in tenebris: ⁊ neſciat quo vadat: donec in ſexto tempore mittantur iudices contra illud: qui auferant de terra memoriam Babylonis: vt non vocetur in eternum genus peſſimorum. Igitur ſi ea que ſupra notauimus: ad animum reuocamus: a quarto gradu: vel ordine: vel tempore: initiatus oſtenditur iſte zelus: ſed tamen in quinto conſummationem accepit. Multis autem modis: ⁊ non vno tantum congruens eſt zelus dei: ſpecialibus viris: ſiue qui in Helya: ſiue qui in Helyſeo deſignati ſunt: tum quia qui amplius diligit: ampliori zelo accenditur contra delinquentes: tum quia illos amplius decet zelari: quorum vita irreprehenſibilis eſt: ⁊ quibus manifeſtatio ſpiritus teſtimonium reddit. Deinde quia talibus viris magis ſolent homines contumaces deferre: deinde quia non eſt vn de timeant: ſi aduerſus eos ſcandalum concitatur. Hi plerunq; verbo: plerunq; epiſtolis: ⁊ mandatis: culpas delinquentium increpant: eis autem qui incorrigibiles ſunt: omnino moti animis comminantur. Quanta autem virtus ſit in ore ſpiritualium virorum ad faciendam vltionem: teſtat̃ beatus papa Gregorius in libro dialogorum: exemplo ſancti Fortunati: qui motus animo pronunciauit moritur eum qui prius percuſſit cymbala: ꝙ ipſe aperiret os ad benedictionem dei: ⁊ alterius viri ſancti:

Gregorius.

ad cuius vocem percuſſi ſunt quatuor viri morbo elephantino: ſed ⁊ beati Benedicti: quem dicit tantam gratiam fore conſequutum: vt ſi quid vnq̃ʒ: non iam decernendo: ſed minando diceret: tantas vires ſermo illius habebat: ac ſi hoc non dubie: aut ſuſpenſe: ſed iam per ſententiam protuliſſet. Uerum hoc ad oſtenſionem potentie: non ad exemplum interne ſubuerſionis eorum qui condemnantur in ſpiritu: adeo vt non poſſint vltra ſurgere a reatibus ſuis. Alia eſt enim plaga exterior: que paucos tangit: alia interior: que multos includit. Cauſa vero plage interioris: vel potius occaſio iſta eſt. Eſt aliqs peccator ambulans in erroribus ſuis: qui verba dei nõ ſolum facere: ſed nec ſicut expedit audire poteſt. Hunc aſſumẽs preſbyter ſuus: querit reducere ad viam vite incipiens a ſpiritu manſuetudinis: ⁊ confirmans in eo omnem charitatem: ſi quo modo dulcibus electuarijs ⁊ vnguẽtis lenibus delinitus: vires accipiat ⁊ ſanetur. Idcirco enim a principio oſtenſus eſt ſpiritus ſanctus in ſpecie columbe: vt non prius liceat predicatori exacerbare peccatorem: ꝙ verbis prius pacificis inuitetur ad gratiam: ⁊ nõ eſt quod alij dat̃ a domino ſm̃ plus ⁊ minus: dico ſpiritus manſuetudinis: qui precedat in populo peccatore: ſicut Moyſi: alij ſpiritus zeli: ſicut Helye ⁊ Helyſeo ad faciendum iudicium in populo non credente: ſed ambulante vſq; in finem in aduẽtionibus ſuis. Sic ſic ſanctis apoſtolis: ⁊ euangeliſtis ⁊ doctoribus ſpiritus manſuetudinis datus eſt ad ſalutem (dicente domino Ioãni: qui volebat iam tunc temporis imitari zelum Helye.) Neſcitis cuius ſpiritus eſtis? Filius hominis non venit animam pdere: ſed ſaluare. Non enim omnibus ſanctis datus eſt ſpiritus Helye: ſed aliquibus. Oportebat enim preire ſpiritum mãſuetudinis in apoſtolis ⁊ alijs predicatoribus veritatis: ⁊ ſequi tandem ſpiritum Helye ⁊ Helyſei circa finem ad faciendum vindictam in nationibus: ⁊ in- Pla.

crepationes in populis. Et hoc quidem in ſanctis operatur deus. Quid vero ſpiritus malus in filijs diffidentie? Quamdiu ſancti predicatores palpant: ⁊ liniunt plagas eorum: honorant ⁊ reuerentur eos: ſicut ⁊ Herodes Ioannem: anteq̃ʒ argueret eum de vxore fratris ſui. Si autem poſt multas exhortationes ⁊ dulcia verba ſanctorum: quibus paſcitur peccator ⁊ non corrigitur: venit repente ad eum alius in ſpiritu Helye ⁊ Helyſei: aut corrigitur ad verbum eius: ſi corrigendus eſt: aut effectus de correctione deterior: mox deſperat: ⁊ quod eo deterius eſt: incipit perſequi ⁊ odire medicum: qui plus ſalutem eius diligit: q̃ʒ vitam ſuam: adeo vt nec timore mortis obmiſerit loqui ſibi in virtute dei: ſi quo modo poſſit eum liberare a morte: ⁊ ſoluere a vinculo captiuitatis ſue. Hec igitur cauſa eſt: cur increpatio ſeua ſanctorum plaga nouiſſima dicta eſt: ⁊ quia in ipſa conſumata ſit ira dei: nimirum: quia in alijs verbis ſanctorum retinetur per tempora impetus ire dei: eo ꝙ ſimulẽt ſancti loqui peccatoribus verba dura: vt non corruant in foueam deſperationis: in iſtis quia tempus eſt iudicij: quo ad iſtud non attenditur: quid inde ſequatur: ſed aut faciat fructum ſterilis arbor: aut excidat̃: vt areſcat: ⁊ in ignem mittatur. Magnum igitur eſt hoc ſignum ⁊ mirabile: qð viſum eſt in celo (hoc eſt) in ſpirituali intellectu: q̃ ſatis admirant̃ homines: cum incipiunt videre: qð aliquando non videbant: ⁊ intelligere aliq̃ occulta iudicia que non intelligebant: de quorum numero hoc erat magnum ſatis ⁊ mirabile: cur. ſ. alij ſancti pepercerunt viris impijs ⁊ ſuſtinuerunt eos vſq; ad mortem: alij punierint eos ⁊ occiderunt: ⁊ cur aliq loquantur peccatoribus humiliter ⁊ benigne quaſi fratribus ſuis egrotãtibus ad mortem: alij in zelo q̃ſi hoſtibus dei: ⁊ tñ vtriq; beneficiãt: ⁊ vt in vtriq; faciant: ab vno dño ꝯſequantur? Eſt enim hoc ipſum ſignum magnum ⁊ mirabile: ⁊ ideo aliqd aliud: qð maius eſt ſeipſo: ſignificat. Et qð eſt illud? Aduẽtus redẽptoris ⁊ iudicis. Una pſona eſt Chriſtus Ieſus: ⁊ tñ deus ⁊ homo. Uenit primo quaſi hõ in ſpiritu lenitatis: venturus eſt ſcðo: quaſi deus in ſpiritu iudicij ⁊ ardoris. Uenerat primo vt redimeret mundum: venturus eſt ſcðo: vt iudicet genus humanum. In primo aduẽtu aiati ſunt peccatores: in ſcðo timebunt ⁊ iuſti. Qui igit̃ ſic ſibi blãdit̃ de miſericordia vt nõ timeat iudicium. ſtultus eſt: q̃ vtrumq; eſt dñs: miſericors. ſ. iuſtus. Ecce huius rei ſignum eſt. Et q̃uis nõ ptineat ſpecialr̃ hoc ſignum: qð in ſex vel ſeptem angelis oſtẽſum eſt: niſi ad diem iudicij: q̃ tñ plage ipſe angelorum nouiſſime dicte ſunt: ſubintelligit̃ preceſſiſſe alia tpa: ⁊ alias plagas: quarum reſpectu hee plage nouiſſime dicte ſint: que oia velut initialia quedam memorãda erãt: vt ex collatione eorum: poſſet intelligi ipſum ſignũ. Neq; enim ad ſe di ſimplr̃ quinarius numerus: ſed ad q̃tuor precedẽtes. Per tria etenim tpa (vt iam diximus) expectata ficulnea: in q̃rto erat oĩno (iubẽte dño) ſuccidenda: ſʒ abundauit in miſericordia dñs vinee: vt eam anno q̃rto equanimiter ſuſtineret: ſuccidẽdam abſq; dubio in anno q̃nto: ſi in q̃rto nequaq̃ʒ faceret fructum: qð qualr̃ ꝯueniat q̃nq; partibus libri huius: ⁊ qua gratia rõnis effuſio phyalarum reſpiciat: ꝓpter q̃ntum ordinem ſufficienter (vt credimus) dictum eſt: q̃ nõ pro modo verbi ſufficiẽter dictum ſit: qð magno volumine indigeret: ſed nos hoc in tranſitu dixiſſe arbitramur ſufficere: qui ad alias abyſſos q̃ʒtotius trãſire tenemur: ⁊ ſcrutari cetera que ſequunt̃. Abyſſus enim abyſſum inuocat: q̃ pfundum vnius ſcripture aliud profundum inuitat: ⁊ q̃ʒto plura dicunt̃: tanto plura remanent que dicantur. Ad ſequẽtia igit̃ maris tranſeundum eſt: ⁊ qd i alio abyſſo lateat videamus. Sequitur. Psal.

¶ Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne. T. 2.

¶ In veteri teſtõ legimus Salomonẽ fe-

ciſſe mare eneum: in quo repleto aq̄ lauarē
In populo lex tur ſacerdotes. Hic autem mare vitreum:
z hoc mixtum igne oſtenſum eſt in ſpiri/
tu archanorum celeſtium rimatori: quia
veteris teſtamenti baptiſma: ſordes qui/
dē exteriores abluere poterat ſicut aqua
interiores non poterat: immunditias ve/
ro interioris hominis: ſolus ignis conſu/
mit diuinus. Et rurſum verba legis ſona
re populus ille carnalis: eris mare tynniē/
do poterat: videre autem per ſpeculum
in enigmate: proprium eſt fidelium Chri/
ſti. Verum quia nec iſtud omnibus da/
tum eſt: quos vnda baptiſmatis abluendo
purificat: nec ita deſpicimus baptiſmata
prioris teſtamenti: vt noſtrum quoq; ba/
ptiſma pariter confitemus: congruētius
in mari eneo: vitam intelligimus ſacerdo/
talem: in mari vero vitreo conuerſatio/
nem monaſticham. Debet ſane ſacerdota/
lis vita predicatione eſſe ſonora: mona/
chorum: qui z ad hoc vocati ſunt: con
templatione perſpicua. In aqua etenim
verbum: in igne donum ſpiritus deſigna/
tur. In aqua doctrina littere: que non eſt
preter fidem: in igne ſpiritualis z viuifi/
cus intellectus. Et illa quidem doctrina:
ſi ſane vtimur ea: emundat grauiora crimi
na: hec vitia ſpiritualia diligēter exſiccat.
Poſtremo illa animum virtute humilita
tis inſtruit: hec humilitatum igne charita/
tis accendit. Quod autem mare iſtud: nō
ad quoſlibet fideles pertineat: ſed ad ſo
los perfectos: ſequentia manifeſtant: cum
ſubditur.

E.3. Et vidi eos qui vicerunt be/
ſtiam & imaginem illius, & nu/
merum nominis eius, ſtantes ſu/
per mare vitreum.

Si in beſtia deſignatur multitudo in/
fidelium perſequentium eccleſiam dei: in
imagine: doctrina ipſius beſtie: in nume/
ro nominis: numeroſitas vitiorum: quos
melius eſſe dicimus qui tria iſta vicerunt

q̄z illos de quibus dicit Auguſtinus. Nul
los comperi meliores q̄z qui in monaſte/ Aug.
rijs profecerunt. Tres deniq; ordines com/
mendat idem vir: ſuper librum pſalmo/
rum: Laycorum primum: clericorum ſe
cundum: monachorum tertium. Et qui/
dem ab horum primo exigitur ſpecialiter
victoria beſtie: a ſecundo non ſolum be/
ſtie: verumetiam z imaginis: a tertio non
ſolum beſtie z imaginis: verumetiā z nu
meri nominis illius. Sufficit enim layco
ſeruare viriliter fidem ſuam: z pugnare
pro ipſa vſq; ad mortem: dummodo non
maneat in mortali peccato. Clerico non
ſufficit ſeruare fidem: quia os layci: cleri/
cus eſſe debet: quando quis interrogat
de doctrina Chriſti: z neceſſe habet ſtare
in acie in die prelij: aduerſus inſidias he/
reticorum: z confundere eos qui contra fi
dem ex aduerſo conſurgunt: ſicut de bea/
to Stephano ſcriptum eſt. Surrexerunt
quidam de ſynagoga: diſputantes cum
Stephano: z non poterant reſiſtere ſapiē/ Actuū
tie z ſpiritui qui loquebatur. Si enim in
terrogantur layci de fide ſua: aut ſe ſimpli
citer chriſtianos eſſe profitentur: aut ſe cre
dere dicunt in patrē: z filium: z ſpiritum
ſanctum. Si autem queritur de ratione
huius fidei. Reſpōdent. Non eſt noſtrum
de hoc reddere rationem: quia layci ſu/
mus: z ydiote: z ignorātes legem dei: ſed
ſunt apud nos doctores noſtri: a quibus
poteſtis iſta ſciſcitari: qui vobis ad omnia
interrogata ſufficienter reſpondeant. Hec
enim ſolet eſſe excuſatio laycorum: ad eos
qui ſe interrogant de fide ſua. Quod ſi ita
eſt: quomodo ſtabit fides laycorum: ſi cle/
rici deficiunt in reſponſis doctrine? Ne/
ceſſe eſt ergo: vt tales ſint: qui tam fidei
conſtantia q̄z doctrine puritate ſuperent
beſtiam z imaginem eius: q̄tenus nec mē
bra deficiāt in tormētis: niſi cū victorie pal
ma: nec verba in reſpōſione: q̄z diu loquen
di virtus z facultas ineſt. Sane victoria
nois huius beſtie: qui manet in multitu/
dine illoꝝ delictoꝝ: que q̄dem: z ſi ab alijs



iudicentur venialia: a pfectis tñ viris: ac ſi
mortalia deuitantur: a veris z deo dignis
monachis: q̄bus lz viuere: ſicut liber: po/
tius q̄ ab alijs exgri pōt: non q2 z in ordi
ne laycoꝝ: aut clericoꝝ: non fuerint multi
qui ſub ſpecie layci: ſiue clerici pfectionem
monaſticham obſeruarint: ſicut ecōtrario:
multi habentes habitum monachi: longe
ſunt a pfectione illa quam habitus figura
pretēdit: ſed q2 priuata: ſolēnibus: non pre
iudicāt: nec gratia occulta manifeſti doni
ordinem ſoluit. Vt enim pretermittam ce
tera: ad q̄d religioſus aliq̄s ingredit clau/
ſtrum: de quo ſine mādato: non lz egredi:
vel ad horā: niſi vt auertat oculos ſuos ne
videat vanitatē: vt abſtineat aures ſuas ne
audiat cātica meretricū: z verba filioꝝ hu
ius mundi: pro q̄bus ſe ppheta immūduz
labijs eſſe gemebat: vt abſtineat a verbis
ocioſis: z a ſupfluo voluntate ciboꝝ: necnō
ab oi munere z proprietate habendi aliq̄d
abſq; certo mādato: z qd̄ his oibus maius
eſt: a pprio arbitrio voluntatis: quatenus
calcata tam multiplici materia vitioꝝ: ipſa
quoq; vitia ſine difficultate vincant. Dif/
ficile eſt enim valde vincere vitia: vbi mul
tiplex eſt z valida materia vitioꝝ: magnū
eſt z pro magno habendum: ſi aliq̄s ſic vi
uit in ſeculo: vt nō preualente hoſte: ſupet
ab eo. Neq; enim q2 nō ſuperatur: idcirco
mox eſt aliquis pro victore habendus: q2
aliud eſt reſiſtere hoſti: z ſtare iugiter in
acie ne vincat: aliud eſt deuicto hoſte: in
tranq̄llitate manere. Et ille q̄dem coronā
dus eſt: q2 viriliter certat: z nō deſinit cer
tare vſq; ad mortem: ſed iſte ſublimat in al
tum: vt ſedeat in throno Chriſti: q2 certa/
uit z vicit. Ergo qui vicerunt beſtiam per
fidem deſpicientes regnum mundi: quod
ipſius eſt: z imaginē ipſius per ſapiētiam:
que de celo eſt: nō recipiētes aliam doctri/
nam: quam ſeruat z predicat Romana ec
cleſia: z numeꝝ nois eius: per orationem:
z ieiunium: z alia exercitia ſpiritualia: viſi
ſunt ſtare ſupra mare vitreum: qd̄ eſt mi/
xtum igne: q2 illis ſolis ꝯcedit vita ꝯtem/

platiua: z ſentire ardorem charitatis dei:
q̄bus datum eſt de his tribus bellis: virili
ter triumphare. Qui vero ſunt illi qui ex/
ſupant: niſi hi qui nō ſolum ſua: verūetiam
ſemetipſos relinquunt: illius culmen pre
cepti apprehēdere cupientes: quo dr̄. Niſi
q̄s renunciauerit oibus que poſſidet: non
pōt meus eſſe diſcipulus? Neq; enim qui
monachus dr̄: monachus eſt: ſicut nec cle
ricus: q̄cūq; clericus: nec chriſtianus: qui/
cūq; dr̄ chriſtianus. Qui ergo vere mona/
chus eſt: nihil reputat eſſe ſuum: niſi cytha
ram: niſi nouum hoiem qui ſm̄ deū crea
tus eſt: aut operationem ſpiritus ſancti: in
qua reſonāt tres corde generales: de q̄bus
apoſtolus. Manēt autem: fides: ſpes: cha/
ritas: tria hec. Nō enim pōt illud cor abſo
lute laudare deum: qd̄ rex imaginibus: z
mundi ſollicitudine occupat. Vbi eſt the/
ſaurus tuus: ibi eſt z cor tuum. Tūc enim
per fidē: z ſpem: z charitatē: in corde no
ſtro dulciter cātamus: ſi nullius amore cu/
piditatis: alius occupat. Vnde nō immeri
to victores illoꝝ trium habere dei cytha/
ras deſcribuntur: q2 qui mundi cupiditati
bus vacua ſua corda cuſtodiūt: digni ſunt
qui celi adimpleant muneribus: ſicut edi/
uerſo: indigni ſunt induere nouū hoiem:
qui expoliari a veteri paruipendunt: z ha
bere dona ſpiritus ſancti: qui munera ſecu
li: non recuſant. Qui ergo vult habere cy
tharam: nō ſolum beſtiam: z imaginem: ſz
z numeꝝ ſupare ꝯtendat: q2 non pōt Xpi
ꝯuerſationem accipere: qui veſtigia primi
hois per carnis opa imitat. Qui vero illa
tria ſupat: triū cordaꝝ cytharam dño lar
giēte: ꝯſequitur: q2 qui nec terrore minaꝝ
eius frangit: vt obediat illi: nec colore do/
ctrine eius decipitur: vt recedat a ſpe ſua
quam hz in Chriſtū Ieſum: nec preſentia
amoris carnalis demulcet: vt deſerat amo
rem dei quem accepit per effuſionē z in/
fuſionem ſpiritus ſancti: pfecto: fidei: ſpei:
z charitatis: munera habere pbatur: ſine
quibus laudare deum corde z animo: non
valemus: z in q̄bus dei laus integra z pfe/

Pſalmo. cta ↄſiſtit. Laudate eum (inquit) in pſalte
rio: ⁊ cythara. Sed quare in pſalterio? Qꝛ
In populo lex plenitudo legis in pſalterio ↄtinetur. De
cem ſane corde: decem precepta legis deſi/
gnant: in qbus plenitudo iuſtitie contine
tur. At qꝛ longum erat diſcurrere per pre/
cepta: magiſqꝫ ex preceptoꝝ multitudine
peccandi occaſio preſtabat: miſſus eſt alius
propheta qui diceret. Verbum breuiatum
faciet dñs ſuper terram. Verbum breuia/
tum: qd ſit: apoſtolus manifeſtat: cum di/
cit. Manent autem: fides: ſpes: charitas:
tria hec: maior autem his eſt charitas. In
de eſt ꝙ in libro iſto: in cytharis sancti iu/
bilant: qꝛ veniens in carne dominus: no/
luit expreſſione multoꝝ preceptorum de/
terrere corda diſcipuloꝝ: ſed poſt aliqua
que pertinẽt ad fidem ⁊ ſpem. Hoc eſt (in
quit) preceptum meum: vt diligatis inui/
cem ſicut dilexi vos. Sed iam nunc videa
mus ⁊ audiamus: quid cantent: qui talia
munera perceperunt: ⁊ cuius eſſe dicatur
canticum: quod cantare meruerunt. Di/
cens enim.

E.3. Habentes cytharas dei (proti
nus adiecit ⁊ ait) Et cantantes canti
cum Moyſi ſerui dei: & canti/
cum agni, dicentes. Magna, &
mirabilia ſunt opera tua domi/
ne deus omnipotens: iuſtæ & ve
ræ viæ tuæ: rex ſeculoꝝ. Quis
non timebit te domine, & ma/
gnificabit nomen tuum? Quo/
niam tu ſolus pius es: quoniam
omnes gentes venient, & adora
bunt in conſpectu tuo: quoniam
iudicia tua manifeſtata ſunt.

Hoc canticum quo ad litteram: nec in
verbis Moyſi: nec in verbis agni manife
ſte reperitur. Qḋ ergo Moyſi legiſlatoris:
⁊ agni gratie largitoris: cõmune eſſe dici/
tur: ſicut ſpiritualiter dictum eſt: ita ⁊ in
ſpiritu intelligendum. Pro eo enim ꝙ or
do monachorum: procedit ab ordine lay/
coꝝ ⁊ ordine clericorum: in typo ſpiritus
ſancti: qui procedit a patre ⁊ filio: canti/
cum qḋ ſpecialiter pertinet ad eos: cõmu/
ne Moyſi ſerui dei: ⁊ agni eſſe phibetur:
vt timoris pertinens ad ſeruum: ⁊ amoris
pertinentis ad filium eſſe videatur: iuxta
illud pſalmiſte. Seruite domino in timo/ Ps.2.
re: ⁊ exultate ei cum tremore. Qui enim
dicunt. Quis nõ timebit te: ⁊ glorificabit
nomen tuum: timere ſeipſum: quem timẽ
dum predicant: ⁊ docẽt. Et qui protinus
adiungunt. Quoniam tu ſolus pius es: p
fecto amare ſe indicant: quem pium eſſe fa
tentur. Et notandum ꝙ cauſa timoris ↄti
netur in verbis precedentibus: qbus dici
tur. Magna: ⁊ mirabilia ſunt opera tua
domine deus omnipotẽs: iuſte ⁊ vere vie
tue: rex ſeculorum. Cauſa amoris in ſubſe/
quentibus: qbus ⁊ dicitur. Quoniam om
nes gentes venient ⁊ adorabunt in ↄſpe/
ctu tuo: qm̃ iudicia tua manifeſtata ſunt.
Quoniam (inquiunt) magna ⁊ mirabilia
ſunt opera tua: que te feciſſe: ſcripſit Moy
ſes. Et iuſte ⁊ vere vie tue: quibus paucis
oſtẽdiſti miſericordiam: multis iudicium:
quis iſta conſiderans non timebit te: maxi
me qui ignorat vias ipſas iudicioꝝ tuoꝝ?
Et qꝛ ita nunc in fine ſeculorum abundas
pietate: vt gentes quas aliquãdo proiece/
ras: ſuſcipias ad ſalutem: ⁊ iudicia que ali
quando erant obſcura: quare ita pcuſſeris
cecitate populum gentilem: nunc manife
ſtata ſunt mundo: ſcientibus ⁊ intelligen/
tibus ſeruis tuis: ꝙ ideo percuſſeris vt ſa
nares: qs non glorificabit te: ⁊ magnifica/
bit nomen tuum. Magnificare enim amã
tis eſt potius q̃ʒ timentis. Magnificat (in Lu.
quit Maria) anima mea dominuʒ: ⁊ exul
tauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo:
qꝛ reſpexit humilitatem ancille ſue. Hec
autem omnia (vt iam dixi) cõmunia ſunt
eis qui cantant canticum iſtud: qꝛ ipſum
quem laudant: timent ⁊ magnificãt: ſcien/
tes qꝛ iuſtus eſt in iudicio: ⁊ in miſericor/
dia pius. Sed quare iſtud cantant ad lau/
dem dei: niſi qꝛ hi qui fornicantur a deo:
vlulant ⁊ blaſphemãt accuſantes iudicia
dei: que ſentiunt in ſemetipſis: quaſi non
ſint manifeſtata iudicia: quibus damnati
ſunt: cum ſit deus pius ⁊ miſericors: adeo
vt gentibus infidelibus parcat: querenti/
bus conuerti ad ipſum: ⁊ venire de tene/
bris ad admirabile lumen ſuum. Si enim
gentes infideles que extra ſunt: recipit ad
ſalutem: conſequẽs eſt: vt non ſit volunta
tis eius perire aliquos de his qui ſunt in
tus: ſed ipſi ſemetipſos deſperant: vt faciãt
ea que non conueniunt: ⁊ prouocent ad
iram ſaluatorem ſuum. Sequitur.

E.4 Et poſt hoc vidi: & apertum
eſt templum tabernaculi in cæ/
lo: & exierunt ſeptem angeli de
templo.

In quarta parte dicit Ioannes aper
tum eſſe templum dei in celo: ⁊ vi
ſam eſſe in eo archam teſtamenti. Hic au
tem dicit apertum eſſe templum taberna
culi teſtimonij in celo: ⁊ exierunt ſeptem
angeli de templo habẽtes plagas ſeptem.
Queritur ergo vtrum de vno templo di
ctum ſit vtrunqꝫ: an duo ſint ſpecialia tem
pla: de qbus iſta dicuntur. In veteri teſta
mento: collocatum erat a principio taber
naculum teſtimonij in Sylo in tribu Ef
fraym: proceſſu vero temporis edificatum
eſt templum in tribu Iuda. Qḋ autem re
pulſum eſt tabernaculum: ⁊ edificatum eſt
templum: deſignabat pertranſire vetera: ⁊
ſuccedere noua. Sed non ita in hoc loco:
vbi prius ſit mẽtio de templo: ⁊ poſtea de
templo tabernaculi: maxime cuʒ dicat: qḋ
eſt in celo. Vtrunqꝫ enim templum demõ
ſtratur manere in celo: ⁊ illud. ſ. de quo fa
cta eſt mentio in quarta parte: ⁊ iſtud de
quo agitur in hac qnta: vt aliud eſſe illud:
aliud iſtud: eo ipſo intelligatur: quo aliud
ſunt ſub veteri teſtamento: templum: aliud
tabernaculuʒ: lʒ prepoſtero ordine in hoc
libro ſcribantur. Sed ideirco fortaſſis in
hoc libro: prepoſtero ordine ſcripta ſunt:
ne de illo templo: aut tabernaculo: que fue
runt vmbra futuroꝝ: ſcribere putaretur: ⁊
non potius de templis ſpiritualibus que
in celo ↄſiſtunt. In celo enim ſunt templa
iſta: ⁊ non in terra: qꝛ quicquid dicitur de
eis: in ſpiritu: non ad litteram intelligen
dum eſt. Scd̃m ergo allegoriam duo tem
pla iſta myſtica: duo ſignificãt teſtamenta:
in quoꝝ primo latebat quõdam littera no
ui teſtamẽti: quaſi archa in templo: ⁊ qua
ſi rota infra rotam: vt ex eo quãdoqꝫ vide
retur exire: ſicut ⁊ virginalis caſtitas de
vita ↄiugali: ⁊ nihilominus de ſcd̃o egreſ
ſi ſunt ſpirituales intellectus: ſm̃ ꝙ plu
res ſunt. i. ſeptem angeli iſti: ⁊ ſeptem ſpi/
ritus domini miſſi in omnem terram. Sʒ
quare dictuʒ eſt templum tabernaculi? An
qꝛ primi fideles habuerunt tm̃ vetus teſta
mentum: nouiſſimi autem. i. nos vetus ſi
mul ⁊ nouum? Scimus eniʒ ꝙ templum
dei fundatum in terra eſt: in qua ⁊ fixum
eſt: quaſi habẽs radices: tabernaculum ve
ro tranſire poterat de loco in locum tanq̃ʒ
res mobilis ⁊ habilis ad portãdum: qꝛ vʒ
teſtamentum vetus: terreno quondam po
pulo datum eſt: ⁊ in ipſo ſolidauit radices
ſuas ad ↄfirmandas promiſſiones patruʒ:
nouum vero teſtamentum ſic ↄditum eſt
in circuncisione: vt protinus pertranſiret
ad gentes. Qꝛ vero nõ ita tranſiuit: vt de
ſereret ſanctos apoſtolos qui erant ex cir
cunciſione: ſed potius ipſi qui erant de ſe
mine Abrae trãſierunt cũ doctrina vtriuſ
que teſtamenti ad gentes: quaſi templum
tabernaculi exhibuerunt ſemetipſos fide
libus: in quo ingreſſi in ſpiritu: mediten
tur in lege domini die ac nocte. Deniqꝫ ⁊
lapides templi qui precioſiores ceteris: eſ
ſe videbantur: ⁊ vaſa ⁊ columne tranſlata
ſunt ad gentes: ⁊ ſi inuitis Iudeis: vt eſſet
in ſignum viuorum lapidum: qui tranſi
turi erant de Iudea ad populum genti/
lem: vt in eo edificaretur ſanctuarium

dñi. Et bene templuꝫ iſtud tabernaculum teſtimonij dictum eſt: q̄ eoipſo quo verba teſtamenti: ſeu veteris: ſeu noui: myſtica ſunt ⁊ ſpiritualia: teſtimonium ꝑhibent veritati: etiam preter illa que ſcripta ſunt ad litteram: teſtimonium ꝑhibentia: ⁊ ipſa: ꝑ q̄bus ⁊ teſtamenta dicunt̄. Scimus enim ꝙ teſtamēta mortuoꝝ: ſunt teſtimonia viuentium: ⁊ ꝙ illa q̄dem tradant̄ in littera ꝑ eos qui deceſſerunt: iſta in viua voce eoꝝ qui ꝑhibent teſtimonium: nimiꝝ: q̄ littera que dī occidere: in teſtīm̄ fidelibus data eſt: ⁊ ſpiritus qui dī viuificare: extra litteram ⁊ ſupra litteram: teſtimoniuꝫ ꝑhibet veritati. Datum eſt ergo populo gētili nouum teſtīm̄: immo nouum ſimul cum veteri: ⁊ nōnulli ꝯtinue legentes in eo: ingreſſi ſunt in illud: ita vt ꝑcipent ſpiritualem intellectum: nec tñ potuerunt egredi niſi in tꝑibus ſtatutis: q̄ñ per ea que completa ſunt opera dñi: ſcḋm partem ⁊ partem ꝯpitur ipſuꝫ teſtīm̄: vt poſſint hi qui extra ſunt (lꝫ aliq̄ñ malo ſuo) videre ⁊ intelligere que dicūtur. Sic duo angeli manētes in
Genes. domo: introduxerunt ad ſe Loth: qui manebat pre foribus: ⁊ mox clauſo oſtio: ꝑcuſſerunt eos qui erant extra caligine cecitatis: qui etiam cum aꝑto hoſtio egreſſi ſunt foras: effuderunt ſuꝑ eos iram indignationis ſue: pluerūtq̄ʒ ſuꝑ eos igneꝫ ⁊ ſulphur ad ꝑdēdam de terra memoriam eoꝝ. Sic ſic ſeptem angeli iſti: qui manēt intus per ꝯtemplationem: nolunt egredi foras ad effundēdas phyalas ſuas: niſi cum aperitur templum: quatenus patefactis myſterijs: improꝑent incredulis oꝑa eoꝝ: ⁊ increpātes eos ſuꝑ duritia ⁊ cecitate cordis eoꝝ: aut ꝯuertātur ex toto corde (ſi electi ſunt) aut ſi reprobi deteriores effecti: ꝑcipiāt ad plenum mercedem diffidentie ſue. Sicut enim Phinees zelatus eſt ꝓ dñm: ⁊ ſicut vnus de filijs ꝓphetaꝝ: vnxit Jheu in regem iſrael ad faciēdum iudicium in populo ſcelerato: ita ⁊ nunc de templo ſpirituali: egrediuntur ſeptem angeli ad exercendum iudicium in peccatores: ſpirituales. ſ. viri: de q̄bus ⁊ dī. Et exierunt ſeptem angeli de templo: habentes plagas ſeptem. Plagas iſti angeli dicuntur habere: q̄ qui ardent ingiter amore diuino: cum vident deum ꝯtemni: ⁊ blaſphemari a populo nequam: ſauciant̄ vehemēter in pectoribus ſuis: qḋ ſuſtinere pre dolore non valentes: iram quam de igne ſpiritus ꝯcipiunt: ſuꝑ peccatores nō ꝯuerſos effundunt. Ipſi ergo dolēt ꝑ̄ius: ſed nouiſſime ſuꝑ alios plagas immittunt: quatenus pacto zelo: ipſi qui zelant̄: a dolore ſanentur. Sed ne forte impares quiq̄ʒ ſtimulo paſſionis accēſi ſurorem: quaſi zelum effundant: quante ꝑfectionis ſint: vel eſſe debeant: q̄bus hoc datum eſt: manifeſtatur cum ſubditur.

[illegible] **Veſtiti lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.**

Qui diuini amoris intuitu: rebus ſe tēporalibus: ⁊ ꝓprijs deſiderijs priuant: dubium nō eſt ꝙ illo mundo ⁊ cādido induuntur lapide: de quo apoſtolus dicit. Petra autem erat Chriſtus. Sed memorari inter hec debemus: ꝙ mulier (cuius ſignum ſupius legimus) ⁊ legendo pro dono ſpiritus intelleximus: ſole eſſe indutam: Chriſto: vꝫ: ꝑhibetur: quatenus ſicut par eſt deuotio: eoꝝ qui in heremis ſpiritualiter viuunt: ⁊ eoꝝ qui cauſa dei ſpecialiter in cenobijs degunt: ita ⁊ in figuris ad eos ꝑtinentibus: ſimilitudo teneat̄. Qua vero ratione induat̄: q̄ ſeu ſole: ſeu lapide: apoſtolus inſinuat: cum fidelibus dicit. Exuite vos veterem hoīem qui corrumpit̄ ſcḋm deſideria mundi huius: ⁊ induite nouum hoīem qui ſcḋm deum creatus eſt. De zonis autem aureis: q̄d dicam: quaꝝ p̄cinctio circa pectora eſt: in qua mentis munditia deſignatur? Sed neceſſe non eſt: vt de eis multa loquamur: q̄ quid differat inter zonas aureas ⁊ pelliceas: quid inter p̄cinctionem lumboꝝ ⁊ mamillaꝝ: in parte prima huius libri ſufficienter (vt extimo) dictum eſt. Caueat auteꝫ qui zonam auream



non hꝫ ad mamillas: ne indiſcreto zelo accendatur aduerſus ꝓximos ſuos: ⁊ percutiat delinquentes fratres ipſe ꝑcutiendus ab alio: ſed ſcrutetur prius diligēter archana pectoris ſui: ⁊ ſi in ſe feriēdum aliq̄d deprehenderit: tanto diſcat alioꝝ culpis humiliter miſereri: q̄ꝫto ſe miſericordia indigere cognoſcit ne ſicut ipſe iudicat de ꝓximo ſuo: ita etiam ipſe a dño iudicetur. Et q̄dem zonas pelliceas circa lumbos habere multoꝝ eſt: auream vero circa pectora: paucoꝝ: q̄ nimiꝝ multi ſunt qui carnis continentiam ſeruant: paucorum vero eſt mentis munditiam poſſidere. Porro ad caſtitatem corporis: zona pellicea ſufficit: q̄ carnis maceratio: luxurie petulantiam domat. Hic vero zona aurea neceſſaria eſt: q̄ nullo modo mente ꝯtinere poſſumus: ne per immunda deſideria diſſoluat̄: niſi hanc indeſinenter ſpeciali meditatione cōſtringamus: vt dum: vꝫ: bona meditari nō deſinit: ei nec ad horaꝫ: aliena cogitare ꝯtingat. Tales igitur viros oīpotens deus ad zelandum inſtigat: ⁊ velut de ſuis ſtabulis dextrarios ad pugnam ꝓducit. Paſtores etenim eccleſiaꝝ qui in ſpiritu māſuetudinis annunciant populis verba dei: quaſi q̄dam palafredi portantes regem: aſſidua cum eq̄tatione predicando populis repreſentant. Spirituales autem viri qui ſilentio vacāt audientes non ꝯuerti populum ad ꝑcutientem ſe: accēduntur zelo: ⁊ quaſi q̄dam nobiles dextrarij: narium furore fremētes tanto ſe liberius ꝯtra impios: tꝑe neceſſitatis ingerunt: quāto id multo tꝑe largiori deſiderio conceperunt. Sequitur.

[illegible] **Et vnum de quatuor animalibus dedit ſeptem angelis, ſeptem phyalas aureas, plenas iracundiæ dei viuentis in ſecula ſeculorum.**

Si qḋ quatuor animalium phyalas aureas dederit ſeptem angelis: ſermo ꝓpheticus intimaſſet: minori forſan labore: ceteroꝝ enigmata ſoluerent̄. Si vero ideo ſpiritus ſanctus: ⁊ hec ⁊ alia multa ligare voluit ſacramētis: vt non ſine labore ſoluant̄: onerosum apparere non dꝫ: ꝙ ſepe digreſſionem facimus: vt ea que per ſe capi nequeunt per alia capiamus. In q̄buſdaꝫ locis iam dixiſſe me recolo: Helyam ꝓphetam ꝯtemplantium ordinem (hoc eſt heremiticum) deſignaſſe. Hic cum accenſus zelo occidiſſet ꝓphetas Baal: ⁊ aufugeret a facie Jezabel que illum querebat in malum: ⁊ ꝑueniſſet ad mōtem dei Horeb: aduerſus filios iſrael: deum qui ſibi loquebat̄ interpellauit: dicens: zelo zelatus ſum pro dño deo exercituum: q̄ dereliquerunt pactum dñi filij iſrael. Altaria tua dñe deſtruxerunt: ꝓphetas tuos occiderunt: ⁊ relictus ſum ego ſolus: ⁊ querunt animam meam vt auferāt eam. Qḋ cum loquutus eſſet in conſpectu dñi: facta eſt vox dñi ad eum: dicens. Uade ⁊ reuertere in viam tuam: per deſertum in Damaſcum. Cūq̄ʒ ꝑueneris illuc: vnges Azahel Regem ſuꝑ Syriam: ⁊ Jehu filium Namſi: vnges regem ſuꝑ iſrael. Helyſeum autem filiuꝫ Sephat: qui eſt de Abel in eula: vnges ꝓphetam pro te. Et erit: quicunq̄ʒ effugerit gladium Azabel: occidet euꝫ Jehu: ⁊ q̄cunq̄ʒ effugerit gladium Jehu: interficiet eum Helyſeus. Ecce Helyas paꝝ q̄d zeli perficiens: vicem ſuam Helyſeo (dño iubente) dimiſit: ⁊ qḋ ille exꝑte tetigit: iſte per ſe ⁊ per reges contemporaneos ſibi: ſcḋm totum compleuit. Ubi ⁊ illud ſummoꝑe notari opꝫ: ꝙ Helyas reges iubetur vngere: ⁊ tñ nihil hoꝝ fecit: vt intelligatur illud qḋ de ficulnea dictum eſt. Succide ergo illam. Poſt tres ſiq̄dem annos minatus eſt dñs ficulnee infructuoſe: ⁊ tñ ad p̄ces cultoris dimiſit illam: ita tñ vt ipſemet colonus qui rogauerat pro ea: daret aduerſus eam ſentētiam: dicens. Et ſiq̄dem fructum fecerit: ſin auteꝫ in futuro ſuccides illam. Sicut ergo Helyas zelatus pro domino: non ipſe ꝑmiſſus eſt effundere per ſe ſuum zelum ſuꝑ domum regis impij: ⁊ populum

iniquum: ſed iuſſus eſt vngere Helyſeum
in prophetam pro ſe: qui hoc q̄d ipſe men/
te conceperat: diligenter expleret: ita quar
tum animal. i. heremiticus ordo: non po
tuit: non zelaſſe contra errores ⁊ immun/
ditias eoꝝ qui fornicati ſunt a deo: ⁊ maxi
me Grecoꝝ: ſed q꞉ nōdum aduenerat tem
pus generale in quo non eſſet aliqua excu
ſatio: inſtitutus eſt ab eis ordo monaſti/
chus qui poſſet diutius permanere: ⁊ cui
poſſet cōmittere vicem ſuam in faciendo
zelum dn̄i: tempore oportuno: ne quid mi
nus longanimitatis ⁊ patientie modera/
tio diuina videretur habere: ſiante datam
ſententiam: nō alios pretermitteret viros
magnos: qui hanc (niſi ꝯuerterentur) rui
nam in primo minarentur. Preceſſit er/
go ordo ipſe: habens preparatas phyalas
traditas ſibi a iuſto deo: nec tn̄ ipſe effudit
eas: ſed alijs tradidit effundendas tempo
re quo eſſent ꝯſumata peccata. Sunt ete/
nim phyale ipſe: pie traditiones: q̄bus per
fectos inſtituere diſcipulos: docentes eos
operari iuſtitiam ⁊ zelari pro ipſa: vt luce/
ret lux eoꝝ coram hominibus vidētibus
opera eoꝝ bona. Illa eſt enim vera religio
in ꝯſpectu dei que ⁊ foris lucet per exem/
plum: ⁊ intus accenſa eſt per ardorem iu/
ſtitie. Unde ⁊ eedē phyale: non ſolum au
ree eſſe ꝑhibentur: verumetiam plene ira/
cundia dei: q꞉ ⁊ id q̄d foris oſtenditur de
vita eoꝝ: lucidum eſt: ⁊ precioſum: ⁊ qui
intus latet amor non poteſt non vlciſci in
iuriam dei ſui. Ita enim ſibi ꝯueniunt iſta
duo: vita. ſ. ſancta: ⁊ zelus dei: vt alteꝝ ſine
altero deo placere non poſſit. Si enim ad/
huc hō multis vitijs ſubiacere probat̄: qua
fronte: aut qua ratione zelabit aduerſum
peccata delinquentium: qui ſe (teſte con/
ſcientia) eſſe vnum cognoſcit eoꝝ qui di/
gni ſunt morte: eadem ipſe faciens: que in
alijs ꝯdēnat. Unde ⁊ apoſtolus. Inexcuſa
bilis es o homo ois qui iudicas. In quo
enim iudicas alios teipſum ꝯdemnas. Ea
dem enim agis que iudicas. Igitur qui ſe
ipſum vſq꞉ adeo miſeꝝ eſſe deprehēdit: vt
niſi miſereatur ſui deus: dignus ſit ira: miſ
ſereri potius dꝫ delinquentibus q̄ꝫ oſtēde
re zelum: niſi forte ⁊ ſe ⁊ illos quos ſcit eſſe
reatus participes: cōiter reprehēdat: iuxta
illud pſalmiſte. Peccauimus cum patri/
bus noſtris: iniuſte egimus: iniq̄tatem fe/
cimus. Alias autem: ⁊ ſancte opꝫ eſſe vite:
⁊ habere manifeſta ſigna ſanctitatis: qui
vult in peccatoribus exercere zelum dei:
vt non ſit qui poſſit arguere vitam eius
⁊ dicere. Eijce primum trabem de oculo
tuo: ⁊ tunc ꝑſpicies: vt educ-s feſtucā de
oculo fratris tui. Et illud. Peccatori au/
tem dixit deus. Quare tu enarras iuſti/
tias meas: ⁊ aſſumis teſtamentum meum
per os tuum? Unde ⁊ zelanti domino: ac
dicenti. Scriptum eſt. Quoniam domus
mea: domus orationis vocabitur: vos au/
tem feciſtis illam ſpeluncham latronum.
Reſponderunt Iudei ac dixerunt. Quod
ſignum oſtendis nobis: q꞉ hec facis? Q̄ꝫ
tale eſt: ac ſi per increpationem diceretur.
Scimus quia iſtud facere ſanctorum eſt: ⁊
eorum quorū vita diſſimilis eſt a vita hu
mana. Sed tu qui inter peccatores ꝯuer/
ſaris ſicut vnus ex nobis: ⁊ cum eiſdem
peccatoribus manducans ⁊ bibens: non
videmus quomodo ad te pertineat iſtud:
niſi oſtendas apertum ſignum: per quod
te talem eſſe intelligamus: cui iure: om/
nes nos obedire poſſimus. Liquet ergo
ꝙ ſancte oportet eſſe vite qui zelum vult
facere dei ſui: quia nec ſpiritus ſanctus: cu
ius eſt zelus iſte: requieſcit in corpore ſubie
cto peccato: dicente domino. Si diligitis
me: mandata mea ſeruate: ⁊ ego rogabo
patrem: ⁊ alium paraclitum dabit vobis.
Propagatum ſiquidem fore legimus ſpi/
ritum Moyſi: ſed tamen in eos qui boni
teſtimonij erant: ⁊ iuſtiores eſſe videbā/
tur in omni multitudine filiorum iſrael.
Requieuit ſpiritus Helye ſuper alium vi
rum: ſed tamen ſuper eum qui omnia re/
liquerat propter deum. Et vitam ergo ſan
ctam deſignatam in veſte: ⁊ ſpiritum ze/
li dei: accepit Helyſeus ab Helya: quia ni/
ſi precederet vnum: nullatenus aliud ſe/
queretur. Inde eſt ꝙ phyale quas vnum
de quatuor animalibus tradidit ſeptem
angelis: ⁊ auree eſſe perhibentur: ⁊ plene
iracundia dei: quia inſtitutiones quas pa/
tres monachorum a viris ſpiritualibus ac
ceperunt: ⁊ claritatem precioſiſſimi auri
habere viſe ſunt in doctrina morum: ⁊ fer
ventiſſimum zelum in amore dei: non mo
do quia ita docuerunt: ſed quia potentia
quadam verboꝝ ignitorum vtrunq꞉ obe/
dientibus ſibi tradere potuerunt. Et bene
dicens: vnum de quatuor animalibus: de/
dit ſeptem angelis: ſeptem phyalas aure/
as plenas iracundie dei: addidit: viuen/
tis in ſecula ſeculorum: quia ſicut morien/
tis eſt iudicari: ita viuentis eſt iudicare: ⁊
ſicut morientis pati iniuriam: ita viuen/
tis exercere vindictam. In illis etenim
ſanctis qui omnia patienter ſuſtinēt: ima/
go videtur eſſe Chriſti mortui: ⁊ in infir/
mitate carnis noſtre ab impijs homini/
bus crucifixi. In eis autem qui faciunt ze
lum eius: viuere ſe oſtendit in ſecula ſecu/
lorum: ⁊ venturum ſe eſſe de celo in glo/
ria patris ſui: iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊
ſeculum per ignem. Unde ⁊ per apoſto/
lum dicitur. Horribile eſt incidere in ma/
nu viuentis dei. Uidetur etiam aqua in
qua venit primo Chriſtus mortificare mē
bra noſtra: habere ſimilitudinem rei mor/
tue: vel ad mortem fluentis: ignis in quo
venturus eſt ſecundo: rei ſemper viuen/
tis ⁊ manentis in ſecula ſeculorum: quo/
rum primum pertinet ad patientiam: ſe/
cundum ad zelum dei: iuxta quod ⁊ ſpiri
tus ſanctus primo apparuit in columba:
ad extremum in igne: nimirum: quia tem
pus patientie: tempus iudicij ſine mora ſe
quetur. Sequitur.

7 Et impletum eſt templum fumo a maieſtate dei: & de vir/
tute eius: & nemo poterat in/
troire in templum, donec conſu
marentur ſeptem plagæ ſeptem
angelorum.

Angeli egrediuntur de templo: vt ef/
fundant iram dei ſuper terram: templum
autem impletur fumo: vt nemo poſſit in/
trare in illud: donec conſumentur ſeptem
plage: quia ad iuſtum dei pertinet: diſtri/
ctumq꞉ iudicium: vt cum viri ſpirituales:
quorum eſt proprium manere intus: co/
guntur ad faciendum zelum dei: egredi
foras: nullus eorum qui extra ſunt: fina/
tur ingredi intus: quouſq꞉ fiat iudicium
de viris impijs: quorum deſperata frene/
ſis incurabilis eſt. Sed quare nemo poteſt
introire in templum? Quia repletum eſt
(inquit) fumo a maieſtate dei: ⁊ virtute
eius. Fumus oculos offendit vt videre
non poſſint: ⁊ indignatio diuina cecat
oculos mentis hominum impiorum: vt
non videant veritatem: ſicut ſcriptum
eſt. Impie agent impij: neq꞉ intelligent
omnes impij. Unde ⁊ ex perſona omni/
potentis dei: Eſaye dicitur. Obceca cor
populi huius: ⁊ aures eius aggraua: ⁊
oculos eius claude: ne forte videat ocu/
lis ſuis: ⁊ auribus ſuis audiat: ⁊ corde
ſuo intelligat: ⁊ conuertatur: ⁊ ſanem
eum. Sed quare a maieſtate dei: ⁊ de vir/
tute eius dicitur templum impletum eſſe
fumo: niſi quia ſicut humilitas ⁊ infirmi/
tas ad redemptionem: ita maieſtas ⁊ vir/
tus pertinet ad iudicem Chriſtum: niſi
quia ibi ſecuritas: vbi paruitas Chriſti:
ibi timor: vbi maieſtas? Ut enim ſe ali/
quando exhibuit paruum: quatenus ef/
fuſa deſuper luce miſericordie ſue: illumi/
naret humiles: ⁊ manſuetos terre: ita
poſt aſcenſionem ſuam in celum: reſidens
cum patre in throno glorie ſue: exhibet
ſeipſum ineffabiliter magnum: vt effuſa
caligine iudicij ſui: eos qui gradiuntur
in ſuperbia percutiat cecitate: ne quan/
do (inquit) videant oculis: ⁊ auribus
audiant.

Et nemo (ait) poterat introire in tem

plum donec ꝯſumarentur ſeptem plage ſe/
ptem angeloꝝ. Hic locus eſt: vt dicamus:
quare ſeptem plage: ⁊ ſeptem angeli. Dixi/
mus ſupius ad quintum tp̄s eccleſie ptine
re ꝓprie effuſionem phyalaꝝ: ⁊ qua rōne
hoc tenendum ſit: ſufficiēter expreſſimus.
Et tn̄ qđ ſepe notatum eſt: ſingule partes
libri habent ꝓpria tpa deputata ſibi: ꝫ vni
uerſa tpa oibus partibus ſint cōia: ſm q
Ubi hunc q̄ꝫ notandum. in ianua huius opis etiaꝫ ſub figura qnqꝫ
populoꝝ intimare curauimus. Quocirca
⁊ ſi proprium tp̄s effundentium phyalas
iracundie dei: quintum eſt: ſicut apoſtoloꝝ:
primum: martyꝝ. ſcđm: doctoꝝ tertium:
virginuꝫ quartum: nihilominus tn̄ omnia
tpa oibus ſunt cōia: ita vt ſingulum tp̄s a
primo vſqꝫ ad ſeptimuꝫ: habeat in ſe aliqđ
qđ ptineat ad paſtores: aliquid qđ ad cete
ros ordines: nimiꝝ: qꝛ vnuſquiſqꝫ iſtoꝝ or
dinum a primo tpe vſqꝫ ad ſeptimum per
ſucceſſioneꝫ pdurat. Que: vꝫ: ſucceſſiones
ſinguloꝝ ordinum: qꝛ per ſingula tpa va/
riant: accidit vt ſingulus ordo in ſeptem
Regula communis portionibus diſtinguatur. Et quāuis ipſe
vnus ſit: multiplicitatem tn̄ per ſucceſſio/
neꝫ recipiet. Hac pro cauſa: vt prima pars
ſub ſpecie ſeptem angeloꝝ: ſeptem eccleſia
rum: tertia ſub ſpecie ſeptem angeloꝝ tu/
bis canētium: ſeptem tpa eccleſiaſtica vni/
formiter tangit: ita quinta pars ſub ſpecie
angeloꝝ effundētium ſeptem phyalas: ſin/
gulis tpibus: ſingulis angelis deputatis.
In ſingulis enim tpibus precedere opor/
tuit patientiam: ⁊ ſeq zelum: qꝛ nulli dees/
ſe viſum eſt: qđ non eſſet pro tpe tolleran/
dum: ⁊ in fine puniendum: ſicut ⁊ in quo
libet hoie qui longo tpe expectatus: parui
pendit apprehendere diſciplinam. Hec igi
tur cauſa eſt: quare ſeptem angeli eſſe dicū/
tur qui egreſſi ſunt de templo ad effundē
das ſeptem phyalas iracundie dei. Et qua
re ſeptem phyalas: aut ſeptem plagas ha/
bere ſcribuntur: cum omnes ſint vnius or
dinis: ⁊ vnius poteſtatis. A quo ſenſu: nec
illud diſcrepat: qđ ait dn̄s per Moyſen:
Percutiam vos ſepties ꝓpter peccata vē

ſtra: nimiꝝ: qꝛ ſeptem ſunt tpa: vel potius
ſex: ſed duplex ſextum: que data ſunt ad pe
nitentiam populo dei. In qbus ⁊ electi p/
cutiuntur vt pficiant: ⁊ reprobi ne excuſa
tionem habeant de peccato ſuo: ⁊ vt reue/
letur illoꝝ ꝯſumata malitia in charitate iu
ſtoꝝ. An forte non eſt ex charitate zelus iu
ſti: qꝛ corripit: qꝛ increpat: qꝛ flagellat: qꝛ
(vt id qđ grauius eſt) inferam: eodem fer/
uenti zelo cōmotus Petrus Ananyam ⁊
Saphyram tpaliter occidit? Abſit. Quis
enim magis iraſcitur ſup inſipientia adole
ſcentis q̄ꝫ pater: qui amplius amat eum?
Quis magis indignatur aduerſus leuita/
tem puelle: q̄ꝫ ſponſus: qui nimio amore
alligatus eſt illi? Non ergo qꝛ dn̄s odit po
pulum ſuum: pcutit eos his plagis que du
riores ſunt ceteris: ſed vt ꝯuertantur ⁊ vi
uant: ⁊ ſi viri impij ſemp proficiant in pe/
ius: ⁊ odio habeant gratis eum qui dilexe
rit illos: eripiēs eos de poteſtate principis
tenebraꝝ: ⁊ redimens in ſanguine ſuo. Igi
tur velint: nolint reprobi: opꝫ electos dei
facere zelum dei: ⁊ increpare durius eos
qui nolunt ꝯuerti: ⁊ effundentes ſup eos
phyalas iracundie dei. Nam ſequitur.

Capi. 16 Tex. 1 ¶ Et audiui vocem magnam de templo dicentem ſeptem an/gelis. Ite, & effundite ſeptem phyalas iræ dei in terram.

¶ Uox magna audita eſt de templo: di/
cens ſeptem angelis: vt effundant ſeptem
phyalas ire dei in terram: qꝛ de vtroqꝫ te/
ſtamēto habet manifeſta ſignificatio: q de
beāt viri ſpirituales effundere zelum ſuuꝫ
ſup eos qui vſqꝫ in fineꝫ terreni ſunt: ⁊ ter
rena ꝯcupiſcunt: etiam ſi eoꝝ aliqui ſm fi/
ctam ſpeciem celeſtes eſſe videantur. Qꝛ
enim pro diuerſitate ordinum: in qbus car
nales hoies mentiri deo per fictum habi/
tum aut tonſuram noſcunt: in ſequētibus
ſup mare: ⁊ ſuper fontes aquaꝝ: necnon ⁊
in ſolem: ⁊ in aerem: phyale aliquoꝝ ange/
loꝝ effuſe fore ſcribuntur: ne qs nomine ſo

lis aut aeris aliquos celeſtes viros cre de/
ret deſignari. Hic non vni tantum angelo
rum: ſed omnibus generaliter dictum eſt.
Ite ⁊ effundite phyalas ire dei in terram.
Et benedictum eſt. Ite: qꝛ qui mouent p
zelum dei a tranquillitate animi ſui: illuc
ire videntur: vbi ante non erant. Et rur/
ſum qui poſt quietem ſilentij ſui: vrgēnte
amore dei ſui: egreditur vt loquatur ver/
bū: ⁊ increpet delinquētes: ire dicit: qꝛ niſi
aliquantulum deſerat quod tenebat: vt
eat ad aliud: in quo ante non erat: non po
teſt facere niſi id quod prius: ſilere: legere:
pſallere: ⁊ orare aſſidue deum ſuum. Sed
neceſſe eſt vt aliquando eat: quia vox ma/
gna que auditur de templo: eum quieſce/
re non permittit: Eunt ergo angeli: quia
vox audita compellit: ⁊ effundunt ſinguli
phyalas ſuas vnuſqſqꝫ in ordine ⁊ in tem
pore ſuo. Nam ſequitur.

¶ De primo angelo effundēte phyalam.

Tex. 2 ¶ Et abiit primus angelus, & effudit phyalam ſuam in ter//ram, & factū eſt vulnus ſeuū ac peſſimum in hominibus qui ha/bent caracterem beſtiæ, & in eos qui adorauerunt imaginem eius.

¶ Eccleſia primitiua que collecta eſt i iu/
dea de circuncifione: ſicut alibi iam ſcripſi/
mus dicta eſt terra: ſiue qꝛ de populo terre
no collecta eſt: ſiue qꝛ ipſamet terrena moy
ſi precepta cōplectēs: noluit vſqꝫquaqꝫ cō/
ſurgere ad celeſtia verba: pp quod viri ſpi/
rituales qui fuerunt in ea aſſumpſerunt ze
lum pro nomine dei aduerſus eam: impro/
perantes illi duritiaꝫ ſuam: ſicut ex verbis
epiſtolaꝝ pauli: ⁊ libri actuum apoſtoloꝝ
perpendi poteſt: ex quibus eſt illud quod
dicit idem paulus: propter itroductos fal
ſos fratres qui venerunt explorare liberta

tem noſtrā: ⁊ periculis in falſis fratribus ⁊
alio loco. Uidete canes: videte malos ope
rarios: videte conciſionem. Sic igitur ze/
lantibus viris ſpiritualibus aduerſus ec/
cleſiam illam: que dicta eſt circūciſionis: fa
ctum eſt ſeuum vulnus ac peſſimuꝫ in ho
minibus qui habebant caracterem beſtie
ex adorauerunt imaginem eius: qꝛ hii qui
ſic volebant vocari chriſtiani vt tamen li/
ceret eis carnaliter viuere ⁊ ambulare ſe/
cunduꝫ deſideria vite huius: quod eſt ha/
bere caracterem beſtie: hoc eſt: voluntatē
carnis: que eſt contraria verbo crucis ⁊ ob
ſeruare doctrinam phariſeorum: quod eſt
adorare imaginem ipſius: non ferentes cor
rectionem iuſtoꝝ: ſeuo ac peſſimo vulne
re doloris ſauciati ſunt. Unde eiſdem car/
nalibus hominibus velut in rabiem ⁊ fu/
rorem verſis: inſanabilis facta eſt plaga eo/
rum: ita vt non nulli relicta penitus fide
chriſti quaſi canes ad ſuum vomitum redi
rent ad iudayſmum ſegregantes ſe a cōfeſ
ſoribus chriſti: tanq̄ꝫ ab immundis ⁊ incir
cunciſis: ⁊ ſociantes ſe iterum hominibus
blaſphemis qui fuerant conſentiētes mor
tis eius: ⁊ comparticipes eorum qui fude/
rant cruorem ipſius. Diximus enim ſupe/
rius cum ageremus de ſepe ſcripta beſtia:
q ab herode primo qui occidit innocētes
pueros (inchoata eſt: ⁊ primum caput ip/
ſius fuit ſynagoga iudeoruꝫ: cuius recte ar
guitur accepiſſe caracterē ⁊ adoraſſe ima
ginem illius falſi chriſtiani: qui relicta liber
tate que eſt in chriſto ieſu: carnalia eius exē
pla ⁊ doctrinam peſtiferam acceperunt.

¶ De ſecūdo angelo effundēte phyalaꝫ.

¶ Et ſecundus angelus effudit phyalam ſuam in mare. Tex. 3

¶ Sicut in terra: eccleſia circunciſionis:
ita in mari eccleſia gentium deſignata eſt.
Claruit autem hec eccleſia ſecūdo tempo/
re predicantibus fidelibus verbum dei: ſe/
cundum quod acceperant a ſanctis apoſto

lis. Aſſimilata autem mari propter amaritudinem cordis ⁊ fluctuationem infidelitatis: in qua multo tempore detenti fuerant: hoc eſt a diebus Japhet vſq; ad chriſtum: quod tamen benedicente domino: vt prius terra benedicta ex iſrael protulerat ligna fructifera: ita ⁊ ipſum ad vocem predicantium verbum crucis: protulit electorum piſcium multitudinem copioſam: dicente de hoc domino predicatoribus primis. Venite poſt me: ⁊ faciam vos fieri piſcatores hominum. Verum q2 ⁊ in ipſa collectione fidelium non defuerunt multi qui ſequerentur nicholaum: vnum de ſeptem diaconibus primis a quo propagata eſt ſecta nicolaytarum: ⁊ qui redirent velut ſus lota in uolutabrum luti: ſicut ⁊ apoſtata Julianus ⁊ qui tempore crederent ⁊ tempore temptationis recederent: ſicut multi qui defecerunt in perſecutione: ⁊ qui ita vellent ſeruare fidem chriſti: vt tamen liceret eis viuere in immundicia: ſicut gentes que ignorant deum: nõ potuerunt deeſſe in domo dei viri ſpirituales: qui videntes huiuſcemodi abhominationes: non effunderent ſuper populum zelum ſuum: ſiue quia ipſi reprobi corrigi nolent a peccatis ſuis: ſiue quia electi coinquinarentur ab eis: ſuſtinentes ⁊ diſſimulantes iniquitates ipſorum. Predixerat enim beatus paulus futuros eſſe tales homines in eccleſia dei ita dicens. Ego ſcio ꝙ intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi graues in vos non parientes gregi: ⁊ ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa: vt adducant diſcipulos poſt ſe. Sed ⁊ petrus in epiſtola ſua: ſimile aliquid preſcripſit dicens. Fuerunt in populo pſeudo prophete ſicut ⁊ in vobis erunt magiſtri mendacij qui introducent ſectas perditionis: ⁊ multi ſequentur eorum luxurias: per quos via veritatis blaſphemabitur: ⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Et hoc quidem ⁊ alia

multa que poſtea acciderũt: predicta ſunt a ſanctis apoſtolis in ſpiritu prophetie: vt non ſcandalizarentur electi: quando viderent ea opere conſumari. Ceterum multitudo maxima eorum qui ſteterunt in fide quam cito abierint retrorſum ab eo quod traditum erat illi: ſancto mandato: teſtatur ille qui ſcribit hyſtoriam eccleſiaſticam in loco illo vbi incipit agere de perſecutione Dioeletiani: ⁊ Maximiani ita dicens. Ubi ex multa libertate multa que indulgentia vitiati ſunt: mores: ⁊ diſciplina corrupta eſt: dum alter alteri inuidemus: ⁊ alter alteri derogamus: dumq; nos inuicẽ mordemus: ⁊ incuſamus: ⁊ malorum per ſingulos cumulus intumeſcit: diuina prouidentia iacturam diſcipline populo ſuo illatam ex plurima pace ⁊ nimia ſui leuitate proſpiciens aggreditur primo ſenſim refrenare lapſantes. Et paulopoſt. Sed cũ nullus ex hoc clementie eius intellectus populis redderetur: quin potius velut ignorantes deum: abſq; diuina prouidentia res agi ducerent: ⁊ per hoc eo magis perſiſterent in malis ſuis: atq; ipſi qui duces populi videbantur: ⁊ principes diuini mandati immemores effecti: aduerſum ſe inuicem contentionibus: zelo: liuore: ſuperbia: inimicicijs: atq; odijs inflammarentur: ita vt tyrannidem potius q̃ ſacerdotium ſe crederent exercere: tunc demum ſecundum vocem Jeremie obſcurauit dominus in ira filie ſyon: ⁊ deiecit de celo gloriam iſrael: nec rememoratus eſt ſcabelli pedum ſuorum in die ire ſue. Et poſt aliqua. Non eſt noſtrũ deſcribere quanta in ſacerdotes dei iniuriarum genera collata ſunt: ſicut ne illud quidem noſtrũ duximus exponere ſigillatim: quanta prius inter chriſtianos rabies diſcenſionis exarſit. Hoc ſolum hyſtorie tradere licuit: ꝙ iuſto dei iudicio ⁊ neceſſaria correctione diuinam ſenſimus manum. Neq; enim refert remedium pro

Nota.

ferre pro quibus vel turbo perſecutionis inuectus eſt: vel quos: quantoſq; infidelitatis procella dimerſerit. Sed illa commemorabo: que vel nos ipſos dicentes: vel alios edificent audientes: ⁊ infra. Illos qui ⁊ multo plures fuerunt quos metus oppreſſit: ⁊ ante congreſſionem ſolus terror eliſit: preterire melius puto. Verum hoc commemorare libuit: vt ſciamus non defuiſſe culpam: tempore ſanctorum martyrum populo chriſtiano: pro qua viri ſpirituales effundere ſuper eos phyalã iracundie dei: non immerito debuiſſent: ne quis putet fideles illius temporis omnes in perſecutione ſtetiſſe: aut ante perſecutionem: omnes ſanctos ⁊ iuſtos fuiſſe: quia multos legit in perſecutione paganorum martyrij gloria coronatos. Quia igitur multis modis preuaricatus eſt: non ſolum populus: ſed ⁊ clerus: effuſa eſt ſuper eos phyala iracundie dei: vt ſcirent experimento hi qui nollent conuerti ab erroribus vie ſue. Quid illud eſſet quod apoſtolus dicit gentili. Si deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Nam ſequitur.

Te.4 ¶ Et factus eſt ſanguis tanquã mortui, & omnis anima viuens mortua eſt in mari.

¶ Non nulli quando increpantur: dolẽt ꝙ ſe vlciſci aut metuunt: aut nõ poſſunt. Et hoc precipue accidit illis: qui zelũ dei habent: ſed non ſecundum ſcientiam. Qui autẽ volunt honorari in populo ſicut nõ nulli clericorum: ſi quando increpãtur publice de vitijs ⁊ peccatis ſuis: ſeu etiã quibuſcunq; erroribus de quibus correcti ſecretius emendari noluerunt: pre confuſione ⁊ rubore: emoritur cor eorum: ⁊ recedit ab eis penitus calor ſpei: delinquentibus in ſeipſis: ⁊ abijcientibus timorem domini a conſpectibus ſuis. Et quia multi erant

in illo curſu temporis: qui confitebantur ſe noſſe deum: factis autem negabant: vbi viri ſpirituales ceperunt eos increpare de erroribus ſuis: quidam ſanguis accidie procreatus eſt in cordibus eorum: per quẽ mortua eſt omnis anima que viuebat in mari. Quare hoc? Quia homines animales qui ſe putabant aliquid magni agere: quia receſſerant a cultura ydolorum: ⁊ nolebant recedere a vitijs ⁊ a peccatis: mox vbi viri ſpirituales increpabant aliquos eorum ſcandalizabantur dicentes. Et ſi ſalui eſſe non poſſumus in fide chriſtiana: quid nobis profuit receſſiſſe a cultura ydolorum? Omnis ergo anima viuens mortua eſt in mari: quia animales homines qui neſciunt que ſunt ſpiritus dei: ſi compelluntur deſerere id quod amant: etiam parum id quod habent in deum: fidei: ⁊ ſpei: ⁊ deuotionis ammittunt. Unde ⁊ cõpetenti iudicio traditi fuerunt in temptatione: vt qui ſine iuſtitie opere pacis tempore gloriabuntur: de fide: fuiſſe mortuam fidem illorum temptationis tempore probaretur. Et notandum ꝙ hoc vniuerſale omnis: vel omne: non ſemper in diuina pagina pro toto; ſed pro maiori parte accipiendum eſt: ſicut e diuerſo hoc: nomen: nemo: non eum ſemper intellectum facit: quem facere videtur: ſed alium. Si enim hoc nomen: nemo: ſemper pro nemine accipiendum eſſet: dicens ioannes baptiſta: in euangelio de chriſto. Et teſtimonium eius nemo accipit: nequaq̃ ſubiungeret. Qui autem acepit eius teſtimonium: ſignauit quia deus verax eſt. Et ſi ſemper hoc vniuerſale (Omne) vniuerſitatem reſpiceret nequaquam diceret dominus. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipſum: ſed aliqua. Igitur ⁊ quod ait in hoc loco ioannes. Omnis anima viuens: non pro vniuerſitate credentium accipiendum eſt: ſed per in miſericordia multitudine eorum qui tempore eorum defecerunt in fide. Sequitur.

¶ De tertio angelo effundente phyalam

Tex.5 ¶ Et tertius Angelus effudit phyalam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum: & factus eſt ſanguis.

¶ Tertio tempore quod incepit a conſtãtino immutatus eſt ſtatus eccleſie: propter pacem ⁊ dominium quod datum eſt illi: ⁊ qꝛ data eſt licentia chriſtianis docere libere filios ſuos: ita vt ordinato clero ⁊ multiplicatis diſcipulis viderẽtur e diuerſis locis ad irriganda corda fidelium: oriri quaſi flumina ⁊ fontes aquarum: non iam proferentes amaritudinem mundane ſapientie: quã perdidit chriſtus: ſicut prius aqua maris: ſed dulcedinẽ illius ſapientie: que de celo deſcendit. Sed quamuis iſtud nõ defuit tamen iniquitas generi humano: ꝑ quia nec iſto modo reuocati ad iter: puniri debuiſſent. Non nulli namqꝫ eorũ qui videbãtur eſſe doctores i populo: ꝓſũmẽtes de cordibus ſuis: inter multa vera q̃ docere viſi ſunt: falſa aliquã ꝓtulerũt: in qbus ⁊ de eadem cleri multitudine non ſolum plurimos ſequaces: verum etiam ⁊ defenſores i ſuis hereſibus habere ceperunt: adeo vt propter hoc ſciſma fieret in clero ⁊ i populo dei: alijs ſtantibus pro veritate: alijs defendentibus (quaſi pro veritate) mendacium. Cũqꝫ viri ſancti arguerent eos verbis pacificis q̃rentes reuocare ad iter: vſqꝫ adeo: vt legitur in hyſtoria eccleſiaſtica: inualuerunt heretici ſacerdotes. vt multi ꝑ conſilium eorum occiderẽtur: ⁊ nouo poſt victorias paganorum coronarentur martirio. Unde factum eſt vt tertius angelus effunderet phyalam ſuam: ſuper flumina: ⁊ ſuper fontes aquarum: hoc eſt ſuper illos epiſcopos ⁊ ſacerdotes qui infecti erant errore arriano: ⁊ factus eſt ſanguis: quia zelãtibus viris ſpiritualibus aduerſus prauos doctores: procreatus eſt in cordibus eorũ potus mortalitatis: d̕ quo dicit apoſtolus. Litera occidit: ſpiritus autem viuificat. Mox enim vbi heretici increpant de doctrina ſua carnaliter ĩtellecta: indurãt cor ſuum ⁊ obturant aures ſuas ſicut aſpis: vt nolint aſcendere ad ſpiritualem intellectũ dicentes illos eſſe hereticos: qui alium intellectum quã qui ſcriptus eſt: in teſtibus librorum in dicunt. Sed iuſto dei iudicio actuꝫ eſt: vt qui pro erroris ſui defenſione catholicorũ ſanguinem fuderunt: ꝓſi mortalem potum doctrine carnalis que in litera eſt: haurirent ignorãtes illud quod ſcriptum eſt. Spiritus eſt qui viuificat: caro autem non prodeſt quicq̃. Unde ⁊ mox ſubditur.

Tex.6 ¶ Et audiui Angelum aquarum dicentem. Iuſtus es, qui es, & qui eras ſanctus, qui hæc iudicaſti: quia ſanguinem ſanctorum & prophetarum fuderunt: & ſanguinem eis dediſti bibere, vt digni ſunt. *Et audiui* alterum Angelum ab altari, dicentem. Etiam domine deus oĩpotens vera & iuſta ſunt iuditia tua.

¶ Angelus aquarũ magnos illos: ⁊ ſpirituales doctores deſignat: qui ſe oppoſuerunt aduerſus hereticos propter veraꝫ fidem oſtendentes intellectũ eorum eſſe ſanguineum ⁊ carnalem: de quo dominus petro. Beatus es inquit ſimon bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi. Et quia nonnulli admirantur de iudicijs dei conquerentes ad inuicem ⁊ dicẽtes. Si nos credimus falſum quod putamus eſſe verũ que culpa nobis eſt: aut que iniquitas? Ex qua culpa id acciderit vt ita cecarẽtur corda eorum: demonſtratur cum dicitur. Qꝛ ſanguinem ſanctorum ⁊ prophetarum fuderunt: ⁊ ſanguineꝫ eius dediſti bibere: vt digni ſunt. Humanum ſiquidem eſt: incidere aliquando in erroreꝫ: ſed perſequi ca-



tholicos pro defenſione erroris: ⁊ fundere illorum ſanguineꝫ (ſicut fecerunt arriani) diabolicuꝫ. Inde eſt: ꝙ correcti a viris ſpiritualibus: nõ fuerunt digni qui apprehẽderent diſciplinaꝫ: ſed magis indurauerũt ceruices ſuas: vt contempta doctrina ſpirituali: eligerent ad defenſionem erroris ſui: intellectum habere: qui guſtantibus inferre mortem. Et bene ait: qꝛ ſanguinem ſanctorum ⁊ prophetarum fuderunt: quia nõ ſolum pios ſacerdotes ⁊ epiſcopos ĩuoluit perſecutio arriana: verum etiã monachos ⁊ heremitas: in quibus erant non nulli habentes ſpiritum prophetie ſicut legitur de ſancto ioanne anachorita: ⁊ de ſancto benedicto: q̃uis ⁊ catholici doctores: prophete dici queant: quia futura predicunt. Et bene dicit angelus. Iuſtus es: qui es: ⁊ qui eras ſanctus: qꝛ ⁊ in veteri teſtamẽto oſtẽdit ſe eſſe ſanctum ⁊ iuſtum: reddẽs retributioneꝫ ſuperbis: ⁊ in nouo ſimiliter Angelus vero qui reſpondit ab altari ⁊ dixit. Etiam domine deus omnipotens vera ⁊ iuſta ſũt iudicia tua: catholicos epiſcopos puto deſignari congregatos in concilijs: q confirmantes ſcripturas ſanctoruꝫ: doctores heretios dãnauerunt. Altare ⁊ enim de lapidibus fit ſegregatis ab alijs: ⁊ coniunctis in vnum locum. Sic ⁊ ſancti epiſcopi ſegregati ſunt ſecundum aliquid ab alia multitudine fidelium: vt ipſi qui ſunt maiores in eccleſia decernerẽt: ꝯgregati in ꝯcilijs qd abijciẽdũ ſit: qd tenendũ. Quaſi ergo ab altari angelus reſpondit dicẽs. Etiam domine deus omnipotens: vera ⁊ iuſta ſunt iudicia tua: cũ ex ipſo ordine epiſcoporum congregati ſunt aliqui in concilijs: qui damnantes hereticam prauitateꝫ ⁊ deum omnipotentem eſſe iuſtuꝫ iudicẽ: ⁊ ꝓpria culpa homines ipios incidiſſe in iudicium ſanguinis qui ſanguinem fuderunt teſtati ſunt. Sequitur.

¶ De quarto angelo effundẽte phyalaꝫ.

Tex.7 ¶ Et quartus Angelus effudit phyalam ſuam in ſolem: & datum eſt illi æſtu affligere homines & igne.

¶ In ſole ſicut iam diximus deſignantur contemplatores: quorum eſt proprium relictis omnibus ſpeculari facieꝫ dei: ⁊ videre eum qui fecit nos. Hic ordo quarto tẽpore habuit conflictum cũ beſtia: que aſcẽdit de mari: quia iſte caſtitatem predicat: ille luxuriam. Iſte contemptum mundi: ille temporalem gloriam ⁊ mundanos honores. Sed quia ibi plerũqꝫ ex occulta elatione: appetitus ſurripuit vane laudis: vbi manifeſta religio prenotat ſanctitateꝫ: nec in ipſo ordine tam preclaro deeſſe potuit: quod argueretur a ſanctis viris: quia vana eſt profecto omnis regligio: que non eſt ſolidata: ⁊ fundata in radice humilitatis: etiam ſi pro ſua excellentia videretur tranſcendere aſtra celi. Unde ſcriptuꝫ eſt Gaudium ypocrite ad inſtar puncti: ſi eleuauerit caput ſuum vſqꝫ ad nubes: quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Igitur ⁊ ſuper tales viros: ſi diſſimulant corrigi de die in diem: effunditur ſicut ⁊ in ceteros phiala iracundie dei: quia tanto ſunt qui eiuſmodi ſunt: durius increpandi: q̃to illorum delictum: non tam homines tãgit: quam deum. Uerum quia ſe ſanctos ⁊ iuſtos ⁊ digniores ceteris eſſe putant. tanto ſi increpantur ab aliquo: magis accenduntur in ira: quanto nihil eſſe putant vitam aliorum: qui ſe ſicut ipſi extimant ab yſu temerario increpare preſumũt. Solent etiaꝫ qui eiuſmodi ſunt conqueri concurrentibus ad ſe: ⁊ exponere illis vitam ſuam: vt ſciant quia zelo inuidie ⁊ liuore odij arguũtur. Unde ⁊ plerũqꝫ ꝯtingit: vt affligant homines eſtu ⁊ igne: ⁊ icipiãt eſtuare eſtu magno: qꝛ quia nihil eſt quod tã offendat corda carnalium: ⁊ quod tam eos cõpellat ad deſperationem q̃ꝫ cum eos quos venerantur quaſi ſanctos: audiũt ab alijs quos bonos quidem eſſe putant: ſed tamen imipares meritis increpari: ⁊ ex eadem increpatione: inter eos quos ſanctos eſſe crede-

bant:lites ⁊ ſcādala generari. Dicunt eni.
Si nobis erat ſpes ⁊ fiducia ſaluari poſſe
orationibus iſtorum:⁊ etiam ſi poſſe dare/
tur:confugere ad illorum conſortium:quo
modo ſi iſti ſalui eſſe nequeūt: qui tot ⁊ tā
ta ſuſtinēt cauſa dei(nos qui peccatores ſū
mus)miſericordiam cōſequemur? Et hoc
quidem dicunt carnales homines: ſecun/
Ypocri tis. dum quod ab ipſis ypocritis didicerunt:
quia neſciunt inter corporalia ⁊ ſpiritualia
vitia habere diſcretionē:⁊ quia melior ſit
humilis ſeruitus:q̄z ſuperba libertas. In/
de eſt quod ſatiſfacientibus eiſdem ypocri
tis in exercitiјs corporalibus: accendūtur
ipſi carnales homines contra eos:qui zelā
tur aduerſus ipſos:diiudicātes ⁊ blaſphe/
mantes illos tanq̄z inuidos ⁊ iracundos:
⁊ in ipſis omnipotentem deuz qui zelatur
per eos. Unde ⁊ mox ſubditur.

Tex. 8 ¶ Et extuauerūt hoīes eſtu ma
gno, & blaſphemauerunt nomē
dei hn̄tis ptātē ſup has plagas.

¶ Magno vt iaz dixi:eſtu eſtuant homi/
nes:cum illos audiunt increpari quaſi ho
mines perditos:quos ipſi ex multo tēpo/
re ſanctos inter homines teſtati ſunt:⁊ ob
hoc conuerſi ad iniuriam eorum qui eos
ypocritas eſſe dicunt: blaſphemant ſpiri/
tum domini qui habet poteſtatem ſuper
plagas iſtas: ⁊ dantis poteſtatem homini/
bus faciendi iudicium:vt ſentiant plagas
ſpirituales:quibus cuz poſſent reſiſtere no
luerunt. Sequitur.

Tex. 9 ¶ Neq̄z ægerunt penitentiam,
vt darent illi gloriam.

¶ Cum arguunt ypocrite:q̄ querūt glo
ria ab hoībus:quos ſibi q̄buſdā familiari
tatibus:⁊ carnalibus amicitiјs:alligantur:
⁊ nolūt cōuerti:oporteret ipſos homines
qui decepti ſunt ab eis penitentiaz agere:
ꝙ gloriam quam ſoli deo impēdere debue
runt:impendunt hominibus morituris.
Sed quia eos quos ſemel venerari cepe/
runt:confundunt deſerere(re vera)q̄ ho

mines ſunt: non ſolum penitentiam non
agunt vt dent gloriam deo:cui ſoli debet:
verumetiam deteriores effecti in blaſphe
miis ipſas prorumpunt dicentes. Iſti ho/
mines nō ſunt ex deo:qui ſanctos impius
odiunt ⁊ perſequuntur. Neq̄z enim aliuz
blaſphemare credendi ſunt:q̄z ipſum ſpiri
tum ſanctum:qui blaſphemāt:quia incre/
pant ⁊ quaſi perſequūtur ypocritas:quos
ipſi putant ſanctos homines ſpirituales:
quia ⁊ illi quos arguit:dominus incurriſ/
ſe ſpiritum blaſphemie:nequaq̄z aperta cō
tumelia blaſphemauerunt ſpiritū ſanctū:
ſed in belzebub(inquiūt)pricipe demonio
rum eiјcit iſte demonia. Sequitur.

¶ De quinto angelo effundente phyalā.

¶ Et qntus āgelus effudit phya T. 10
lam ſuam ſuper ſedē beſtiæ, &
factū eſt regnū eius tenebroſum.

¶ Sicut in quatuor tēporibus quatuor
animalia claruerunt:⁊ tamen in ſingulis
ordinibus:multi ſub ficta ſpecie religionis
abuſi ſunt gratia ⁊ miſericordia dei:ita in
quinto tempore claruit generalis eccleſia:
que eſt ſedes dei:ordo.ſ.clericorum ⁊ con/
uentualium:de quo ⁊ ſeptem iſti angeli ad
faciendum iudicium egreſſi ſunt: ⁊ tamen
nonnulli ſub ſpecie eiuſdem ſedis dei:facti
ſunt ſedes beſtie que eſt regnum antichri/
ſti regnātis vtiq̄z a pricipio eccleſie i mem
bris ſuis:eo ꝙ non ſint de illis clericis vel
monachis qui vicerunt beſtiam ⁊ ymagi
nem eius:ſed de his qui victi ſunt a beſtia
⁊ ymagine: ⁊ numero nominis impius:
adeo:vt deteriores ſint:q̄z aliq ſeculares.
Sicut(inquit auguſtinus) Nullos cōperi
meliores:q̄z qui in monaſteriјs pfecerūt:
ita nullos comperi deteriores:q̄z qui i mo
naſteriјs defecerunt. Et quoniaz ſupra mo
dum qui eiuſmodi ſunt ambiunt regnare
ſupra fratres ſuos:non immerito ſublati a
regno regis humilis:tranſeunt in regnuz
eius:de quo dicit ſcriptura. Ipſe eſt rex ſu
per vniuerſos filios ſuperbie. Quecūq̄z er
go canonice vel monaſteria deuicte ſunt a



beſtia:ſeu ab ymagine ipſius:ſeu a nume/
ro nominis eius: ſedes beſtie facti ſunt:
quia de talibus magis gaudet ille q dicit.
Yſaias. Sedebo in monte teſtamenti:Et quoniaz
quo ad ſpeciem habitus vnius ordinis eſ/
ſe videntur:cum eis qui effundunt ſuper
eos phyalas iracundie dei:eo magis indi/
gne ferunt:ꝙ quaſi a coequalibus incre/
pantur:non attendentes ꝙ habitus nō p
ſit:ſed obſit:ſi hitus a vita diſcorder. Quo
circa effuſa phyala ſuper hanc ſedem: eſſi
citur regnum eius tenebroſum:q̄ ⁊ ambi
tio ipſa p ſe cecat oculos eorum ne videāt:
⁊ odiū quod ɔcipiūt cōtra eos qui ſe incre
pant:omnino aufert lumē ab oculis eoꝝ:
dicēte ioāne cuius eſt liber iſte: in epiſtola
ſua:ꝙ odiū obcecat mētē. Qui odit fratrē
ſuū in tenebris eſt.⁊ in tenebris ambulat:
⁊ neſcit quo eat:quoniā tenebre obcecaue/
runt oculos eius. Et quoniā qui eiuſmodi
ſunt:ſi quando impediti a viris ſpirituali
bus:nō poſſunt obtinere quod cupiūt pre
nimio dolore cordis in detractionē eoꝝ q
ſe increpāt,ꝓriuus erūpūt recte ſubiūgit.

T. 11 ¶ Et cōmanducauerūt linguas
ſuas præ dolore.

¶ Lingue ⁊ enim populi recte illi dicun
tur quibus data eſt:illa gratia que ſignifica
ta eſt in liguis que apparuerunt apoſtolis:
vt habeant ignem zeli dei:⁊ ardorē loquē/
di:nō volentes ſub ſilentio pretetire iniu/
rias dei ſui. Sed quia neſciunt filiј belial
ſuſtinere vſtionem medicine:tacti intrinſe
cus dolore impatientie ſue: quaſi commā/
ducāt linguas ſuas:dū nō metuūt detrahe
re de viris ſanctis q lingue ex dono gra/
tie dicti ſunt:vt per minora peccata ad ma
iora ptrāſeant. Qui.n.ſuſtinēt patiēter ⁊ iu
ſte ſe argui cōfitenẗ.paulo poſt: ſi perſeue/
rāt in patientia: ſuperueniēte gratia:inue
niūt ɔſolationē:⁊ ɔſolati benedicunt do/
minū:qui ſaluat ſperantes in ſe. Qui vero
impatientes ſunt ad verbū:primo quidez
laniāt dētibus correctores ſuos: deide cre
ſcēte ipatiētia ⁊ malitia:vſq̄z ad blaſphemi

as:creatoris erūpūt. Unde ⁊ hic ſubdiẗ.

¶ Et blaſphemauerunt deum T. 12
cœli & terræ præ doloribus, &
vulneribus ſuis, & non egerunt
penitentiam ex operibus ſuis.

¶ Blaſphemauerunt inquit deum celi:
⁊ terre. Blaſphemauerūt qui coronat ſan/
ctos ſuos pro operibus bonis ⁊ ſaluat pec
catores penitentes per miſericordiam ſuā.
Blaſphemauerunt autem illum pre dolo
ribus ⁊ vulneribus ſuis:q̄ ſi non a princi
pio reſiſtitur concupiſcentiјs:duz tempo/
re eſt penitendi ad extremum multiplica/
tis doloribus:quia nō licet quod libet: ita Nota.
ſagittis temptationum interiora cordis ſui
vulnerari contingit:vt plerūq̄z ⁊ inuitus Mors
rapiatur animus ad blaſphemiam: ⁊ que/
rens penitentie aditum:inuenire non poſ
ſit. Ergo ſtulti ſunt qui differunt de die in
diem:quia qui promiſit miſericordiaz pec
catori quacunq̄z hora peniteat ex toto cor/
de ſuo: dare ſe ſemper peccantibus affectū
penitentie non promiſit. Unde ⁊ p ſemet/
ipſam veritas dicit. Contendite intrare p
anguſtam portam:quia multi dico vobis:
querent intrare ⁊ non poterunt. Sequiẗ.

¶ De ſexto angelo effundente phyalam.

¶ Et ſext⁹ āgelus effudit phya T. 13
lam ſuam in flumē illud magnū
eufratē & ſiccauit aquas eius vt
pparet via regibus ab ortu ſolis.

¶ Huc uſq̄z zelus dn̄i i domo eius exarſit:
puniēs eos q videbanẗ eſſe de familia ſua:
⁊ de ordinibus pfectoꝝ:vt impleret illud
apoſtoli petri. Tempus eſt vt incipiat iu
diciū de domo dn̄i. Nūc ſup eos q irregu
lares ſunt ⁊ mūdani ſicut ſunt milites ⁊
negotiatores terre: ⁊ vniuerſi q videẗ eſſe
quo ad opa filiј huius mundi oportet effū
di phialam iracūdie dei:quatenus inchoa
to tempore ſexto:ſentiant ſaltem exterius
plagam:quam intus pro cōſueta cecitate

grauioris plage vulnera ſentire non poſ/
ſunt. Scimus enim ꝙ flumen eufrates in
ſluebat quondā oꝑulentiſſimā illaꝫ ciuita
tem que dicebatur babylon : ⁊ dictum eſt
inferius in hoc libro: ꝙ aque multe ſuper
quas meretrix ſedet: ſunt populi multi. Si
auteꝫ aque huius fluminis quod vocatur
eufrates: populi ſunt: ⁊ gētes ⁊ lingue que
parent romano imperio: ſiquidem ciuitas
romana ipſa eſt noua babylon: quid eſt: ꝙ
ad effuſionem phyale ſiccantur aque eius:
niſi ꝗ pro eo ꝙ ipſi qui preſunt non ſuſpi/
ciunt correctionem: iuſto omnipotētis dei
iudicio debilitanṫ vires eoꝝ: vt deficien/
tibus exercitibus ſuis: non ſit q̄ reſiſtat re
gibus: ⁊ tyrannis: qui ſicut in ſexta parte
plenius cōtinetur: venturi ſunt: ad percu
tiendum regnum ipſius babilonis ? Qui
autem dicitur ab ortu ſolis. Arbitror ad
literam eſſe intelligendum : vt vꝫ a parte
orientali incipiet tribulatio: ſicut ⁊ factum
eſt: hoc eſt ab illa prouintia: vbi (vt tanga
mus ⁊ ſpiritum) ortus eſt verus ſol: ⁊ vn/
de ad occiduas mundi partes lumen euā/
gelice predicationis illuxit. Sequitur.

Tex.3 ¶ Et vidi de ore draconis, et de
ore beſtiæ, et de ore pſeudo pro
phetæ exire ſpiritus tres immū/
dos in modum Ranarum. Sunt
enim ſpiritus demoniorum fa/
cientes ſigna : & procedent ad
reges totius terræ congregare il
los in preliū ad diem magnum
dei omnipotentis.

¶ Poſt deſolationem romani imperiȷ̄: re
uelabitur ille iniquus qui extollitur ⁊ ad/
uerſetur ſuper omne quod dicitur deus:
aut quod colitur. Habebit autem in comi
tatu ſuo militiam hominum perditorum:
deſignatam in beſtiam que aſcendit de ma
ri: ⁊ cateruam falſorum clericorum: ⁊ qua/
ſi prophetarum ſuorum deſignatam in be/
ſtia que aſcendit de terra illa. ſ. beſtia q̄ vo/
catur pſeudo propheta: ⁊ exibunt de ore ip Bu.
ſorum: ſpiritus demoniorum ad facienda
ſigna vt conuocent reges infideles ad eua
cuandum regnum chriſti: vt ipſe qui tene
bit locum draconis: ⁊ in eo ipſe draco: poſ/
ſit extimari deus: ⁊ adorari ab hominibus
tanq̄ꝫ ipſe ſit deus. Et illorum quidem in/
tentio: talis erit ⁊ propoſitum ⁊ voluntas.
Uerumtamen ad diem magnum domini:
congregandi ſunt vniuerſi: quia ꝓpe erit
dies domini: prope ⁊ velox nimis: in qua
⁊ erubeſcent infideles pro omnibus erro/
ribus ſuis: Qui autem ait in moduꝫ rana/
rum: immunditiam ⁊ falſitatem eorum ex
primere voluit: vt ſciant electi quales ſpiri
tus erūt: per quos perditi homines factu/
ri ſunt illa ſigna: ⁊ non ſcandalizentur ad
oſtenſionem eorum. Rana eniꝫ cum infla/
tur: mentitur ſe eſſe quod non eſt. Sic ⁊ ſi
gna illa mendacia erunt: ⁊ nihil veritatis:
aut vtilitatis habentia. A tempore autem
illo quando iſta fient: incognita erit dies
⁊ hora quādo veniet dominus. Naꝫ ꝙ an
teq̄ꝫ reueletur filius perditionis: nō ſit do
minus venturus ad iudicium: non ſolum
teſtatur apoſtolus in epiſtola ad theſaloni
cenſes: verum etiam obſecrat ne decipiā/
tur ab aliquo ne hoc credāt: dicēs ita. Ro
gamus vos fratres ꝑ aduentuꝫ domini no
ſtri ieſu chriſti: ⁊ noſtre congregationis in
ipſum: vt non cito moueamini a ſenſu ve/
ſtro: neqꝫ terreamini: neqꝫ per ſpirituꝫ: ne
qꝫ per ſermonem: neqꝫ per epiſtolam tan/
quam per nos miſſam: quaſi inſtet dies do
mini. Nequis ſeducat vllo modo: quoniaꝫ
niſi venerit diſceſſio primum : ⁊ reuelatus
fuerit homo peccati filius perditionis: qui
aduerſatur ⁊ extollitur ſupra omne quod
dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in tē/
plo dei ſedeat: oſtendens ſe tanq̄ꝫ ſit deus.
Igitur aperte liquet ꝙ anteq̄ꝫ reueletur fi
lius perditionis: non veniet dominus ad
iudicium. Poſtq̄ꝫ autem ille reuelabitur:
incerta erit dies ⁊ hora quādo veniet qua
ſi fur reddere vnicuiqꝫ ſecundū opera ſua.
Unde ⁊ hic ſubditur.

¶ Ecce



T.14 ¶ Ecce venio ſicut fur. Beatus
qui vigilat & cuſtodit veſtimen
ta ſua ne nudus ambulet : & vi/
deant turpitudinem eius.

¶ Qđ non ꝓſequitur in hoc loco Joan/
nes inchoatam orationem: ſed ea inconſu/
mata ⁊ interciſa dn̄s ipſe loqtur : dicens.
Ecce venio ſicut fur. Furtiuum ipſum ſui
ipſius: ſubitum ac terribilem deſignat ad
uentum: quem nemo nouit : niſi ſolus pa
ter. Non enim ꝑtinuit ad Joānem dicere
quo tpe: ⁊ qua hora vēturus ſit dn̄s ad iu
dicium: ſed eo loquente: ⁊ premuniente fi
deles de malis que ventura ſunt circa fi/
nem ſeculi : ipſemet dn̄s loquitur ⁊ dicit.
Ecce venio ſicut fur : vt intelligamus : ꝗ
cum viderimus ꝯſumari verba que loqui
tur Joānes in capitulo iſto: prope erit dies
dn̄i ⁊ aduentus maieſtatis ipſius adeo vt
ex illa hora: oporteat electos eſſe ſuſpenſos
⁊ preparatos ad aduentum iudicis: neſcie
tes qua die ⁊ qua hora venturus ſit ad iu/
dicium: ſicut factum eſt in diebus Loth: ⁊
in diebus Noe. Quocirca illi ſoli beati
erunt: qui poſtpoſitis omnibus curis mū
di: vigilant ⁊ cuſtodiunt mandata dei: ope
rantes ſibi veſtimenta iuſtitie: ⁊ cuſtodien
tes ne nudi appareant ab opibus bonis in
tante preſentia maieſtatis: ⁊ ꝯfundantur ſi
T.17 cut Adam: vidētibus vniuerſis tur pitudi
nem ſuam ⁊ peccatoꝝ ſuoꝝ. Eſt enim tur
pitudo peccatum diſcoop̄tum : peccatum
qđ non tegiṫ veſtimento ſalutis: illo vtiqꝫ
pſal. veſtimento: de quo dicit pſalmiſta. Sacer/
dotes tui induantur iuſtitiam. Quocirca:
beati illi quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates : ⁊
pſal. quoꝝ tecta ſunt peccata. Beati qui per di
gnos fructus penitentie recupant veſtem
iuſtitie quam amiſerunt: ſicut econtrario:
veh illis erit quoꝝ corda grauantur in cra
pula: ⁊ ebrietate: ⁊ curis huius vite: ⁊ in/
ueniet illos repētina dies illa: q̄ꝫuis exem/
plum qđ dictum eſt a dn̄o de diluuio: ma/
gis de iudicio precedenti: qđ erit in interi
tu Babylonis intelligendum ſit: ſicut ⁊ il
lud qđ dixerat apoſtolus in precedenti epi
ſtola ad theſalonicenſes. Cuꝫ dixerint pax
⁊ ſecuritas: tunc repentinus ſuper eos ve/
niet interitus: quaſi dolor in vtero haben
ti: ⁊ non effugiet. Sequitur.

¶ Et congregabit illos in lo/ T.15
cum qui vocatur hæbrayce, ar/
magedon.

¶ Expleto verbo dn̄i dicentis. Ecce ve/
nio ſicut fur: repetit Joānes qđ intermiſe
rat imꝑfectum: ⁊ dicit Et ꝯgregabit illos
in locum qui dr̄ hebrayce armagedon. No
tandum vero: ꝙ nō ait: ꝯgregabunt: illos
reges. ſ. terre: de q̄bus ſermo erat: ſed ꝯgre
gabit: ꝗ ⁊ ſi ſpirituuꝫ immundoꝝ erit con Joe. 2.
gregare illos in prelium aduerſus dn̄m : ⁊
aduerſus Chriſtum eius: ipſius tn̄ Chri/
ſti erit ꝯgregare illos in locū artum: quem
ipſi penitus ignorabunt vt prelietur ipſe:
iuxta illud Zacharie prophete : aduerſus zacha.
eos : ſicut preliatus eſt in die certaminis.
Puto autem nomen loci: qđ vocatur he/
brayce: armagedon: eſſe ſignificatiuū: ſicut
⁊ vallis Joſaphat : ſed non occurrit mihi
adhuc interpretatio ipſius nominis: cui da
re poſſem fidem: vt ſcirem qđ ſonet in lin
gua noſtra. Si cui autem occurrerit prius
q̄ꝫ mihi: puto ꝙ ex ipſa interpretatione no
minis queat : ꝙ ad rem faciat plenum ca/
pere intellectum. Sequitur.

¶ De ſeptimo angelo effundēte phyalā.

¶ Et ſeptimus angelus effudit T.16
phyalam ſuam, in aere, & exiuit
vox magna de templo a throno
dicens, factum eſt.

In ſex precedentibus effuſionibus:
ꝑſeuerauit mundus in malitia ſua: ⁊
manſit inuincibilis ⁊ induratus nolēs ac
cipe diſciplinam. In ſeptima autem ꝑcuſ/
ſione: emarceſcet in ſemetipſo: ⁊ deſinet ſui

ꝓbire: percuſſa prius fornicaria Babylone: que de vino proſtitutionis ſue: potauit omnes gẽtes. In ſexto autem tempore fiet vtrunq;: precedet enim ſextus angelus: & effundet generaliter phyalam ſuam ꝯtra omnes reprobos: qui & protinus percuſſi exterminabũtur de terra: & mox ſequetur ſeptimus effundẽs & ipſe phyalam ſuam ſuper electos: quatenus ſi que macule adheſerunt eis de communione Babylonis purgentur & dealbentur ſuper niuem: hoc quoq; modo in ꝑcuſſione ſeptima: ceſſet plaga domini a populo ſuo: & relinquatur de cetero ſabbatiſmus populo dei. Igitur in aere ſpiritualis illa eccleſia deſignatur: que relinquetur velut mũda ſeges: excisis de terra ſpinis: & tribulis: & cunctis reliquijs Babylonis. Aſſimilatur autem aeri: qꝛ nihil rẽ3 ſapiet: ſicut modo terrenũ atq; carnale: ſed ſublimata velut a terra: mũditia: virtute: & ſanctitate: vite angelice appropinquauit. Sed & ſi qua ſordida nebula antique ꝯuerſationis fedabit: illam ad effuſionem phyale ſeptimi angeli mundabitur a delictis ſuis: & erit ſancta & immaculata quaſi ſponſa & ornata viro ſuo. Propterea exiuit vox magna de templo a throno dicens. Factum eſt: qꝛ manifeſta intelligẽtia egredietur: de vtroq; teſtamento: & ex ore totius eccleſie que eſt thronus dei: que docebit oĩa eſſe ꝯſumata: nihilq; ſupereſſe de reliquo: niſi vt vnuſquiſq; ꝓpriã mercedem accipiat ſm ſuum laborem.

Explicit quĩta pars libri. Incipit ſexta.

Quinq; precedentibus partibus diligẽter inſpectis: ſm ꝙ notare curauimus in ſumma libri: inuenimus quatuor generales ordines: deſignatos in quatuor animalibus: habuiſſe conflictum cum quatuor beſtijs: quas ſcribit Daniel: ſinguli per ſingula tempora ſpecialiter: & tñ omnes ſimul ab ipſo principio generaliter. Deinde in quinto tempore ſedem dei (hoc eſt) eccleſiã generalem: que dicta eſt in ſpiritu Hieruſalem: cum eccleſia malignãtium: que vocatur Babylon: quatenus completis quinq; prelijs iſtis: recipiat vtraq; ciuitas in ſucceſſione ſue prolis ſm opera ſua: & appareat qd differat inter iuſtos & impios: non modo in futuro ſeculo: verumetiã in hac vita preſenti. Ut autem quatuor animalia pertinent ad ſedem dei: ita & quatuor beſtie ad ſedem Sathane: quia & ciuitas celeſtis a quatuor partibus: habet muros ſuos: & ciuitas nihilominus infernalis: que illi velut ex oppoſito ꝯtraria ſemper exiſtit. Igitur completis quinq; prelijs in temporibus ſuis: opꝫ Babylonem recipe ad plenum ſexto tempore mercedem erroris ſui. Hieruſalem autẽ mercedem bonam ſm ſuũ laborem: iuxta qð aperte oſtẽditur in hac ſexta parte: de qua in hoc preſenti volumine tractaturi ſumus: & oſtẽſuri ꝙ infelices ſint filij huius mundi: & omnes qui ambulant in ſuperbiam carnis: ſed ad rem veniamus. Dan.

Incipit diſtinctio prima.

Et facta ſunt (inquit) fulgura, & voces, & tonitrua. Et terremotus factus eſt magnus, qualis nũquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram, talis terremotus ſic magnus. T.17

Quando vult deus per ſucceſſiones temporum mutare ſtatum eccleſie: vt alia poſt alia ſm quod ſcriptum eſt conſumentur: precedunt ante annos aliquot fulgura miraculorum: voces exhortationũ: tonitrua ſpiritualium eloquiorum ſiue vt ſomnolenti quiq; ac deſides excitentur a



ſomno mortis: ſiue vt tam ipſi ꝙ alij intelligant: ꝙ nouum aliquid facturus ſit dominus ſuper terram. Puto autem ꝙ hec ſigna ceperunt iam olim precedere in temporibus noſtris. Nam & viri ſancti preceſſerunt nos ante non multos annos: qui miracula facerent: & qui verbis exhortatorijs non paucis populum domini ad penitentiam prouocarent: ſi tamen fuerunt aliqui qui audirent: & recogitarent: & dicerent in corde ſuo: quid eſt hoc: vt qui norunt dijudicare faciem celi & terre: ſigna quoq; temporum preſentirent. Sed quia dura & terrena corda hominum: non poſſunt ſentire niſi virgam: ecce percuſſio ſatis grauis ſequuta eſt in populo nequam: ecce terremotus factus eſt magnus: mota ſunt quippe ſunt corda populorum ex his que acciderunt: & commota ſunt a mari vſq; ad mare: in omni poteſtate & regno occidentalis eccleſie: que aliquid adhuc eſſe videtur: zelantibus vniuerſis pro iniuria regis ſui: & cupientibus vlciſci de gentibus infidelibus: qui ablato ſignaculo fidei noſtre: polluũt vſq; adhuc templum ſanctum eius: zelati ſunt multi & moti ſunt: non ſolum animo: ſed & corpore. Quare ergo non profecerunt? Puto pro eo ꝙ in zelando: non rectum ordinem tenuerunt. Oportuerat enim illos conſiderare primo: quam ob cauſam: id paſſi ſumus: quam ob cauſam tradita ſint ſancta noſtra in manus extraneas: in manus gentium infidelium que ignorant deum: ne forte qui fecit aliquando flagellum: de reſticulis: & eiecit de templo vendentes & ementes: ipſe nunc pro ſimili culpa congregauerit gentes in congregationem vnius faſcis: & vtatur eis pro flagello contra nos eijciens nos iterum de domo ſua: que facta eſt a populo ſpeluncha latronum. Quid enim ſi gentes infideles permittuntur poſſidere ad tempus domum ipſam de qua nos turpiter eiecti ſumus: vt oſtendat dominus in nobis qui non ſeruamus promiſſum: & multo amplius fore pollutam ꝙ in eis qui nihil promiſerunt: ſi quo modo ꝯfundamur: vel iſto modo: & agnoſcamus vel ſero reatum noſtrum? Prius enim oportebat noſipſos pugnare contra nos. vt pugnaremus fletibus delicta noſtra: & ſic premiſſa ſatiſfactione: ſi adhuc vrgeret neceſſitas: procedere ſecure ad bellum: habẽtes ipſum quem offendimus deum viuum placatum tutorem ꝓpitium ac ducẽ belli. Magnus ergo terremotus factus eſt nimis: pro his que acciderunt: & quod eo deterius eſt: magna pro culparũ meritis inſtabilitas animorũ. Defecit enim fides & veritas de terra. Ubiq; motio: qꝛ vbiq; ſciſſura. Recedit frater a fratre: & proximus a proximo ſuo: ita vt nihil ſit ſolidum: nihil ſit ſtabile ſuper terra. Et ꝙuis terremotus ille magnus: adhuc poſt dies aliquot futurus ſit: ſigna tamen motionis illius: ac ſi preſentia iam tenemus: & initia pre ſolito manifeſta dolorum future tempeſtatis vaſtitatem precurrunt. Sequitur.

Et ciuitas magna facta eſt in tres partes. T.18

Scriptum eſt in euangelio. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Ut ergo oſtendatur ꝙ appropinquat deſolatio regni: quod aliquando erat vnum & contiguum: appropinquante ſexto tempore: diuidi incipit inter tres partes. In illo die apparebit manifeſte quomodo ex motione humanorũ cordium: frangatur vnitas Romani imperij: querentibus ſingulis aliorum terminos vſurpare: licet (vt iam dixi) certa iam inditia teneamus. Ciuitatem ſane iſtam: que vocatur magna: ego Conſtantinopolitanum Imperium intelligi puto: in quo per crebra ſciſmata que in eo facta ſunt: poſſunt fieri etiam ſuſpecta maiora. Accidit autem hoc vt compleatur illud quod ſcriptum eſt. Dominus immiſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecit Egyptũ in oĩ opere ſuo: ſicut errat ebrius vomẽs: & non

erit Egypto: opus qđ faciat caput ⁊ caudam incuruantem ⁊ refrenantem: ⁊ ꝯcurrere faciam Egyptios ꝯtra Egyptios: ⁊ pugnabit vir ꝯtra fratrem ſuum: ⁊ vir cōtra amicum ſuum. Et iteꝝ. Commotione cōmouebitur terra: ⁊ agitatione agitabiť terra: ſicut ebrius: ⁊ auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis: ⁊ grauabit eam iniquitas ſua: ⁊ corruet: ⁊ non adijciet vt reſurgat. Sequitur.

T.19 ¶ Et ciuitates gentium ceciderunt.

¶ Quare ceciderunt? Quia terremotus qui ꝯfregit ciuitatem magnam: ſubuertit ⁊ illas. Puto autem per has ciuitates: intelligendas eſſe eccleſias Grecoꝝ: de q̄bus in ſpecie atrij ſiti extra templuꝫ: ſub ſexto angelo tuba canente terribiliter dictum eſt. Atrium qđ eſt foris templum: eijce foras: ⁊ ne metiaris illud: q: datum eſt gētibus. Si autem eccleſie que ꝯtinentur ſub hoc atrio gentibus date ſunt: nō immerito dicte ſunt ciuitates gentium: q: ab ipſis hereditate poſſeſſe. Ut enim per preſentia intelligant futura: non modica plebs manet in Alexādria: que ſeruat vſq; hodie fidem Chriſti: ſicut ⁊ in Syria: ⁊ in alijs locis: qui tn̄ ſi de moribus agitur: vtruꝫ ſint chriſtiani: an ſarraceni: dubitať. Date ſunt ergo huiuſcemodi ciuitates gentibus: ⁊ gentiuꝫ quodammodo facte ſunt: ⁊ tn̄ adhuc in fide ſtare videntur. Sed cum ꝑuenerit ad aures eoꝝ qui ita ſtant: ꝙ ſoliditas chriſtiani populi diſſoluať: putas ſtare poterūt inter hoſtes ſuos? Nempe ⁊ in veteri teſtamento erāt quedam gentes commixte cum ſemine iſrael: que dicebanť Samarite: ſeruantes tātummodo legem Moyſi: ⁊ nihilominus ydolis ſuis immolātes: que tamdiu ſe vocabāt iſraelitas: q̄ꝫdiu proſpera ꝯtingebant iudeis: tamdiu ſtabant in ꝯfeſſione vnius dei: q̄ꝫdiu pro confeſſione ipſa pacem ſibi ꝯcedi ſperabant cum filijs iſrael. Alioqn: vt in tp̄e credebant: ita in tp̄e tentationis recedebant. Sic ⁊ nōnulle eccleſie Grecoꝝ: (ſicut iam multis experimentis ꝓbatum eſt) facillime tranſeunt de dextera ad ſiniſtram (haud dubiuꝫ) pro eo ꝙ receſſerunt ab vnitate ipſius eccleſie: de qua dicit Chriſtus Symōi Petro. Tu es Petrus: ⁊ ſup hanc petram edificabo eccleſiam meam: ⁊ porte inferi non preualebunt aduerſus eam. Sed quare iſta oia? Nunqd ſine cauſa? Abſit. Sed vt debiliteť robur Romani imperij pp peccata: ⁊ ſumatur vindicta de gente apoſtatrice. Unde ⁊ mox ſubditur.

¶ Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare ei calicem vini indignationis iræ eius. T.20

¶ In oibus tp̄ibus retroactis viſus eſt dn̄s diſſimulare peccata delinquētium: vt puteť obliuioni tradidiſſe iudiciuꝫ. Cum autem completis annis patientie venerit dies ille magnus: in quo iudicāda eſt vrbs ſupba: id qđ videbať obliuioni traditum: reuocari putabitur ad memoriaꝫ: cum ne vnum q̄dem peccatum abſcondi poterit: de quo non digna meritis capiatur vindicta. Dabit enim illi deus calicem vini indignationis ire ſue: vt ſentiat amaritudineꝫ paſſionis: qua potauit ipſa martyres Chriſti ꝑſequens eos de ciuitate in ciuitatem. Nec iſtud tn̄ dicimus: vt vniuerſa multitudo reproboꝝ: que poſt reſurrectionem mortuorum demergenda eſt in caminum ignis: colligenda ſit in tp̄e ſexto: vt percipiat pariter mercedem erroris ſui: ſꝫ pars illa tātum vniuerſalis Babylonis que p̄ſens erit tp̄e ſexto. Uſus eſt enim ſancta ſcripturaruꝫ: vt ſepe pars alicuius rei accipiatur pro toto: ⁊ qđ agitur in parte: referatur ad totum. Quare hoc? Q: ⁊ ſi diuerſa ſunt pro tempore accidentia: vna eſt tn̄ reproboꝝ omnium: ſicuti ⁊ electoꝝ voluntas. Audiūt filij iudeoꝝ reprobaſſe patres eoꝝ Jeſum Nazarenum quaſi ſeductorem ⁊ hoſtem legis: ⁊ ꝓbāt eis ſtudium patrum ſuorum: adeo vt crucifigant ⁊ ipſi voluntate: quem non poſſunt perſequi actione. Et ob hoc ſi daretur facultas perſequerentur libentiſſime membra eius: ita vt nec ipſi ab opere videantur immunes. Sicut.n. vnus eſt homo ⁊ multa ſunt mēbra eius: ⁊ tamen per ſingula membra dicitur agere ipſe qui vnus eſt: dicitur enim idem ipſe videre: cuꝫ ad ſolos oculos pertineat viſus: audire: cum ad ſolas aures pertineat auditus: ⁊ ſic de ceteris mēbris. Sic ⁊ vniuerſa multitudo reproborum: aut electorū alia ⁊ alia opera in parte: ⁊ parte alia: ⁊ alia in tempore: ⁊ tēpore prius. ſ. poſterius agere viſa eſt: ⁊ tamē vniuerſa referunť ad vnitatem pro eo. ſ. ꝙ vna voluntas: ea que diuerſa ſunt in membris: facit eſſe cōmunia. Quo circa: ⁊ ſi vnus erit in fine caminus ignis in quo multitudo reproborum que dicta eſt babylon: cruciabitur ſine fine: tēporaliter tamen: non omnibus qualiter recedit: ſed alij permittuntur ꝓſperare vſq; in finem: alij iudicantur a domino in hac vita preſenti. Et hoc quidem ſepe accidit: vt non obliuiſcantur filij hominum iudiciorum dei: ⁊ multiplicetur malitia ſuper terram. Generaliter autem in quinque tēporibus ſuſtinuit patienter: ⁊ promiſit regnare babylonē in delitijs ſuis: affligi vero filios ieruſalem a filijs babylonis perſequētibus: qui nati ſunt ſecundum carneꝫ: eos qui ſecundum ſpiritū nati ſunt: donec iſtorum iuſtitia: ⁊ illoruꝫ nequitia cōpleatur. Porro in ſexto tempore quod prope eſt: ⁊ illius in veritate ſunt ſuperbie: ⁊ iſtius afflictioni imponetur finis: non quia tribulatio nō erit ſexto tempore aduerſus electos ab his qui extra ſunt populis infidelibus ad necē carnis: ſed quia deſinet intrinſeca emulatio ad ruinam cordis: quod ſolū eſt optabile a diligentibus deum. Nō eniꝫ ingemiſcunt electi dei: quia vidēt chriſtianos paganorum gladio trucidari: cū ſibi ⁊ ſanctis apoſtolis ⁊ martiribus legant deū ſuū noluiſſe parcere in hac parte: ſed magis q: filij babylonis: qui dicunť chriſtiani ⁊ non ſunt: corrumpūt mores bonos colloquijs malis: q: iniquis ſemper operibus cruciāt animas iuſtorū: q: audiūt blaſphemari nomen domini: ⁊ vlciſci nequeunt iniuriam dei ſui. Inde eſt ꝙ nec ſibi parci deſiderāt quo ad morē carnis: ſed cupiunt argentū ⁊ ꝑlūbuꝫ iactari pariter in fornace: vt conſumpta vniuerſaliter ſcoria: id quod erat ꝓtioſum: pretioſius fiat: Unde ⁊ cum diceret Iſayas. Uiſitabo ſuper vrbes mala: ⁊ ſuper impios iniquates ipſoruꝫ: protinus adiecit ⁊ ait: Precioſior erit vir auro ⁊ homo mundo obrizo. Igitur in ſexto tempore erit tritura aree generalis ⁊ ventilabruꝫ in manu domini ad purgandaꝫ areaꝫ ſuā vt congregetur triticuꝫ in horreo eius: palee vero comburantur inextinguibiliter. Sequitur.

¶ Et omnis iſula fugiit: & mōtes non ſunt inuenti. T.21

¶ Hoc iam dictum eſt in ſecunda parte: in apertione ſexti ſigilli: q: hoc plerunq; vt ſepe dixi. tangitur in hoc libro in ſpetie: quod plenius continetur in genere: Inſule ſunt eccleſie epiſcopales: que fluctibus huius ſeculi: ex omni parte obſeſſe: plurimam ſanctoꝝ ſuoꝝ patiuntur iacturam. Montes vero ſunt monaſteria in quibus a ſeruis omnipotentis dei arta ⁊ ardua ſeruatur innocentie vita. In terremotu ergo illo qui erit tam validus in illo die: cū vꝫ vniuerſa regna gentium colligentur in vnū ⁊ inſurgent quaſi fluctus ſeui maris contra filiam babylonis: fugient cenobia de locis ſuis: vt abſcōdāt ſe in locis occultis a facie tempeſtatis: ⁊ eccleſie multe eſſe deſinent: diſperſis vel interfectis defenſoribus ſuis. Non enim erit dies illa: dies illa dies miſericordie: ſed dies ire ſue: ſicut ⁊ ꝑ prophetam dicitur. Ecce dies domini venit crudelis: ⁊ indignatione plenus ire: ſiroriſq;: ad perdendam terram in ſolitudinem ⁊ peccatores eius cōterendos de ea. Unde ⁊ hic terribiliter ſubditur.

T.22 ¶ Et grando magna ſicut talē/
tum deſcendit de cælo in homi/
nes: & blaſphemauerunt homi/
nes deum pp plagam grandinis:
qm̄ magna facta eſt uehemēter.

¶ Commota ⁊ confracta terra a tam ter/
ribili terremotu: oportuerat corda homi/
num conteri timore: ⁊ ſcindi multiplici/
ter ad penitentiam: quod ⁊ facient illi qui
bus ſanum erit cor (ſicut in apertione ſex
ti ſigilli demonſtratur) cum dicitur. Om
nis ſeruus ⁊ liber abſcondent ſe in ſpelun
cis ⁊ petris montium: ⁊ dicent mōtibus
⁊ petris: Cadite ſuper nos: ⁊ abſcondite
nos a facie ſedentis ſuper thronum ab ira
agni: quoniam veniet dies magnus ire
ipſoꝝ: ⁊ quis poterit ſtare? Ceterum quo/
rum corda ceca ſunt: ⁊ auerſa a veritate:
vt nolint videre lumen qd̄ venit in mun
dum: incident in iudiciū ire dei (ſicut di
cit apoſtolus.) Reuelatur ira dei de celo
Rom̄. ſup omnem impietatem ⁊ iniuſtitiam ho
minum eoꝝ qui veritatē dei in iniuſtitia
detinent: q2 quod notum eſt dei: maniſe/
ſtum eſt illis. Et grando (inquit) magna
ſicut talentum deſcendit de celo in homi/
nes. De celo deſcendit pluuia: de celo nix:
de celo grando. De ore etiam iuſtoꝝ quo/
rum ſanctum collegium: nō immerito vo
catur celum: deſcendit predicatio ad irri/
ganda corda fidelium: deſcēdit commina/
tio frigida ad cohercēdum calorem vane
⁊ inepte letitie: deſcendit ⁊ increpatio du/
ra ad cōterendam duritiam hominum im
pioꝝ: quatenus aut redeant ad cor: ⁊ agāt
penitentiam de reatibus ſuis: aut infide/
lis (vt ait apoſtolus) ſi diſcedit diſcedat.
Quid enim ſi de verbo iudicij ſcandalizā
tur ⁊ pereant perituri? Scandalizatus eſt
Achab rex iſrael in verbo Michee pphe
te: ⁊ factus eſt deterior q̄ erat prius. Scan
dalizatus Sedechias in verbo Hieremie
tradidit illum in cuſtodiam: Sed num q2
illi ſcādalizari poterant: idcirco tacere ve/
ritatem oportuerat teſtes veritatis: ne illo
rum de cōtemptu verbi augeretur pecca/
tum? Quid enim durius verbo Petri di
Actu. centis Symoni mago. Pecunia tua te/
cum ſit in pditione? Oportebat enim ma
gnam duritiam cordis: magno ictu percu
ti verbi duri: non vt ſcandalizaretur: ſed
vt pcuſſus durius a magiſtro: a tanta neq
tia priuaretur. Ille autem non eſt cōuerſus:
ſed omnino ſubuerſus: ⁊ factus eſt pſequu
tor illius qui eum percuſſerat ad ſalutem.
Sed ⁊ nunc qd expectant filij falſitatis
vt loquantur eis diſcipuli veritatis? Num
quid verba mollia ⁊ placētia ſibi? Si hoc
ſperant: fruſtra: q2 non eſt tempus: Si ſcan
dalum eſt eis: iniuſte: q2 neceſſe eſt vt pre/
dicant ad ſalutem multorum quod ſciunt
certiſſime affuturum. Sed quare grandō
iſta que eo modo (quo ſupra diximus) de
celo deſcendit: magna eſſe dicitur ſicut ta
lentum: niſi q2 talentum grauius eſt mul/
tis ponderibus que cōtinet infra ſe: ⁊ ver
bum iſtud quod ſcriptū eſt de ruina Ba
bylonis: grauius eſt multis alijs: quibus
exprimuntur tam multe calamitates mū/
di. Inde eſt: q carnales homines qui dili
gunt mundum: ⁊ ea que ſunt mundi: ne/
queunt patienter ferre: cum audiunt vni/
uerſaliter perire: qd̄ amant: putantes nihil
eſſe iocundius vita preſenti. Blaſphemāt
autem dn̄m qui auctor eſt tam dure ſen/tē
tie: dicentes vnuſquiſq3 ad pximum ſuum.
Si ita futuꝝ eſt: quare qui nouit oīa ante
q̄ fiant: tam horrēdo fine cōſumanda crea
uit: niſi q2 adulantur ei qui eum miſericor
dem ⁊ amatorem iuſtitie eſſe dicunt? Hec
eſt enim illa blaſphemia que arguit in vno
latrone qui pēdebat in cruce: dicente vni
uerſoꝝ dn̄o qui erat pariter crucifixus. Si
filius dei es: ſalua temetipſū ⁊ nos. Latro
ſiqdem ille qui ad ſiniſtram (vt putatur)
xpi ſuſpēſus erat in ligno crucis: ſignificat
carnalem populum qui dū viuit ⁊ ambu
lat ſm carnem: tradendus eſt quoq3 in ma
nus gētium pro ſceleribus ſuis. Blaſphe/
mat autem dn̄m dicens. Si filius dei es:



ſalua temetipſum ⁊ nos: q2 populus carna
lis qui neſcit ea que dei ſunt: ſ3 ea que mū
di: ſi qn̄ dicit ei. Noli murmurare in flagel
lis: q2 xps ſine ca peccati pro ſalute oīum
pepēdit in cruce: primus reſpōdet ⁊ dicit.
Et que neceſſitas fuit vt iſta pateret? Si
oīpotens eſt ⁊ pius (ſicut dicūt ſcripture)
nec ipſe hoc pati debuit: nec nos addicere
paſſioni. Poterat enim ſaluum facere ge/
nus humanum ſine paſſione ppria ⁊ ptu
melia ſuſpēſius: ⁊ trāſferre illud de tranſi/
torijs mūdi gaudijs: ad eterna celoꝝ. Hec
blaſphemia erit tunc: ⁊ ſi ſit iamnūc in ore
multoꝝ. Hec in corde vniuerſoꝝ qui ne/
ſciunt id qd̄ dicit apoſtolus. Verbum cru
cis peuntibus qdem ſtultitia eſt: his autē
Cap.17 qui ſalui fiunt: virtus dei ſit. Sequitur.
¶ Et uenit unus de ſeptem an/
gelis qui habebāt ſeptem phya/
las: & loquutus eſt mecum di/
cens. Veni oſtendam tibi danna
tionem meretricis magnæ quæ
ſedet ſuper aquas multas: cum
qua fornicati ſunt reges terræ:
& inebriati ſunt qui habitant ter
ram de uino proſtitutionis eius.

¶ Angeli habentes phyalas qui ſint in
precedēti parte libri copioſius dictum eſt.
Unus aūt eoꝝ qui venit ad Joānem: ſex/
tus angelus eſt: cui dictum eſt: magis q̄
quoq3 precedētibus: occulta detegere ſacra
menta. Venit aūt angelus ad Joānem: vt
Joānes vadat ad angelum qui vocat eū:
⁊ oſtendat illi dānationem meretricis ma
gne: q2 niſi ſpirituales viri appropinquent
verbo predicationis diſcipulis veritatis:
nequaq̄ ipſi diſcipuli poſſunt appropinq̄
re illis intellectu cordis: nec videre dāna/
tionem meretricis magne que ſedit aliqn̄:
⁊ adhuc ſedet ſup aquas multas. Eſt autē
vtile videre dānationem ipſius: q2 qui ne
ſcit qd paſſura ſit pro erroribus ſuis: de ſa/
cili decipit nutibus oculoꝝ ſuoꝝ. Hāc ma
gnam: dixerunt patres catholici eſſe Ro/ Roma
mam: nō quo ad eccleſiam iuſtoꝝ: que pe
grinata eſt apud eam: ſ3 quo ad multitudi
nem reproboꝝ: qui blaſphemant ⁊ impu/
gnāt opibus iniqs eādem apud ſe peregri
nātem eccleſiam. Uerumtn̄ ⁊ ſi ipſa princi
paliter intelligēda ſit: nihilominus tn̄ vni
uerſa multitudo reproboꝝ: ⁊ eoꝝ maxime
quoꝝ maior eſt facultas ⁊ voluntas peccā
di: eoꝝ qui ducūt vitam luxurioſam: ⁊ de/
litijs affluētem: letātes cum malefecerint:
⁊ exultātes in rebus peſſimis. Nō ergo in
vno regno: aut in vna puincia: querēdus
eſt locus huius famoſiſſime meretricis: ſ3
ſicut per totam aream chriſtiani impij: dif
fuſum eſt triticum electoꝝ: ita per oēm la
titudinē eius diſpſe ſunt palee reproboꝝ.
Aque multe qd ſignificēt: angelus ipſe q
hic loqtur: inferius exponit. Reges vero Prela
terre dicti ſunt prelati: qbus pro vitandis ti.
peccatis populi cōceſſū eſt regimen aiaꝝ.
Quoꝝ tn̄ nonnulli fornicant cum Baby
lone: qn̄quidem vt placeant hoibus: par/
uipēdunt ⁊ negligunt mādatum dei. Alio
qn ſi agēdū eſt de principibus huius mū
di: ipſi ſunt qui regnāt in Babylone: ⁊ nō
eſt differētia inter caput ⁊ corpus. Sed oi
no in loco iſto: ſicut ⁊ in illo vbi di de xpo
q ipſe ſit princeps regū terre: prelati eccle
ſiaꝝ noie regum terre: accipiēdi ſunt: exce
pto q ibi boni prelati. i. ſimplices ⁊ humi
les corde itelligēdi ſunt: hic ſupbi: timidi:
⁊ prudētes ad malū: q eo mō fornicant cū
meretrice magna: quo filij quondā iſrl' cū
Madiāitis: qn̄ qdē poſtpoſita cura plebiū
ſuaꝝ: q̄rēt die noctuq3 placere pncipib9 hu
ius mundi: ⁊ p eis quoq3 ſi liceat pugnare
vſq3 ad mortē. Qd̄ bn̄ quoq3 i gen. deſigna Geneſ.
tū ē: vbi di. Uidētes filij dei filias hoiū q
eēnt pulchre: acceperūt vxores ſibi ex oib9 q̄s
elegerāt. Qui. n. cōuenientius dici queunt filij
di q̄ hi q i regimie aiaꝝ cōſtituti: locū reti
nēt filij dei? Et q̄ filie hoiū niſi opulētiſſi
me ciuitates? Et qdē ſi pp electos q pegri
nant apd̄ eos: cōſiderāt aliq fieri epi: immūes
ſūt ab iſamia iſta. Si āt pp diuitias ⁊ lucra

mundi nouerint ſe fornicari cuꝫ eis: quas
ſibi eligunt vt diuites fiant: dicente domi-
no: Si oculus tuus ſimplex fuerit: totum
corpus tuum liuidum erit. Si autem lu-
men quod in te eſt: tenebroſum eſt: ipſe te-
nebre quante erunt? Quod eſt dicere.
Si intentio tua bona eſt: bonum eſt opus
quod ſequitur intentionem. Si autem
intentio praua fuerit: quicquid ſuperedifi-
catur prauum eſſe: neceſſe eſt. Quo circa
ſi is qui deſiderat epiſcopatum: ad hoc
tantum deſiderat illuꝫ: vt ſit pater orpha-
norum ⁊ iudex viduarum (iuxta illud apo-
ſtoli) bonum opus deſiderat. Si autem vt
fiat amicus diuitum ⁊ affinis potentū: no
uerit ſe eſſe de illis de quibus dicit pſalmi
Psal. ſta. Perdidiſti omnes qui fornicātur abs
te. Quod autem ſequitur. Et inebriati ſūt
qui habitāt terrā diuino ꝓſtitutionis eius
generaliter ad omnes homines qui pau-
peres ſunt rebus: non ſpiritu referendum
eſt: qui ⁊ ſi fortuna ſibi (vt aiunt) aduerſan
te diuites eſſe nequeunt: nihilhominus ta
men de voluptate babylonis ſubripiūt: id
quod poſſunt: vt ſaltē certis horis aut die
bus inebriētur vino proſtitutionis ipſius.
Licet enim nequeāt abūdare ſicut illa poſ
ſunt tamen ⁊ ipſi inebriari de torrente vo-
luptatis eius: vt cogantur tradere obliuio
ni voluptatem ⁊ ebrietatem domus domi
ni qua inebriandi ſunt illi: de quibus dicit
Psal. pſalmiſta. Inebriabuntur ab vbertate do-
mus tue: ⁊ torrente voluptatis tue pota-
bis eos. Habet eniꝫ ⁊ Chriſtus calicē queꝫ
proponet electis ſed amarum nimis: quia
amarā oportet eſſe potionem: qua ſanātur
egroti. Qui ſi i vino calicis chriſti deſigna
tur amaritudo paſſionis: quid per vinū qd
propinat fornicaria niſi dulcedo volupta-
tis ipſius? Quamuis eniꝫ nomine fornica
tionis: omnia peccata voluntarie commiſ
ſa intelligenda ſint: principale tamen vitiū
corruptionis babylonice fornicatio eſt. Ip
ſum eſt enim vitiuꝫ qd magis dominatur
in filijs huius mundi: etiā ſi nullā habeāt
poteſtatē: nullis polleant honoribus nul-
lis diuitijs fulciantur. Sunt eniꝫ nonnul
li qui habere pulchras mulieres ⁊ diuites
(quia ipſi pauperes ſunt rebus ⁊ viribus
impotentes) non poſſunt: ⁊ tamē q꞉ ꝑ af-
fectum animi terram inhabitant: ⁊ non ce
lum: ſaltem viſione ⁊ recordatione operis
iniqui inebriantur vino proſtitutionis for
nicarie babilonis (hoc) amore ⁊ ardore lu-
xurie que regnant in diuitibus huius mū
di: qbus i hac parte ſceleris licet: ſepe om
ne quod libet. Sequitur.

**Et tranſtulit me angelus ī de ſertum in ſpiritu.** Tex. 1

Duo ſunt que non permittunt homi-
nem videre ruinam filiorum huius mun-
di. Sollicitudines terrene ⁊ ſenſus littere
que occidit. Quamdiu mundanis impli-
Casus mundi. catis negotijs: ipſis negotijs impedienti
bus: videre caſum mundi in ſcriptura
non potes. Otium tibi in legendo pax ⁊
ſilentium neceſſaria ſunt: ſi vis intelligere
que legis. Sed ⁊ ſi quādo iſta preſto ſunt:
neceſſe eſt vt de ſenſu littere: trāſeas ad ſpi
rituale intellectū. Si.n. ſic ſemp accipis q̄
legis: vt legis carnalis intellectus te ad
inconueniens ſepe ducit. Unde ⁊ veritas
ipſa dicit. Spiritus eſt qui viuificat: caro
autē nō prodeſt quicquam. Si ergo vis vi
dere quo fine terminandū ſit regnū mun-
di: pmitte te transferri ab angelo in deſer-
tuꝫ imitans Abraaꝫ: qui egreſſus eſt de ter
ra ⁊ de cognatione ſua ⁊ de domo patris
ſui: ⁊ tranſi eodem modo de litterra ad ſpi
rituale intellectum: ⁊ tunc poteris intueri
ꝙ filij huius ſeculi preuidere nō poſſunt.
In hac (inquit) dominus: die tua q̄ ad pa-
cem tibi: nunc auteꝫ abſcōdita ſunt ab ocu
lis tuis. Sequitur.

**Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam plenā nominibus blaſphemie: habētē capita ſeptem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro: & lapide pretioſo: & margaritis habens poculum aureum in manu ſua plenum abhominatione, & imuuditia fornicationis eius.** Tex.



Qui transferuntur a viris ſpirituali-
bus i deſertū: ⁊ de ſenſu littere ad ſpiritua
lem intellectum: vident oculis mētis qua
ſi ſimilitudinem mulieris: vident ciuitatē
illam famoſiſſimam: que fuit quondam do
mina regnorum: ⁊ cui erant aliquando ſu-
biecte plures gentes efferre ritu ac mori-
bus beſtiales. De hac ſiquidem beſtia: mul
ta in precedentibus partibus dicta ſunt: ⁊
non nulla adhuc in ſuis partibus dicenda
ſuperſunt. Non autem ſpiritualibus ocu-
lis preſentia tantummodo preſto ſunt: ve-
rumetiam preterita ⁊ futura. Uident ergo
⁊ pro ſe ⁊ pro alijs: quanta fuerit aliquādo
gloria romani imperij: q̄ꝫtis fuerit ciuitas
illa locupletata diuitijs: quot mundi deli-
tijs ⁊ carnis voluptatibus debriata: ⁊ qd
futurum vt poſt hec: vt diſcant electi dei
nolle emulari in malignantibus neqꝫ zela
ri facientes iniquitatem. Sciendum vero
ꝙ in ſexta parte iſta eſt ſermo cōmixtus: vt
nonnulla intelligenda ſint ſcdꝫ litteraꝫ: nō
nulla ſcdꝫ alegoriam pro eos. ſ. ꝙ a ſexto tē
pore incipit tranſire qd ex parte eſt: ⁊ veni
re id quod perfectum: vt iam non querāt
electi videre ſicut prius p ſpeculū ienigma
te: ſꝫ incipiant videre facie ad faciem: aper
to iam ad liquidum libro: ⁊ ſepteꝫ ſignacu
lis eius. Inde eſt ꝙ in hac ſexta parte loq-
tur angelus Ioāni: ⁊ aperit ei archana my
ſteria: vt ſciant hi qui tardi ſunt corde ad
credendum in omnibus que locuti ſunt
prophete: ipſuꝫ eſſe tempus ſtatutum de
quo dixit angelus Danieli. Uade Daniel:
quia clauſi ſunt ſignatiqꝫ ſermones vſqꝫ
ad tempus ſtatutum: pertranſibunt pluri-
mi ⁊ multiplex erit ſcientia. Igitur quod
ait Joannes. Et mulier erat circūdata pur
pura ⁊ coccino: ⁊ inaurata auro ⁊ lapide
pretioſo ⁊ margaritis: hec intelligi voluit:
quod dixit: excepto ꝙ nomine mulieris
meretricis accipiendam eſſe fornicariam
ciuitatem: que propter huiuſcemodi orna
menta: fornicata eſt adeo viuo ⁊ vero: ⁊
maxime cum dicat apoſtolus. Auaritia eſt
idolorum ſeruitus ignorans quo in euan-
gelio ſcriptum eſt: Ue vobis diuitibus qui
habetis conſolationem veſtram. Ubi eniꝫ
copia diuitiarum: ibi enormitas vitiorum.
Unde ⁊ mox ſubditur: habens poculum
aureum in manu ſua: plenum abhomina-
tione ⁊ immūditia fornicationis eius. Nō
ſufficit diuitibus huius mundi vaſa pretio
ſa ad oſtendendam vanitatem glorie ſue:
niſi in eis continue propinentur exquiſita
vina in quibus eſt abhominatio ebrietatis
⁊ immunditia luxurie: per que excluditur
ſpiritus ſanctus a corde multorum dicen-
te apoſtolo. Nolite inebriari a vino in quo
eſt luxuria: ſed impleamini ſpiritu. Unde
⁊ per prophetam dicitur. Ue qui potentes
eſtis ab bibendum vinum: ⁊ viri fortes ad
miſcendam ebrietatem. Sequitur.

**Et in fronte eius nomen ſcriptum miſterim babylon magna mater fornicationum & abhominationum terre.** Tex. 4

Filij Jeruſalem cum offendunt in ope
re vel in verbo erubeſcunt nimis: ⁊ que-
runt diligenter quomodo poſſint abſcon-
dere reatum ſuum. ⁊ coram hominibus: ⁊
coram deo: ne forte aut homines ſcandali
zentur ⁊ pereant: aut deus indignatus pu
niat delinquentes. Abſcondunt autem il-
lum dum agunt penitentiam: dum alios ſe
oſtendunt per bona opera quam fuerunt
per culpam: non negantes ſe eſſe peccato-
res: ſed querentes apprehendere veſtes iu
ſtitie: vt non ſint de numero illorum: de
quibus dicitur. Beati quorū remiſſe ſunt Psal.
iniquitates ⁊ quorum tecta ſunt peccata.
Quo contra filij babylonis: erubeſcūt cō-
fiteri peccata ſua ſacerdotibus Chriſti: ⁊

non erubeſcunt iactare ſe de eis ⁊ publicare illam coram multitudine hominum ꝑditorum predicantes illa ſicut dicit ꝓpheta. Peccata ſua predicauerũt ſicut Sodoma: nec abſconderunt. Sic ſic fornicaria iſta: in fronte ſua habet ſcriptum nomẽ miſterij: babylon magna mater fornicationũ ⁊ abhominationum terre: nimirum: q2 nõ abſcondit confuſionem ſuam: ſed gaudet vt pateſaciat illam: nec confunditur de ea: ſed gloriatur: iuxta illud ꝓphete: qđ de quibuſdam dicitur. Confuſione confuſi ſunt: quin potius: non confuſi. Quid eſt autez. Confuſi ſunt: quin ⁊ potius nõ confuſi: niſi quia deſperati quiqꝫ ⁊ re quidem ipſa cõfuſionis confuſi ſunt vehemẽter: ſed tamẽ erubeſcunt erubeſcere ad penitentiam cuz ſint confuſione ⁊ erubeſcentia digni. Unde ⁊ per eundem prophetaz dicitur. Frõs meretricis facta ẽ tibi: noluiſti erubeſcere. Ob hanc ergo maxime cauſam: vocata eſt babylon domina regnorum: vt nõ tam habens confuſionem: q̃ʒ ipſa confuſio eſſe intelligatur: ⁊ quaſi erubeſcẽtia vniuerſe terre. Siquidem babylon confuſio interpretatur. Scriptum eſt autem nomen ipſum in fronte ipſius: quia continue inueniunt reprobi exemplum huius nominis: vt non confundant male agere dicẽtes. Hoc agũt illi: ex hoc illi: erimus ⁊ nos ſicut vnus eorum. Sequitur.

Tex. 5 ¶ Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorũ: & de ſanguine martyrum chriſti.

¶ Ciuitas vt iam dixi reproborũ que dicta eſt babylon: non tantum romana ciuitas extimãda eſt: aut ipſa (quod abſit) ſcõꝝ totum: ſed vniuerſa multitudo hominum impiorum ⁊ natorum ſcđm carnem: de quibus dicit apoſtolus. Sicut tunc qui ſcđm carnem natus fuerat: perſequebatur eum qui ſecundũ ſpiritũ: ita ⁊ nunc. Hec ergo ciuitas ebria eſt de ſanguine ſanctorũ qui occiſi ſunt ab origine mundi: quia ipſa cuz filijs ſuis ſitiuit ſanguinem eoruz ⁊ effuſus eſt in medio eius: ⁊ de ſanguine martyruz ieſu: qui occiſi ſunt in nouo teſtamento ꝓpter fidem ipſius: Sequitur.

¶ Et miratus ſum cũ vidiſſem illam admiratione magna. Tex. 6

¶ Qui ad hoc tranſlati ſunt in deſertuz a ſpũ: vt preterita priorum ſeculorum miſteria ſpiritualiter intelligere querant: primo quidem incipiunt ſentire: ꝙ nonnulla ſic ſcripta ſunt: vt aliud ſignificent q̃ʒ ſunt ipſa: deinde cum aliqua occorrunt: que nimis archana eſſe videbantur: admirãtur admiratione magna: maxime in illis imaginibus que omnino ſunt inuſitate: vtpote in huiuſcemodi muliere: ⁊ beſtia q̃ portat illam: habente capita ſeptem: ⁊ cornua decem. Admirantur autem q2 ſciũt illa aliqua deſignare: ⁊ tamen ad illorum notitiã per ſeipſos nequeunt peruenire. Uerum q2 omnia tempus habent: ne diutius admirentur diſcipuli veritatis in typo eoruz quibus oportet multa myſteria que hactenus latuerunt in litteris vtriuſqꝫ teſtamẽti ſexto in tempore aperiri: Loquitur adhuc Joannes qui iã tranſlatus erat in deſertuz ⁊ dicit.

¶ Et dixit mihi angelus. Quare miraris. Ego tibi dicam ſacramentum mulieris & beſtiæ quæ portat eam: quæ habet capita ſeptem & cornua decem. Tex. 7

¶ Sacramentum in diuina pagina in bona parte accipi conſueuit. Dicitur enim ſacramentum: quaſi ſacrũ myſterium: ⁊ quaſi ſignum ſacre rei verum hic ſacramentũ: vt ego arbitror ꝓ ſimplici myſterio eſt accipiendum: niſi forte ſacramentum non tã quis ad mulierem ⁊ ad beſtiam: q̃ʒ ad ſacrum dei conſilium dixerit referẽdum: qui tegit hec ⁊ illa pro tẽpore ⁊ aperit omnia quando vult: Notandum vero non ita angelus ille qui locutus eſt Joanni aperuit hoc myſterium vt perueniret eo tempore



ſicut erat futurũ: ad notitiam generis humani: ſed typum tenuit: vt iam dixi ſpiritualium virorum: qui erant in tẽpore ſexto perfectis diſcipulis oſtẽſuri. Alioquin ſi adhuc verba iſta expoſitione non egent in veritate: ſeptem montes extimanda ſunt ſeptem capita beſtie: ⁊ in veritate ipſa beſtia: non regnum hominum impiorum: ſꝫ quadrupes ſilue: qđ q̃ʒ ſit abſinduum ⁊ diuerſum a fide: ille alius angelus qui locutus eſt Danieli: ſi tamen alius eſt ⁊ non ipſe manifeſte aperit cum dicit. (Dan.) Beſtia quarta quartũ regnũ erit in mundo: quod maius erit omnibus regnis: ⁊ deſtruet vniuerſam terram ⁊ comminuet eam. Igitur expoſituri verba ipſa: que dicuntur expoſita: quod iſdem angelus dixerit audiamus.

Tex. 8 ¶ Beſtia quam vidiſti: fuit & nõ eſt: & aſcenſura eſt de abyſſo & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram: quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vite a conſtitutione mundi: videntes beſtiã quæ erat & nõ eſt. Et hic eſt ſenſus qui habet ſapientiam: (Tex. 7) ſeptem capita: ſeptẽ mõtes ſunt: ſup quos mulier ſedet: & reges ſeptem ſunt. Quinqꝫ ceciderũt, & vnus eſt: & vnus nondum venit: & cum venerit: oportet illũ breue tempus manere.

¶ Dictum eſt in precedentibus ꝙ beſtia iſta terribilis ⁊ inuiſa vniuerſas gentes ſignificat infideles que aliquando ſubiecte fuerunt romano imperio: ⁊ perſecute ſunt Chriſtum ⁊ eccleſiam eius: ab exordio ipſius incipientibus ab herode: Et per ꝓpria quidem tempora corruens in ſeptem capitibus ſtetit: vti iam diximus in ſeptimo capite a tempore Mahomet vſqꝫ ad preſens. Quod autem dicit Angelus. Fuit ⁊ nõ eſt ſexto tempori eccleſie aſcribendum eſt: ſub quo percuſſa prius babylone ſuperabitur a Chriſto: ipſa Beſtia: ſicut oſtendetur inferius: cum locus ipſe iam alibi memoratus in ſuo ordine exponetur. Dicit autem non eſt: quia ceſſare oportet velut ad horã feritatem ipſius: preualente Chriſto ⁊ militibus eius. Aſcenſura eſt autem poſt modicum: beſtia ipſa que iam putabitur interfecta: de abyſſo populi infidelis ad ſuggeſtionem draconis: ⁊ ſcandalizabuntur terreni homines ⁊ carnales: quorum nõ ſunt ſcripta nomina in libro vite a conſtitutione mundi dicentes ad inuicez in cordibus ſuis. Si eſſet iſte ieſus quez colimus verus filius dei: nequaq̃ʒ perſecutio gentiuz: que nuper ſedata eſt: iterum conſurgeret in tãta potentia ad diſpergendas reliquias populi chriſtiani: ſed apparet manifeſte ꝙ nihil poſſit: quando quidem confeſſores nominis eius eius diſpergũtur de terra. Nõ eniz credent accidere hoc ex permiſſione filij dei qui permittet eleuari eam vſqꝫ ad nubes: ſicut eleuatus eſt Simon magus: vt corruat in profundum: ⁊ diſpereat vſqꝫ in finem: ſed ex iuditio furoris dei qui velit quaſi ſeductũ ab homine crucifixo delere de terra populũ xpianũ. (Chriſti ſeduc.) Maxime q2 exurgẽt pſeudo xpi: ⁊ pſeudo ꝓphete (ad ſeducendum ſi fieri poſſit:) etiã electos. Hec eſt enim hora illa temptationis de qua dicit dominus angelo phyladelphye. Ego te ſeruabo ab hora temptationis que ventura eſt in orbem vniuerſum temptare habitantes in terra. Quod autez dicit angelus. Hic eſt ſenſus qui habet ſapientiam: ſeptem capita: ſeptem montes ſunt: ſuper quos mulier ſedet: ⁊ reges ſeptez ſunt: quinque ceciderunt: ⁊ vnus eſt: ⁊ vnus nondũ venit: ⁊ cum venerit oportet illum breue tempus manere: manifeſte indicat expoſitionem ſuam eſſe occultã: ⁊ alia expoſitione indigere: vel certe ſapientes eſſe debere quibus explananda ſunt verba ipſa: vt poſſint capere q̃ dicũt: iuxta illđ apoſtoli. Sapiẽtiã loquimur inter ꝑfectos. Superius

autem dixerat angelus. Beſtia quam vidiſti: fuit ⁊ non eſt: nunc autem dicit. Septem capita: ſeptem ſunt montes: ſuper quos mulier ſedet. Si autem beſtia fuit ⁊ non eſt: quomodo capita dicit eſſe mõtes: niſi quia vſus eſt ſcripturaruꝫ ſanctarum: vt nonnunquaꝫ preſens tempus ponatur pro preterito ⁊ futuro? Ponit ergo: ſunt: pro: fuerunt: ſicuti ⁊ nos ipſi plerunqꝫ facere conſueuimus. Porro ipſi montes qui fuerint: ⁊ in ianua huius libri dictuꝫ eſt: ⁊ in quarta parte niſi fallor: diligentius replicatum. Primum caput fuit regnum Herodis ⁊ ſucceſſoꝝ eius. Secundum imperium Romanoꝝ vſqꝫ ad Diocletianum. Tertium: quartum: quintum: ⁊ ſextum: quatuor ĩ opere memorata regna arrianorum: Septimum caput regnuꝫ ſarracenorum. Sed ⁊ reges quinqꝫ qui crediderũt: qui fuerint in eiſdem locis dictum eſt. Nõ eſt autem dictum: ⁊ in ipſis ſeptem capitibus: ſeptem reges ſunt: vt quaſi ſingulum caput habuerit ſingulum iſtorum ſeptem: (maxime cuꝫ decem cornua: decem reges deſignentur:) ſed ait. Et reges ſepteꝫ ſunt: vt non ipſi ſeptem reges ſinguli per ſingula capita: ſed alio modo ſurgere intelligantur (hoc eſt) per ſingula ſeptem temporuꝫ: de quibus in hoc opere frequẽter ⁊ latius locuti ſumus. Non enim ſeptem capita beſtie ſingula per ſingula tempora orta ſunt: ſed ſicut oſtendit melius in Daniele. Primum caput in primo tempore. Secundũ in ſecundo. Quartum in tertio. Septimũ quarto. Exinde ſeptimum caput perſeuerat vſqꝫ ad ſextum tempus: in quo ⁊ deficiet: aut quaſi deficiet ſurrecturum poſt modicum vt diſpareat in eternuꝫ. Reges ergo ſeptem: non per ſepteꝫ capita: ſed per ſeptem tempora aſſignandi erant: ⁊ ideo ait. Et reges ſeptem ſunt: Horum primuꝫ (vt iam ſcripſimus) fuit herodes cum ſucceſſoribus ſuis. Secundus Nero cum ſucceſſoribus ſuis. Tertius Conſtantius arrianus: cum ſucceſſoribus ſuis. Quartus mohamith: vel potius Choſroe rex Perſarũ cuꝫ ſucceſſoribus ſuis. Quintus is qui primus in partibus occiduis: cepit fatigare eccleſiam pro inueſtitura eccleſiarum ob quam cauſam multa ſciſmata ⁊ tribulationes orta ſunt ex eo tempore in eccleſia dei: Sextus autẽ rex de quo dicitur: Et vnus eſt: ⁊ ille eſt rex vndecimus in Daniele: in cuius tempore aperienda eſt ad liquidum reuelatio iſta: ⁊ percutienda noua babylõ: ab eodem rege ⁊ complicibus ſuis: poſt cuius percuſſionem occidetur. Septimuꝫ caput beſtie: quaſi ad mortem: ⁊ dabitur tranquillitas eccleſie chriſti. Porro inter ſextã perſecutionem: ⁊ aliam que erit ſub illo rege de quo dicitur: ⁊ vnus nondum venit: futurum eſt breue temporis ſpatium ad reſpirationem fidelium: deficiente in perſecutione babylonis imperio: quod eſt intus: ⁊ imperio beſtie quod eſt extra: quoniam vtraqꝫ morietur. Uerumtamen babylon oratio: beſtia adhuc veluti demone reſurget: Aſcenſura eſt enim de abyſſo: vt faciat adhuc vnam perſecutioneꝫ veluti in octauo loco: ⁊ protinus ibit in interitũ de quo vlterius non reſurget. Unñ ⁊ mox ſubdit.

Tex.9 ¶ Et beſtia quæ erat & non eſt: & ipſa octaua eſt: & de ſeptem eſt: & in interitum ibit.

¶ Si haberet iſta beſtia octo capita: non diceretur. Ipſa octaua eſt: ⁊ de ſeptem eſt: ſed tñ: octaua eſt Diceretur enim octaua in octauo capite: in quo tñ modo ſupereſſet. Sed quia ſeptimum caput beſtie morietur: ⁊ reſurget: ⁊ etiam de reliquiis errorum: aliorum capitũ: apparebunt ſimul: erit quidem congregatio illa peſſima octaua ⁊ pro tempore ⁊ ſucceſſione: ſed tamen de ſeptem erit: q: in ipſa erit collectio oĩuꝫ errorum: qui in ſeptem capitibus oſtenſi ſunt: regnante illo rege ſeptimo: qui erit fons malitie ⁊ vas erroꝝ: ĩ quo requieſcet plenitudo iniquitatis ⁊ origo neqtie: Uez hoc cũ creuerũt iniquitates: vt cõſumentur oĩa que ſcripta ſunt. Interim ſub rege ſexto pcutietur babylon a beſtia ⁊ a regibus ſuis: ⁊ nihilominus ipſi reges pugnabunt cũ chriſto: ⁊ chriſtus vincet illos in gladio oris ſui. In gladio non materiali: ſed in gladio ſpiritus: quod eſt verbum dei. Non enim deeſſe poterunt reliquie in quibus pugnet ⁊ vincat: quia omnia quecũqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra. Nã ſequitur.



c.10 ¶ Et decem cornua quæ vidiſti in beſtia: decem reges ſunt: q regnum nondum acceperũt: ſed poteſtatem tanquam reges: vna hora accipient poſt beſtiam. Hi cum agno pugnabunt & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum eſt & rex regũ: & qui cum illo ſunt uocati electi: & fideles.

¶ In Daniele dicitur: vnum regem ſurgere poſt decem. Hic autem de ſexto rege dicitur: vnus eſt: ⁊ de decem cornibus: decem reges ſunt qui regnum nonduꝫ acceperũt. Hoc auteꝫ quomodo intelligi poſſit: non video niſi vt ſub nomine ſexti regis: alius ſurgere intelligatur poſt alium: quatenus poſt illuꝫ de quo dicit ioannes: Unus eſt: quem ꝓpter tẽporis inſtantiam puto fuiſſe Saladinũ famoſiſſimũ illuꝫ regem turchoꝝ: a quo nuper capta eſt illa ciuitas in qua paſſus eſt chriſtus: ſurgat alius in ſucceſſionem ipſius: ſicut ſint aliquibus medii: ſiue nõ: ⁊ ille ſit de quo dicitur in Daniele: Et alius ſurget poſt eos: ⁊ ipſe potentior erit prioribus: Quod ſi ita eſt: recte nõ dicitur de decem regibus: Una hora regnum accipient: poſt regem ſextum: ſed poſt beſtiaꝫ: q: alius forte rex regnabit ſuper beſtiam: quando decem reges illi regnaturi ſunt: alius cũ incipiet conſumari id quod dicitur. Et vnus eſt: Etenim ſm Danielem (regnantibus deceꝫ regibus illis ſingulis in locis ſuis) oportet ſurgere quendã paruum regẽ de medio illoꝝ: qui humilians tres illoꝝ: facturus eſt preliuꝫ contra ſanctos: ⁊ ob hoc: aliquantulũ res venit in dubium: Utrũ prius deceꝫ reges illi conuenientes cum vno aliquo magno rege: qui regnaturus ſit ſuper regnũ illud quod vocatur beſtia: percuſſuri ſint pariter babylonem: ⁊ poſtea regnaturus ſit ille qui tres illoꝝ regum humiliabit: ⁊ facturus eſt prelium contra ſanctos. An vnus idemqꝫ ſit ſub quo ſimul vtrunqꝫ oporteat conſumari. Quocunqꝫ autem modo: iſtud factuꝝ ſit: idcirco ꝑmiſſum eſt de pugna illoꝝ regũ ⁊ agni: q: intentio quidem eorum ⁊ pugna tota erit contra Chriſtũ: ⁊ contra confeſſores nominis ipſius: ſed tamẽ vincendi ſunt a Chriſto ⁊ militibus eius: quia qui cum illo ſunt vocati: electi ſunt ⁊ fideles. Fieri tñ põt: vt vtrũqꝫ ſimul fiat: ⁊ pcuſſio. ſ. babylonis: ⁊ pſecutio electoꝝ neſciẽtibus cauſaꝫ iudicij his q chriſtianos affligũt: neſcientibus inqꝫ q oporteat eos vincere in illa parte que pertinet ad babylonem: in ea vero que pertinet ad ieruſalem: ſuperari in certamine a rege Chriſto: ibi quia iratus eſt deus falſis chriſtianis: hic quia fidelibus ſuis ⁊ electis placatus: ⁊ ideo vtrunqꝫ ſimul dicitur: q: in vno ſexto tempore pariter vtrunqꝫ continget. Porro: victore Chriſto ſuperabitur beſtia: ⁊ eſſe deſinet que fuit: ita vt dicatur. Fuit ⁊ non eſt. Sed cum hoc fortiter teneri putabitur: ⁊ diligenter amplecti: repente rex ille vnus qui ſcriptus eſt vndecimus in Daniele: ſurget (vt putamus) contra decem: ⁊ humiliatis tribus magnificabitur nimis: ⁊ faciet omnia illa mala de quibus in quarta parte ſufficiẽter tractauimus. Uerum hoc poſt ruinam babylonis: ⁊ bellum quod habituri ſunt ipſi reges cum martyribus Chriſti. Nũc q: preceſſit ſermo de victoria Chriſti: qd etiaꝫ de caſu babylonis dictum ſit: audiamus. Nam ſequitur.

¶ Et dixit mihi aquas quas uidiſti ubi meretrix ſeder populi

ſunt & gentes & lingue. Et decem cornua quæ uidiſti in beſtia: hi odient fornicariam & deſolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt: & ipſam ignem concremabunt.

Quamdiu aque iſte permanent in ſuo ſtatu: non poſſunt preualere reges gentiū contra babylonem: quia ipſe ſunt que pugnant cōtra illos pro ea. Sed quia effuſio phyale ſexti angeli deſiccat eas; non eſt fiducia in potentia eorum: quia dominus ipſe eſt qui pugnat per impios contra eam. Unde mox ſubditur.

T.12 Deus enim dedit in corda eorum: ut faciant quod illi placitum eſt: ut dent regnum ſuum beſtiæ donec conſumentur uerba dei.

Dixerat ſuperius de his regibus. Hi vnum conſilium habent ⁊ virtutem ⁊ potentiam ſuam beſtie tradent. Nunc autem dicit. Dominus enim dedit in corda ipſorum vt faciant quod illi placitū eſt: vt dēt regnum ſuum beſtie donec conſumentur verba dei. Tale eſt enim ac ſi diceretur. Uidentes reges qui erunt in exteris regionibus ꝙ rex ille qui erit princeps beſtie pugnabit cum his qui ſubiecti ſunt romano imperio: iam tunc in multis regibus diuiſo: ⁊ preualebit: inuitati ab eo: ⁊ monitis ⁊ terroribus in adiutorium ſuum: habebūt pariter vnum conſilium: quid eos oporteat reſpondere: ⁊ tandē q̄ oēs vno animo odiunt chriſtianos: ⁊ maxime romanū imperium: quicquid poterunt habere virtutis ⁊ potentie in armis bellicis tradēt poteſtati illius regis: ita vt ipſi quoq; obediant mandatis eius: ⁊ ſint in adiutorium ipſius ad faciendum iudicium quod placitū eſt deo: neſcientibus ipſis. i. vt faciant fornicariam deſolatam a filijs: ⁊ nudā a ſubſtantia vt occidant infirma eius in ore gladij: ⁊ fortia ipſius igne tribulationis conſumant. In carnibus. n. infirma in oſſibus fortia deſignantur. Manducant autem aduerſarij carnes eius: ⁊ ipſa que in ſolo oſſe relinquitur: concrematur igne: quando eos qui infirmiores ſunt: ⁊ quaſi viliores: occiduntur in ore gladij: eos autem q̄ fortiores ⁊ chariores: afflictos ⁊ deluſos diutius venire ad ſuum finem per tormenta compellunt. Sed hac in re conſiderandū eſt diligentius: ꝙ in hac tribulatione tria genera hominum ſuſpenſa erunt velut in cruce: ⁊ vnum quodq; remunerabitur ſꝫ differentiam cordis ſui. Alij enim punientur ſine cauſa flagelli: vt ſequātur veſtigia regis ſui. Alij quaſi duo latrones: quorū vnus conpunctus eſt in flagellis: ⁊ ideo miſericordiam conſecutus: vnus induratus: ⁊ ideo a conſortio electorum ſecluſus. Qua ergo erit perſecutio que inoluet chriſtianos in die illo: ſed non vnus profectus quia alij per ipſam coronabuntur: martyrio: alij cognoſcentes reatum ſuum ⁊ dicentes: iuſtus eſt dominus quia peccauimus ei: conſequentur veniam: alij blaſphemantes chriſtum ⁊ dicentes. Si vere eſſet hic filius dei: nec ipſe ſe permitteret crucifigi: nec nos tradi ſineret in manus inimicorum ſuorum: tradentur de terra: vt hi qui relinquentur electi: puriores ſint auro quod per ignem probatur. Et hec quidē futura ſunt in proximo: etiam ſi diſpliceat filijs huius mundi: etiam ſi multis auctoritatibus muniāt partē ſuā ſubſanantes ⁊ confutantes eos qui annuntiāt iſta. At ne forte non reciperent expoſitionem modernam: in tam tam graui ⁊ tā duro iudicio: noluit angelus qui loquebatur ioanni preterire ſilentio: que eſſet hec mulier: de qua tam ſiniſtra loquebatur: ſed peracta expoſitione in fine verborum ſuorum concluſit dicens.



T.13 Et mulier quam uidiſti eſt ciuitas magna quæ habet regnū ſuper reges terre.

Non ſolum autē ex auctoritate huius libri: ⁊ ex preſenti loco traditum eſt nobis a patribus: ꝙ Roma ſit in ſpiritu babylō: verumetiam ex ſententia petri qui ſcribēs aliquibus ex vrbe roma. Salutat vos inq̄t eccleſia que eſt in babylone. Sꝫ in hoc verbo: conſolatio non modica facta eſt populo qui vocatur romanus: quandoquidem in ipſa vrbe que vocatur babylon peregrinatur ciuitas ieruſalem: ita vt non poſſit colligi niſi de fine qui ſunt in ea filij babylonis: ⁊ qui filij ieruſalem: nequis: aut confidat de ea ſteriliter propter bona que promiſſa ſunt a domino apoſtolo petro dicente. Tu es petrus: ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam: ⁊ porte inferi non preualebunt aduerſus eam: aut diffidit pp̄ omnia mala que ſcripta ſunt ī hoc libro: ſi quāuis corpore peregrinetur in ea: non fuerit de filijs babylonis: ſed de filijs ieruſalem: qui plerūq; egrediuntur ſimul ex vno vtere ſicut Eſau ⁊ Iacob: q̄ potens eſt deus: vt ait petrus: homines pios de temptatione eripere. Nec putandū ꝙ ciuitas ipſa ſolos ipſos complectatur: qui murorum ipſius ambitu circūſcripti eſſe videntur: ſed omnes qui pertinēt ad imperium eius: quod licet ſit diuiſum: ⁊ dilaceratum in partibus: vt oſtēdatur appropinquare deſolatio eius: vnum tamen eſt in populo chriſtiano: maxime autē in latino: qui per omnia romano pontifici ſubiectus eſſe conſueuit: ⁊ ſi ei filij babylonis inſtigati diabolico ſpiritu in hys que pertinent ad deum: ſubiecti eſſe non poſſint. Nonnulli vero contempta expoſitione ſanctorum patrum Ieronymi ⁊ Auguſtini adherent illi verbo ſancti Gregorij pape: qui dicit ſe audiſſe a quodam viro q̄ dicebat ſe audiſſe ab alio: dixiſſe beatum Benedictum cuidam aliquid loquenti de ea Roma agentibus non deſtruetur: ſed terremotibus fatigata in ſe ipſa marceſcet. Sed eſto ſit hoc quod dixit: ſi ſanctus Benenedictus hec dixit. Beatus papa Gregorius mox ſubinfert hoc in ſuis diebus apparuiſſe completū nimirum quia non de populo: ſed de menijs dixerat ciuitatis. Multas denique ciuitates olim famoſiſſimas ⁊ ſuperbas videmus funditus ſubuerſas vſq; ad ſolum: ſicut ⁊ de Ieruſalem dominus dicit. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: ſecundum ꝙ timuit vir ille: ne accideret Rome per populum ⁊ regem Gothorum: ſuper quo dicitur habuiſſe reſponſum a ſancto Benedicto: ꝙ Roma a gentibus non deſtrueretur: ſed de remotibus fatigata: in ſeipſa marceſcet. Non enim eo modo minatur ſermo diuinus ciuitati: que habet regnum ſuper reges terre: quia non lapides: ⁊ parietes peccauerunt domino: vt cure ſit domino lapides indicare: ſed magis vt relinquantur multe domus (vt ait propheta:) magne ⁊ pulchre ſine homine: ⁊ deſolentur ciuitates ab habitatoribus ſuis. Sequitur.

Et poſt hoc uidi alium angelum deſcendentem de cœlo habentem poteſtatem magnam & terra illuminata eſt a gloria eius: & exclamauit forte voce dicens. Cecidit cecidit Babylon illa magna: & facta eſt habitatio demoniorum: & cuſtodia omnis ſpiritus immundi: & omnis volucris immunde: & odibilis. Cap. 18 Tex. 1

Alium angelum ſe vidiſſe dicit reſpectu illius angeli q̄ ſibi oſtēderat dānationē meretricis magne. Nō. n. vnius ordinis miniſtros habet deus: ſꝫ diuerſorum: ne ſi

vnius tantum eſſent ordinis integrum
⁊ perfectum teſtimonium tam ſublimi//
bus rebus perhibere non poſſent. In//
de eſt: ꝙ alij de templo quod eſt in ce
lo: referuntur egreſſi: alij de celo ſim//
pliciter deſcendiſſe narrantur. Quare
hoc? Quia alij egrediūtur de ordine com/
uentualiū deſignato in templo: alij de vi
ta ſolitaria ⁊ contēplatiua deſignata in ce/
lo. Et illi quidem angeli qui egreſſi ſunt de
templo: plures ſunt: quia in vita ꝯuētuali
veluti diuerſa membra: diuerſis actioni/
bus deputata conueniunt in vnum cor//
pus deſignatum in vno templo de quo an
geli ipſi egreſſi ſunt effundere phyalas ira
cūdie dei. Qui aūt dicit̄ deſcendiſſe de ce/
lo ſolus ſcribitur: ⁊ vnus eſt: q: ad vitam
contemplatiuam pertinet illud vnum de
quo dominus ait. Porro vnum eſt neceſſa
rium. Sed ⁊ illi angeli non dicuntur de/
ſcendiſſe: ſꝫ tantum egreſſi fore de templo
Hic autem angelus de celo deſcribitur de
ſcendiſſe: quia in ordine conuentualiū: pre
ſto eſt aſſidue vita actiua: ⁊ quando aliquis
conuerſatur inter fratres loquitur verba
dei: exire magis dicitur: qꝫ deſcendere:
quia ſepe loquitur cum eis verba commu
nia quibus aliquando loquitur verba dei:
Uita vero contemplatiua: que omnino in
diget ſolitudine: quaſi quoddam celuꝫ eſt:
altius eminens a rebus humanis: a qua q
aliquando egreditur: vt loquatur homini
bus: ſatis condeſcendit eis quibus loquit̄:
⁊ ſi verbuꝫ dei: eo ꝙ a propoſito ⁊ vita ſua
alienum ſit: ⁊ vt ita compatiatur homini/
bus: non niſi magna ⁊ euidens extorque/
re aliquando neceſſitas poſſit. Habitu/
rus eſt aūt iſte predicator ſiue ſolus appa/
reat: ſiue cum ſotijs: claritatis ſue magnaꝫ
poteſtatem in loquendo verbum dei: ſicut
⁊ de domino noſtro ſcriptum eſt. Loque//
batur tanquam poteſtatem habens non ſi
cut ſcribe eorum ⁊ phariſei. Sed ⁊ terra il
luminabitur a gloria eius: ſicut ſub ſexto
angelo tuba canente: neſcio an de iſto: an
de alio dictum eſt: quia non adhuc in ob/
ſcuro enigmate: ſicut olim: ſed velud i cla
ritate ſolis, annuntiabit hominibus veri/
tatem dicens: ⁊ annuntians manifeſte: ꝙ
omnino imminebit ruina ciuitatis ſuper/
be: ⁊ collecta in inferno fiat habitatio de//
moniorum ⁊ cuſtodia omnis ſpiritus im/
mūdi (hoc eſt diabolici) ⁊ cuſtodia omnis
volucris immunde (hoc eſt) cuiuſcunqꝫ
anime deputate penis eternis: ⁊ odibilis:
pre confuſione nuditatis ſue: que aliquan
do erat induta purpura ⁊ byſſo: ornata
margaritis ⁊ lapidibus pretioſis. Sed
quare iſtud patiatur oſtenditur cum proti
nus ſubinſertur.

¶ Et de ira fornicationis eius Zep.1
biberunt omnes gentes: & re//
ges terre qui cum illa fornica/
ti ſunt: & mercatores terre de
virtute delitiarum eius diuites
facti ſunt.

¶ Quod dicit. De ira fornicationis eius
biberunt omnes gentes: in quarta parte li/
bri explicaſſe me recolo: in loco illo: vbi
poſt angelum cui datū eſt euangeliū eter
nū ſecutus eſt alius angelus: qui diceret
id quod in hoc loco angelus iſte dicit: ceci
dit: cecidit babylon illa magna ⁊c. Unde
quia in libro iſto: iterum atqꝫ iterum reca/
pitulatio facta eſt: arbitror: ꝙ iſte ſit ille an
gelus: qui ſub ſexto angelo tuba canēte di/
citur deſcendiſſe de celo: ⁊ qui circa finem
quarte partis loquitur: vt iaꝫ dixi: ⁊ dicit.
Cecidit cecidit babylon magna: que a vi
no ire fornicationis ſue potauit omnes gē
tes. Utrum autem ipſe ſit vnus de viris il
lis qui venturi ſunt: quid opinio interim
tenere queat: in eiſdem partibus dictum
ſufficiat. Reges vero terre eſſe prelatos ec
cleſiarum: quorum aliqui fornicantur cuꝫ
Babylone ſuperius dictum eſt. Quod
autem ſequitur. Et mercatores ter/
re de virtute delitiarum eius diuites fa/
cti ſunt: ad falſos ſacerdotes: ⁊ ypo/
critas referendum eſt qui negotiantes
regnū dei: inhiant tēporalibus lucris: ⁊ que
runt verbis ſubdolis placere dñs vitibus
huius mundi: quorum virtus eſt in de
litijs carnis: vt ipſi diuites fiant: ⁊ poſſint
de cetero viuere in delitijs: attēdētes quo
modo eis indeficientes delitiaꝝ redditus
conſtituti ſint: ita vt largientes multa: ſem
Ezechi. Notandum vero q in Ezechiele propheta: eo modo quo ĩ hoc libro prius habitus eſt ſermo de reſurrectione mortuorum. & poſtea de aduentu Gog: cui & dicitur. Poſt dies multos viſitaberis: in nouiſſimo annorum venies ad terrã que reuerſa eſt a gladio. Et poſt aliqua. In nouiſſimis diebus eris. Videtur autem vterq; ſentire cũ apoſtolo qui ait. Mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi: deinde nos qui viuimus: q relinquimur: excepto q hic dicit Joannes Ceteri mortuorum non vixerunt: donec conſumentur mille anni: niſi forte intelligamus ſanctos protinus poſt reſurrectionẽ ſuam abſq; terribilis illius iudicij examine & abſq; interuallo dierum intraturos ad veram vitam: ceteros vero non ſtatim: ſed poſt conſumationem iudicij. Sed & iſtud quomodo intelligimus: ſi conſtat adhuc ſeducendas gentes. Nunquid nã & poſt reſurrectionem mortuorum fas eſt credere relinquendas eſſe gentes aliquas que ſeducẽde ſint a diabolo? Aut igitur eo modo intelligatur: quo ſuperius dictum eſt: aut dimittamus intantum quouſq; veniat dñs qui illuminabit abſcondita tenebrarum: & manifeſtabit conſilia cordiũ. At quocũq; modo iſtud ſe habeat: illud tamẽ omnino cõſtat eſſe verum q circa finem mundi ſeducet diabolus gentes iſtas & adducet illas contra electorum eccleſiã que erit dilecta chriſto ſicuti Rachel viro: vt inducat ſuper illas & ſuper ſe temporale iudicium & eternum: nec habeat vltra tempus & locũ perſequendi eccleſiam. Nam ſequitur.

Tex.5 ¶ Et aſcenderunt ſuper latitudinem terre: et circuierũt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectã.

¶ Erũt eo tpe cenobia monachorum quaſi caſtra & eccleſias generalis dilecta & electa ſicut ſol: q ſicut apte oñdit: in Ezechiele pax erit tunc in orbẽ terrarum: & nihil homines ſuſpicabunt mali. Et qñ deus diliget eos: protinus iudicabit Gog & exercitũ eius. Nam ſequitur.

Ezi.

Tex. ¶ Et deſcẽdet ignis a deo de cœlo et deuorabit eos.



¶ Et illorum q dẽ finis talis erat: qualis autẽ draconis q auctor eſt oĩum malorum iſtorum?

¶ Et diabolus (inquit) qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnũ ignis: et ſulphuris vbi et beſtia et pſeudo propheta cruciabuntur die: ac nocte in ſæcula ſæculorum.

¶ Nota diligẽter q alio tpe mittent̃ i ſtagnũ ignis beſtia & pſeudo propheta: alio tẽpore draco q eſt diabolus & ſathanas. Ipſi enim mittent̃ in eo in fine ſexte etatis: iſte. i. diabolus in fine ſeptime: poſt dies. ſ. illius q vocat̃ gog: q egreſſurus ẽ ad ſuggeſtionẽ diaboli & venturus vti iam dixi: cõtra ciuitatẽ dilectã in cõſumatione ſeculi: niſi forte dicat aliqs ipſum gog eſſe eũ quẽ dicit apoſtolus: aduerſari & extolli ſupra oẽ quod dicit̃ deus: aut qđ colit̃: quẽ dñs ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui: maxime cum hoc magni doctores videant̃ magis ſentire. Teneat̃ interim & hec opinio ſi ſic placet: & eligamus ipſi quoq; ambigere cum multis: vbi diuerſe ſunt & multiplices opiniones maiorum: quouſq; ſuperueniat hora illa quam ſtatuit nobis dominus in euãgelio dicẽs. Cũ videritis abhominationem deſolationis que dicitur a Daniele propheta: ſtante in loco ſctõ q legit intelligat. Et in ipſo daniele. Clauſi ſunt ſignatiq; ſermones vſq; ad tps ſtatutũ: & impie agẽt impij neq; itelligẽt omnes impij. Porro docti intelligẽt. Quãuis vt iã diximus in pfatione huius operis nõ videatur iſte gog eſſe ipſum antichriſtũ: ſed princeps exercitus antichriſti: alioquin cũ antichriſtus ſit auctor ſeductionis propter eũ q corporaliter habitaturus ẽ in eo nõ oportuerat dici. Exibit & ſeducet gentes q̃ ſunt ſup q̃tuor angulos terre: Gog & Magog: ſed potius. Egredietur Gog & ſeducet gẽtes ad faciẽdũ hoc & illud. Vñ magis videt̃ q nõ ſit gog ipſe antixpus: ſed magis princeps exercitus eius. Poſt cuius iudiciũ: etiã ipſe diabolus cũ proprio tẽplo ſuo mittet̃: vt hic dicitur in ſtagnum ignis.

¶ Explicit ſeptima pars libri.

¶ Incipit octaua pars libri.

Vltimo feſtiuitatis die legit̃ ieſus clamaſſe magna voce in medio populi ac dixiſſe. Qui ſitit: veniat ad me & bibat & flumina de ventre eius: fluent aque viue Hoc autẽ (ait) euãgeliſta dicebat de ſpiritu quẽ accepturi erat credẽtes in eũ. Quare autẽ vltimo feſtiuitatis die: niſi q in vltima oĩum feſtiuitatũ: erat hec pmiſſio cõſumanda: nimirũ: q vt initiũ oĩs iuſtitie videtur ptinere ad patrẽ: ita cõſumatio ptinet ad ſpiritũ ſctũ? Preceſſerũt opa patriarcharũ ſecuta ſunt verba pphetarum pmittẽtia xpm. Venit tãdẽ ipſe q pmittebat̃ idutus limo fragilitatis noſtre. Qui poſtq̃ baptizatus ẽ a Joãne cõgregauit diſcipulos qbus ſe oſtẽderet mortuũ & viuẽtẽ: deſcẽdẽtẽ ad inferos & aſcẽdẽtẽ in celũ. Et hec qdẽ oĩa preceſſerũt vt ſequeret̃ illud vnũ qđ cõpletum eſt vltimo feſtiuitatis die (hoc eſt) in die pẽthecoſtes. Hũc ſiqdẽ tã ſolẽnẽ & tã celebrẽ diẽ pcedit obſeruatio q̃dragesime in afflictione ieiunij: deinde tps qđ vocat̃ paſchale: in iocũditate epularum diſtinguẽte inter vtrũq; tps reſurrectione dñica. Q verotẽpus ipſum ieiunij ſex ſacris ebdomadibus dedicatũ eſt: cõcordat valde in myſterio cũ ſex partibus libri huius: nimirum quia in eiſdem ſex partibus agit̃ de totidẽ tpibus erũnoſis huius ſexte etatis: q idcirco in tpibus diuiſa eſt: q vita que vocat̃ actiua: ſollicita eſt: & turbat̃ erga plurima. Sane q tẽpus paſchale totũ accipit̃ pro vna die: & illa vtiq; de qua dicitur per pſalmiſtã. Hec dies quã fecimus dñs: exultemus & letemur i ea: merito ſub vna ſeptima pte libri ſeptima etas mũdi ſimpliciter cõtinet̃: nimirũ q ad ipſam pertinet vita contemplatiua cui benedixit dominus: de qua & dictum eſt marthe ſollicite erga plurima. Porro vnũ eſt neceſſarium: & maria optimã partẽ elegit que nõ auferetur ab ea. Et q̃uis breue exiſtimemus tempus ipſius ſeptime etatis quod reliquum erit poſt finem ſexte: p eo

Joan.

Pſal.

ꝙ initiatio eius iam preceſſit ſimul cum
ſexta : non tamen breue erit gaudium
conſolationis iuſtorum : dicente domi/
no. Iterum autem videbo vos : ⁊ gau/
debit cor veſtrum : ⁊ gaudium veſtrum
nemo tollet a vobis. Deniqꝫ ⁊ etas ſe/
cunda tante breuitatis fuit reſpectu pri/
me : vt Noe qui iam vixerat ſexcen/
tos annos ante diluuium vſqꝫ ad finem
ipſius etatis ⁊ initium tertie permanſiſ/
ſe tradatur. Et forte hocipſum ad rem
pertinuit : cum conſtet ꝙ ſicut in illa pri
ma etate vſqꝫ : ſcilicet : ad ſexcenteſimum
annum vite Noe ſignificate ſunt ſeptem
etates mundi : ita in reſiduo vite Noe:
ſeptima etas in qua ceſſantibus aquis
diluuij : erit pax ⁊ ſabbatum diligenti/
bus deum. Igitur vt ſex partes libri
pertinent ad Martham que turbatur
erga plurima : ita pars ſeptima pertinet
ad Mariam : que ſedet ſimpliciter ſe/
cus pedes domini Jeſu. Et ſicut in ſex
temporibus laborioſis deſignatis in ſex
ebdomadibus quadrageſime continetur
ſexta etas : ita in vno tempore pacis de/
ſignato in vno tempore paſchali contine/
batur ſeptima : quamuis (vt iam dixi)
initium ſeptime etatis : a principio ſe/
xte illuxerit huic mundo : quod qua ra/
tione geſtum ſit ſufficienter nos in hoc
opere enodaſſe meminimus. Illud ta/
men non eſt pretermittendum : ꝙ pro
eo : quia Latinus populus ad honorem
filij proprietate myſterij electus eſt : Gre
cus ad honorem Spiritus Sancti : non
caſu accidiſſe credendum ſit traditum
eſſe grecis a maioribus ſuis tempore qua/
drageſimali : cantare ſolenniter alleluya:
nobis autem a maioribus noſtris ſilen/
dum eſſe tempore eodem ab eodem can/
tico vſqꝫ : ſcilicet : ad tempus paſchale:
quatenus in hocipſo aperte daretur in/
telligi : ꝙ ex eo tempore quo Chriſtus
venit in mundum : non ſolum tradi/
tum ſit electis Dei ſuſcipere ⁊ ample/
cti verbum crucis : quod pertinet ad
Chriſtum ⁊ ad ſextam etatem : verum/
etiam ex parte non modica : gaudium
vite contemplatiue : quod pertinet ad
Spiritum Sanctum : de quo per Apo/
ſtolum ſcriptum eſt. Ubi ſpiritus domi/
ni : ibi libertas. Uerum ⁊ ſi tempus il/
lud beatum : quod reputatur in ſabba/
tum omnino pertinere dicimus ad Spi/
ritum Sanctum : cuius eſt omne gau/
dium ſpirituale ⁊ letitia : qua vnctus eſt
dominus pre conſortibus ſuis : non ta/
men eo modo quo ſeculum illud futurū:
quod deſignatum eſt in vltimo feſtiuitatis
die (hoc eſt) in die penthecoſtes : quando
eo modo repleti ſunt apoſtoli ſpiritu ſan/
cto : quo antea repleti non erant : nec quan
do : vꝫ : baptizati ſunt in Chriſto : nec quan
do in die paſche inſufflauit dominus : ⁊ di
xit eis. Accipite ſpiritum ſanctum : quorū
remiſeritis peccata : remiſſa ſunt : ⁊ quorū
retinueritis retenta ſunt. Deniqꝫ ⁊ in Eze
chiele propheta : poſtquā agitur de ruina
Gog : ⁊ exercitus eius : protinus adiun/
ctum eſt. Ponam gloriam meam in genti
bus : ⁊ videbunt omnes gentes iudicium
meum qđ fecerim : ⁊ manum meam quam
poſuerim ſuper eos. Et ſciet domus iſrael
qꝛ ego dominus eorū a die illa : ⁊ deinceps.
Et poſt aliqua. Et non abſcondam faciem
meam ab eis : eo ꝙ effūderim ſpiritum me
um ſuper omnem domum iſrael. Sed ⁊
ſicut Joannes poſt ruinam Gog ⁊ Ma/
gog paucis interpoſitis : incipit agere de
gloria Hieruſalem : ita ⁊ Ezechiel de quo/
dam hedificio quod vrgebat ad auſtrum:
Sed iam nunc retenta pauliſper velut in
quodam gurgite relaxanda eſt vela ſermo
nis : quatenus de die illo terribili : qui
erit poſt nouiſſimum tempus : que deus
conceſſerit : eloquamur. Ait enim poſt ea
que ſcripta ſunt ab eo : ⁊ a nobis quomo/
docunqꝫ expoſita : Sanctus euangeliſta
Joannes.

Et uidi thronum magnum Ca.6
candidum et ſedentem ſup eum



a cuius conſpectu fugit terra et
cælum : et locus non eſt inuentus
ab eis. Et uidi mortuos magnos
& puſillos ſtantes in conſpectu
throni & libri aperti ſunt : et ali/
us liber apertus eſt : qui eſt uitæ:
et iudicati ſunt mortui ex his
quæ ſcripta erāt in libris ſm̄ ope
ra ipſorum.

Aſſumens dominus parabolam de ho
mine nobili qui abijt in regionem longin
quam accipere ſibi regnum : ⁊ reuerti : in/
dicauit ſe venturū ad ponēdam rationem
cum ſeruis ſuis hora qua non putarēt : re/
muneraturū bonos ſeruos : malos autem
inertia puniturum. Deinde cum aliqua
peroraſſet : adiecit ⁊ ait. Cum autem vene
rit filius hominis in maieſtate ſua : ⁊ om/
nes angeli eius cum eo : tunc ſedebit ſuper
ſedem maieſtatis ſue : ⁊ congregabuntur
ante eum omnes gentes : ⁊ ſeparabit eos
ab inuicem : ſicut paſtor ſegregat oues ab
hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris
ſuis : hedos autem a ſiniſtris. Igitur poſt/
ꝗ̄ venerit dominus in maieſtate ſua : ſede
bit ſuper ſedem maieſtatis ſue : vt ſeparet
bonos a malis : ſed vtrū mox vt venerit:
an poſt multos ſeu aliquot dies : incertum
eſt. Si enim ſm̄ patrum ſententiam : reſi
duum erit ſpatium temporis poſt caſum
Antichriſti (licet hominibus ignoratum)
liquet ꝙ ſi venerit tunc dominus vt iudi
cet Antichriſtum : ſm̄ ſententiam Hiero/
Hiero. nymi ſuper locum illum epiſtole Pauli
ad Theſalonicenſes. Quem dominus Je
ſus interficiet ſpiritu oris ſui : ⁊ deſtruet il/
luſtratione aduentus ſui : opꝫ intereſſe ali
quod tempus : quod vocatur dies nouiſſi
Augu. mus : ſm̄ ſententiam Auguſtini : medium
ſ. inter horam aduētus eius : ⁊ diem in quo
ſedebit in ſede maieſtatis ſue vt diuidat bo
nos a malis : ſtatuens quidem bonos a de
xtris : malos autem a ſiniſtris. Si vero nō
ipſe per ſe veniet ad iudicandum Anti/
chriſtum : ſed Archangelus Michael ſm̄
ſententiam aliquorum : videtur ꝙ dies ille
id eſt tempus quod vocatur iudicij : inci/
piet quidem a caſu Antichriſti (hoc eſt)
a tempore illo quando pſeudo propheta ⁊
beſtia mittentur in ſtagnum ignis : ſed ta/
men ad conſumandum ipſum diem : ven/
turus ſit dominus circa finem : ⁊ mox vt
venerit : ſeſſurus ſit ſuper ſedem maie/
ſtatis ſue vt iubeat ire impios in ignem
eternum : iuſtos autem in vitam eter/
nam. Quod ſi ita erit : quid putari po/
teſt de eo quod ait Apoſtolus de Anti/
chriſto. Quem dominus quidem Je/
ſus interficiet ſpiritu oris ſui : ⁊ deſtruet
illuſtratione aduentus ſui : niſi vt in die
illo : in quo incarcerabitur Sathanas:
intelligatur ſuperatus eſſe a ſpiritu ſan/
cto : ⁊ in extremo cum venerit dominus
deſtruatur omnino : quando ⁊ mitte/
tur in ſtagnum ignis : vbi ⁊ beſtia ⁊ pſeu
do Propheta? Quod ſi ſecundum Hie/
ronymum : ipſe per ſeipſum dominus
veniet ad deſtruendum Antichriſtum:
cum in igne eum venturum ſcriptura
commemorat : videtur ꝙ ille ignis ſit
quem commemorat Petrus occiden/
dus eſſe dicitur Gog : ⁊ exercitus eius:
vt quod de eius iudicio dicitur ſpecia/
liter hoc intelligatur pertinere ad ea que
inuenta fuerint in hac vita membra Dya
boli terribili illo igne etiam temporali/
ter punienda. Uerum inter has angu/
ſtias ⁊ ambiguas opiniones : quid aliud
fateri poſſumus : niſi id quod dominus
ait. De hora illa nemo ſcit : niſi ſolus
pater? Si enim aperte loqueretur ſcri/
ptura de aduentu filij dei : vt : videlicet:
in ſuo ordine (ſicut multa alia) ſcribere/
tur : nec ipſe filius diceret. De hora illa
nemo ſcit : nec nos in exibitione ipſius ad
uētus tantas anguſtias pateremur. Sꝫ qꝛ
eius ſnie eſt vt nemo ſciat quaſi repugnāti
bus ſibi auctoritatibꝰ diuinis anguſtiamur

pariter in hac parte:hebetamur oppꝛimi
mur:⁊ deficimus ſcientes illud quod ſcri/
ptum eſt. Tenebꝛoſa aqua in nubibus ae/
ris. Reſtat ergo vt diſcuſſis alijs partibus
libꝛi:⁊ diſtincte per tp̄a deſignatis de oc/
culto aduētu iudicis ſileamus:hoc ſolum
tam libere q̄ȝ ſecure dicētes:ꝙ poſt finem
etatis ſeptime : de qua multa loquuti ſu/
mus:ſedebit dn̄s ſup ſedem maieſtatis ſue
vt ſeparet repꝛobos ab electis : ⁊ reddat
vnicuiqȝ ſm̄ opera ſua. Quaȝ vero gloꝛio
ſa erit iſta ſedes : que eſt eccleſia iuſtoꝝ:in
qua ſedebit dn̄s in die illo:q̄ȝ.ſ.magna me
ritis:q̄ȝ candida fulgoꝛe iuſtitie:ex huius
loci pꝛeſentia apitur cum di: Et vidi thꝛo
num magnum ⁊ candidum. Qd̄ autem
ait. Et ſedentem ſup eum:a cuius ꝯſpectu
fugit terra ⁊ celum:⁊ locus non eſt inuen
tus ab eis : non eſt ita ſegniter intelligen/
dum vt reputentur a ꝯſpectu Chꝛiſti fuge
re celuȝ ⁊ terra. Sed q: omnis oꝛnatus ce/
li ⁊ terre reputabitur pꝛo nihilo ⁊ inani re
ſpectu gloꝛie Chꝛiſti ⁊ ſanctoꝝ eius:iuxta
illud qd̄ per pꝛophetam di. Erubeſcet lu/
na:⁊ ꝯfundetur ſol cum regnauerit domi/
nus exercituuȝ in monte Syon ⁊ in Hie/
ruſaleȝ:⁊ in ꝯſpectu ſenum ſuoꝝ fuerit glo
rificatus. Sicut enim a ꝯſpectu ſolis vidē
tur deficere ſtelle celi:non q: eſſe deſinunt
id qd̄ ſunt:ſed q: deperit ⁊ inaneſcit clari/
tas ſplendoꝛis eaꝝ:ſic manente celo ⁊ ter/
ra in oꝛdine ſuo:abſcondetur decoꝛ ⁊ ſpe/
cies pulchꝛitudinis eoꝝ:⁊ non erit eis lo/
cus:aut pꝛeciuȝ inter ea que pꝛeparauit do
minus diligentibus ſe. Qd̄ autem ſeqtur.
Et vidi mortuos magnos ⁊ puſillos ſtan
tes in conſpectu thꝛoni:apoſtolus quoqȝ
Paulus manifeſtat : cum dicit. Oēs nos
opȝ aſtare ante tribunal Chꝛiſti vt referat
vnuſquiſqȝ ꝓut geſſit:ſiue bonuȝ:ſiue ma
lum. Unde ⁊ bene ſubditur. Et libꝛi aper/
ti ſunt:⁊ alius liber aptus eſt:qui eſt vite:
⁊ iudicati ſunt mortui ex his que ſcripta
erāt in libꝛis ſm̄ opera ipſoꝝ:vt intelligat̄
illud qd̄ alio loco per apoſtolum di. Noli
te iudicare ante tempus donec veniat dn̄s
qui illuminabit abſcōdita tenebꝛaꝝ ⁊ ma/
nifeſtabit ꝯſilia cordium. Libꝛi eteniȝ clau
ſi:coꝛda hoīum abſcondita ſunt:quoꝝ in/
tentiones ⁊ deſideria ſolus ille nouit : qui
vita eſt:qui ⁊ ipſe quem modo tȝ clauſum
⁊ occultum:in die illo notum faciet:⁊ ape
riet libꝛum iuſtitie coꝛdis ſui : vt ſeparet a
ꝯſoꝛtio repꝛoboꝝ eos quos ſcriptos ſemp
habuit in memoꝛia eterna:iuxta illud apo
ſtoli. Firmum fundamentum dei ſtat ha/
bens ſignaculuȝ hoc. Nouit deus qui ſunt
eius. Notandum vero ꝙ in hoc iudicio
illi de q̄bus ſupius dixerat. Uixerunt ⁊ re
gnauerunt cum Chꝛiſto mille annis:iudi
ces ⁊ ipſi erunt cum Chꝛiſto vt compleat̄
in eis ꝓmiſſio domini dicentis. Uos qui
ſequuti eſtis me in regeneratione cum ſe/
derit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue:ſe/
debitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim:iudicā
tes duodecim tribus iſrael. Quocirca ⁊ ſi
dicat apoſtolus. Oēs nos opȝ aſtare ante
tribunal Chꝛiſti:vt referat vnuſqſqȝ ꝓut
geſſit ſiue bonum:ſiue malum:non eſt tn̄
intelligendum:vt peccata de q̄bus iudica
ti ſunt electi in hac vita a vicarijs Chꝛiſti
⁊ remiſſa ſunt:referenda ſint iteꝝ in die il
lo:ſed boni aſtabunt vt referant bona que
geſſerunt ad confuſionem maloꝛum mali:
⁊ ſi inuiti:vt referant mala ad honoꝛeȝ bo
noꝛum. Sicut enim operibus bonoꝛum
iudicabuntur repꝛobi:ita operibus repꝛo/
boꝛum magnificabuntur electi. Quapꝛo/
pter in hoc loco nequaquam ſimpliciter
moꝛtuoꝛum nomine : moꝛtuos accipien/
dos extimo : ſed magis peccatoꝛes homi/
nes:qui moꝛtui ſunt in delictis : quoꝛum
tamen aliqui penitentes ⁊ dolentes de rea
tibus ſuis : ⁊ ſi non vſqȝ ad dignam ſatiſ/
factionem: qua pꝛotinus poſt obitum car
nis mererentur veniam : poſt penas ta/
men purgatoꝛias conſequenter indulgen/
tiam : dicente de eis quodam loco Da/
uid:homines ⁊ iumenta ſaluabis domine:
quoniam multiplicaſti miſericoꝛdiam tu/
am deus. Et de his quidem ſic. Quid ve/
ro ⁊ de illis qui regnant cum Chꝛiſto



mille annis:nunquid ipſi perueniant ad eter
num vitam? Filij (inquit) hominum in
tegmine alarum tuaꝝ ſperabunt. Inebꝛia
buntur ab vbertate domus tue:⁊ toꝛren/
te voluptatis tue potabis eos. Sicut au/
tem ſancti dei non aſtabunt ante tribunal
Chꝛiſti vt referant mala opera ſua que cō/
feſſi ſunt coꝛam ſacerdotibus : ac ſi etiam
hic ſtarent nunc ante tribunal Chꝛiſti:ꝓ/
pter quod ⁊ digne ſatiſfacientes de eis ꝯſe
quuti ſunt veniam : ita ꝙ dicit hic Joan/
nes. Judicati ſunt moꝛtui ex his qu ſcri/
pta erant in libꝛis ſm̄ opera impioꝝ : non
eſt intelligendum:quaſi iniquitates remiſ
ſe:referende ſint iterum ad iudicium : ſed
ſm̄ opera mala : de quibus non egerunt
penitentiam in vita ſua:⁊ ſm̄ opera bona
que intuitu pietatis pꝛobabuntur egiſſe.
Illi enim quoꝛum nomina ſuſcepta dei fi
lius ſatiſfactione ſcribit in libꝛo coꝛdis ſui
poſt debitas peccatoꝛum penas recipien/
tur in conſoꝛtio electoꝛum:conſequentes
veniam in die illo. Qui aūt dū adhuc vi/
uunt negligunt donum dei:data ſentētia
diſtricti iudicis:ibunt pꝛotinus in ignem
eternum. Unde ⁊ mox ſubditur.

7 ℂEt dedit mare mortuos ſu/
os qui in eo erant:& mors : & in
fernus dederunt mortuos qui in
ipſis erant : & iudicatum eſt de
ſingulis ſm̄ opera ipſorum:& in
fernus & mors miſſi ſunt in ſta/
gnum ignis. Hæc mors ſecunda
eſt ſtagnum ignis.

℣ Et qui non eſt inuentus in li/
bro vitæ ſcriptus : miſſus eſt in
ſtagnum ignis.

ℂSi ſtagnum ignis intelligimus illum
locuȝ:qui vulgo cognominatur infernus:
qua ratione moꝛs ⁊ infernus mitti dicun/
tur in ſtagnum ignis:niſi q: aliud per ali/
quod ſm̄ litteram:aliud eſt in ſpiritu in/
telligendum? In quarta parte vbi dictuȝ
eſt eum qui ſedebat ſuper equuȝ pallidum
vocari moꝛtem:ſequi vero eum alteꝝ qui
vocetur infernus. Diximus nomine moꝛ
tis intelligendum eſſe pſeudo pꝛophetam
Sarracenoꝛuȝ:nomine vero inferni eum
qui regnaturus eſt in fine ipſius regni:re/
gem.ſ.illum vndecimum:de quo in hoc li
bꝛo tam multa loquuti ſumus. Quia vero
pꝛeter illos moꝛtuos qui continentur ge/
neraliter in genere humano : tam multi
ſpecialiter adheſerunt ei qui vocat̄ moꝛs:
⁊ adherebunt etiam q̄ȝplures illi qui vo/
catur infernus : quaſi mare cogitur dare
moꝛtuos ſuos:⁊ ſuos nihilominus moꝛs:
⁊ infernus:q: quos diu poſſedit mundus
quaſi pꝛopꝛios homines.ſ.qui vocantur
mundani tenere vltra non poterit : quin
reſuſcitati a moꝛtuis veniant ad iudiciuȝ:
⁊ quos illi quoꝛum vnus vocatur moꝛs:
alius infernus : poſſident quaſi pꝛopꝛios
in comitatu ſuo:iuxta illud Ezechielis ꝓ
phete. Uidit eos Pharao ⁊ cōſolatus eſt.
Opoꝛtebit : velint nolint accedere ad iu/
dicium vt iudicentur de ſingulis:ſm̄ ope
ra ſua. Mittentur auteȝ in ſtagnum ignis
pꝛincipaliter moꝛs ⁊ infernus : vbi pꝛius
etiam fuiſſe creduntur:cum omnibus qui
fuerunt ex parte eoꝛum : illi.ſ.qui vocati
ſunt beſtia ⁊ pſeudo pꝛopheta qui etiam
viui referunt̄ miſſi in ſtagnum ignis. Sed
ſi pꝛiuſq̄ȝ veniat hoꝛa iſta magni ⁊ extre/
mi iudicij:viui mittendi ſunt in ſtagnum
ignis:ad quid vocandi ſunt iterum ad iu
dicium : niſi vt referant opera ſua mala:
quatenus qui pꝛius per occultum indurā
tur iudicium:in die illo:non ſolum ipſum
iudicium : verumetiam iuſta cauſa illius
appareat manifeſta? Uerumtamen ⁊ ſi vi/
ui ſm̄ litteram (quod tamen dubiuȝ eſt)
deſcendent (vt legimus) in infernum : ſi/
cut Dathan ⁊ Abyron : non ideo tamen
credendum eſt non eſſe animas eoꝛum a
coꝛpoꝛibus ſeparandas : vt quaſi nec mo/
riantur in coꝛpoꝛibus:nec reſurgant:q: ⁊
ſi viui deſcendunt in infernum : vt cetera

Sarra/ceni.

Dathā

metum habeant: mox tamen vbi mortalia eorum corpora artabuntur doloribus: parturient neque animas deputatas in penis: ipſa corrumpentur ſicut ⁊ ceterorum: quatenus recceptura que geſſerunt mala cum ceteris a morte reſurgāt. Quod ſi ita erit: qđ tamen deus melius nouit: non ſolum propter illud qđ ſuperius diximus: vocandi ſunt ad iudicium: verumetiam: vt quod prius in animabus tm̄: a die illo deinceps etiā immundis corporibus eternum ſuſtineant detrimentum. Hoc ergo modo mors ⁊ infernus: ⁊ prius ⁊ poſterius mittentur in ſtagnum ignis: prius. ſ. per occultam ſententiam: ad vltimum vero per manifeſtam. Quod autem ait. Hec eſt mors ſecunda: ſtagnum ignis ad litteram dicit mortis prime que fit in corporibus quando anime ſeparantur ab eis. Et ſciendum ꝙ reſurrectio prima beatior eſt reſurrectione ſecunda: mors autem ſecunda infelicior morte prima. Quare hoc? Quia reſurrectio prima pertinet ad gloriam ſanctorum: mors autem ſecunda ad eterna ſupplicia reproborum. Unde ⁊ illic dicitur. Beatus ⁊ ſanctus qui hꝫ partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem. Quo contra in hoc loco de reprobis ſubſequenter adiungitur. Et qui non eſt inuentus in libro vite ſcriptus: miſſus eſt in ſtagnū ignis. Seqtur.

Ca. 21. Tex. 1

Et uidi cælum nouum: & terram nouam. Primum enim cælum: et prima terra abiit: & mare iam non eſt.

Diſcedente Juda Traditore a cetu diſcipulorum: protinus dominus loquutus eſt dicens. Nunc clarificatus eſt filius hominis: ⁊ deus clarificatus eſt in eo. Similiter ⁊ in loco illo vbi propoſuit parabolam de inimico homine qui ſeminauit zizania in medio tritici: in fine expoſitionis ipſius parabole: ſimile aliquid loquutus eſt, dicēs. Mittet filius hominis angelos ſuos: ⁊ colligent de regno eius omnia ſcandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatē: ⁊ mittet eos in caminum ignis: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Quod cum dixiſſet: adiecit ⁊ ait. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Separatis ſiquidem iniuſtis de medio iuſtorū: fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum: quia nimirum non poteſt dies eſſe in perfecto ſplendore quādiu pars aliqua tenebrarum lucis crepuſculum obfuſcando denigrat. Sed quomodo diſcedentibus tenebris dies clarus effulget: ita retruſis impijs in inferno: apparebit celum nouū ⁊ terra noua. Uidi (inquit) celum nouum ⁊ terram nouam: primum enim celum ⁊ prima terra abijt: ⁊ mare iam non eſt. Celum in hoc loco vocat eccleſiam ſanctorum: quorum cum adhuc viuunt in carne: conuerſatio ⁊ auiditas in celo eſt. Terram aliorum fidelium qui ⁊ ipſi per clementiam creatoris expectant videre regnum dei. Primum autem celum ⁊ prima terra abire dicuntur: quia ſeminatur corpus animale: ⁊ reſurget corpus ſpirituale. Quaſi autem aliud celum ⁊ alia terra quā que prius erant oſtenduntur: non quia alia erit natura: ſed quia alia erit pulchritudo ⁊ gloria. Sed ⁊ mare quod modo eſſe videtur: in die illo eſſe deſinet: ⁊ areſcet: quia multitudo infidelium que terrore ſuo turbat eccleſiam: preteribit velut vmbra: non quia eſſe deſinet quo ad naturā: ſed quia ceſſabit fluctuatio perſequutionis ipſius. Seqtur.

Tex. 2

Et ego Ioānes uidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo a deo paratam ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo.

Non eſt referenda iſta viſio ⁊ iſte deſcēſus ad horam illam vltimam in qua manifeſta erit gloria Hieruſalē: ſed ad tempus (vt iā dixi) natiuitatis ipſius: quā per archanum quoddam cōſilium voluntatis dei deſcendit quaſi filia: a deo viuo ⁊ vero: iuxta illud ipſius Joannis dicentis in euangelio. Quotquot autem receperunt eum. i. Chriſtum: dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Qui non ex ſanguinibus: neqꝫ ex voluptate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſunt. Scimus enim ꝙ omnis qui naſcitur deſcendere dr̄ ab eo cuius filius eſt: non quidem per degradationem: ſed per generationem. Unde vnigenitus dei filius: veritas dictus eſt: quia voluit deſcēdere de celo vt honoraret eum qui miſit illum. Ille enim verax eſt qui cōfitetur veritatem: qui non dedignatur eſſe ſubiectus ei a quo eſt. Quo contra de patre mēdacij dictum eſt: ꝙ in veritate non ſtetit: quia voluit coequari altiſſimo qui creauit illum. Et bene ciuitas Hieruſalem a deo de celo deſcendere dicta eſt: quia eo ipſo intelligitur nata eſſe ex deo: quo per affectum humilitatis: deſcēdit a gloria vocationis ſue: quinquidem ⁊ per gratiam filiā ſe eſſe intelligit ſummi dei: ⁊ tm̄ non ſe filiā cognominat: ſed ancillam ſciens illud qđ ſcriptum eſt. Excelſus dn̄s: ⁊ humilia reſpicit. Et iterum. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem preſtat gratiam. Cognominatur autē noua Hieruſalem vt non intelligatur dictam de illa veteri que ſeruit cū filijs ſuis. Unde ⁊ parata dicitur eſſe ſicut ſponſa ornata viro ſuo: vt ipſa eſſe intelligatur illa regina: de qua loquens pſalmiſta in ſpiritu regi Chriſto. Aſtitit (inquit) regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Sed qualia eſſe creduntur ornamenta ipſius? Nunquid viſibilia aut manufacta? Abſit. Quid enim conferre poteſt glorie cultus exterior mercenarije? Siquidem ⁊ Babylon deaurata eſſe ſcribitur auro ⁊ lapidibus precioſis: ⁊ tamen non ad gloriam: ſed ad confuſionem ipſius. Porro Hieruſalem parata ſemꝑ eſt ad nuptias Chriſti obſeruans ne appareat in ea aliquid deformitatis in defedatione vitiorum quo poſſit offendere oculos ſponſi ſui: ⁊ ornat ſe quottidie ornamēto virtutum: ac ſi quibuſdam monilibus aut lapidibus precioſis: ſciens ꝙ nequaquā ſponſus eius exteriorem pulchritudinē: ſed interiorem requirat. Sequitur.

Tex. 3

Et audiui uocem magnam de cælo dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis: et ipſi populus eius erūt: et ipſe deus cum eis erit eorum deus. Et abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor erit ultra quæ prima abierunt.

Sedes dei: ciuitas dei: populus dei: ſepe pro eadem electorum multitudine indifferenter accipienda ſunt. Cum tamen ſimul iſta ponuntur: vnumquodqꝫ ꝑ parte ſua proprium aliquid ⁊ diſtinctum deſignat. Thronus ſiquidem dei: ſignificat in loco iſto ordinem prelatorum: per quē deus qui preſidet exercet quottidie iudicia ſua: ⁊ exercebit manifeſtius in die illo. Porro ciuitas Hieruſalem: reliquam multitudinem ſanctorum: hoīes ſiue populus: innumerabilem quātitatem fidelium: de throno aūt dei audita eſt vox dicēs: de ciuitate Hieruſalem que eſt eccleſia ſanctorum: ecce tabernaculum dei cū hoībus: quia paſtores eccleſie teſtati ſunt id qđ ipſi credimus de futura gloria ſancte matris eccleſie: vꝫ: ꝙ ipſa ſit verum tabernaculū dei: non quidem manufactum ⁊ tranſitorium ſicut tabernaculum Moyſi: ad cuius hoſtium cōgregabantur multitudines ouium: hyrcorum: taurorum: ⁊ vitulorum mactande ſuꝑ altare ipſius in typo futurorum: ſed tabernaculum non manufactum: in quo congregantur turme hominum: qui creati ſunt ad ymaginem dei: quatenus ⁊ ipſi ſint populus eius: ⁊ oues paſcue eius: ⁊ ipſe dominus ſit eorum deus: ⁊ maneat cum eis vſque

in ſempiternum. Qui bene quoqꝫ dicitur
abſtergere lachrymas ab oculis eoꝝ : non
quidem quottidie: ne quottidie extimenſ
flere: ſed ſemel educēs illos de valle lachry
maꝝ : ⁊ transſerens ad regnum claritatis
ſue. Quod autem ſequitur. Et mors vltra
non erit: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ do
lor: que primo abierunt: ſicut dicitur ad lit
teram: ita ⁊ intelligatur. Sequitur.

Tex.4 ¶ Et dixit qui ſedebat in thro
no. Ecce noua facio omnia.

¶ Nouum celum: nouaꝫ terram: nouam
Hieruſalem. Jam enim (inquit in cāticis)
Canti. hyems tranſijt: ymber abijt ⁊ receſſit. No
uum quid videtur eſſe eſtas reſpectu tem
poris hyemalis: ⁊ omne pene qđ videtur
pulchrum oculis nouitatis ſpeciem vide/
tur habere. Sequitur.

Tex.5 ¶ Et dixit mihi. Scribe qa uer
ba hæc fideliſſima ſunt & uera.

¶ Scribe (inquit) hec calamo lingue in
corde fidelium: ne quis verba iſta friuola
eſſe putet ⁊ nō credens: ꝙ fideliſſima ſint:
inuitatus ſepe ſepius diſſimulet venire ad
nuptias. Bene autem ſequitur.

Tex.6 ¶ Et dixit mihi. Factum eſt.

¶ Or hoc verbum. Factum eſt: conſuma
tionem deſignat. Dicit autē iſtud: vt non
iam pro futuro : ſed pro preſenti qđ dr acci
Pſal. piatur: qr mille anni ante oculos tuos tan
qꝫ dies externa que preterijt. Unde ⁊ ar/
chani illius verbi: quod ſcriptum eſt in ca
pite libri.

Tex.7 ¶ Ego ſum. a. & o. principium
& finis.

¶ Repetitio facta eſt: vt ea facilitate cre/
dant homines ꝯſumationem reꝝ: qua nō
poſſunt heſitare de creationis principio.
Si enim cum hō mortalis inchoat aliqđ
opus bonum: qđ ſit ei vel vtile: vel amabi
le: triſtaſ ⁊ erubeſcit: ſi non poteſt ꝑducere
ad effectum: quāto magis ignominioſum
eſſet deo viuo ⁊ vero : fruſtra incipe opus
qđ explere non poſſet? Or tñ multi ſunt
qui audiunt ⁊ non credunt : ⁊ ideo negli/
gunt accipe ⁊ poſſidere regnum dei: loqui
tur adhuc ille qui redemit nos in ſangui/
ne ſuo: ⁊ patefaciēs inenarrabilem theſau
rum bonitatis ⁊ clementie ſue : ꝓſtatur
⁊ dicit. Ego ſitienti dabo de fonte aque vi
ue gratis (hoc eſt) de gratia ſpiritus ſan/
cti. Et adiecit.

¶ Qui uicerit : poſſidebit hæc: Tex.8
& ego ero illi deus : & ipſe erit
mihi filius. Timidis autem & in
credulis: & execratis: et homici
dis : et fornicatoribus : et uenefi
cis: et ydolatris : et omnibus mē
dacibus: pars illorum erit in ſta/
gno ardenti igne et ſulphure: qđ
eſt mors ſecunda.

¶ Verba huius capituli admonitione in
digēt: nō expoſitione. Quid enim dulcius
faciētī bonum: qꝫ frui dono ſpiritus ſancti
⁊ poſſidere gaudia Hieruſalem: inſup ⁊ eſ
ſe filium dei: heredem. ſ. dei patris: cohere
dem autem Chriſti. Et qđ amarius faciē/
ti malū qꝫ habere partem in ſtagno infer
nali ardenti ſulphure ⁊ igne? Timidos au
tem vocat illos qui metuunt relinquere
preſentia pro futuris: qui timēt eos qui oc
cidunt corpus: ⁊ non potius eum qui pōt
aiam ⁊ corpus ꝑdere in gehēnā. Seqtur.

¶ Et uenit unus de ſeptem ange T.10
lis habentibus phyalas ſeptem:
plenas ſeptem plagis nouiſſimis
et loquutus eſt mecum dicens.
Veni oſtēdam tibi ſponſam uxo
rem agni.

¶ Paulo ſupius dixerat vidiſſe ſe Hieru
ſalem nouā deſcēdentem de celo: ⁊ modo
dicit ſe eſſe vocatum ab vno angelorum ſe
ptem: dicēte ſibi. Ueni oſtēdam tibi ſpon/
ſam vxorem agni. Aut igiř recapitulando




replicauit quod dixerat: vt ordinem expri/
meret viſionis. aut verius qđ creditur il
lud dixerat de peregrinante in terris iſtud
autem adiunxit de regnante in celis. Qua
ſi enim illud vidit per ſe: iſtud per alium:
quia multa ſcripta ſunt de gloria preſentis
eccleſie que vocatur ieruſalem: que non ſo
lum legi potuerunt: ⁊ intelligi ſm litteraꝫ
a diſcipulis veritatis: verumetiam videri
oculis ⁊ auribus audiri. Quia vero illa q̄
ſurſum eſt ieruſalem: que tamen de lapidi
bus iſtius edificari: non eſt dubium. nō po
teſt modo videre oculis: nec in ſcriptura ſi
cuti eſt inuenitur expreſſa neceſſarius erat
doctor ſpiritualis q traheret perfectos di/
ſcipulos ad anagogicum intellectum: ⁊ ꝑ
ea que nota ſunt in ſcriptura de peregrinā
te in terris raperentur ad ſpiritualē viſio
nem illius: que gloriatur in celis. Unde ⁊
mox ſubditur.

T.11 ¶ Et ſubſtulit me ī ſpiritu ī mō
tem magnum & altum.

¶ Mons iſte magnus ⁊ altus ille eſt de
quo dicit pſalmiſta. Quis aſcendet in mō/
tem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto
eius? Mons iſte: celum eſt ſpirituale ad qđ
oportet aſcendere qui volunt celeſtia con/
tēplari. Ipſe eſt anagogicus intellectus: q
re vera magnus ⁊ altus eſt: quia magna ſu
blimia comprehendit. Litteralis deniqꝫ i/
tellectus indicat ſm ſe tranſitoria ⁊ terre/
na. Typicus: ſtatum peregrinantis eccleſie
que agitur quodammodo inter terram ⁊
celum: Anagogicus vero qui ſuperior eſt:
ſtatum illius vrbis que in celis eſt. Uerum
tamen ⁊ ibi ⁊ hic dicta eſt ieruſalem deſcē
dere de celo adeo: quia tam in preſenti ſe/
culo: qꝫ in futuro: nouit humilibus cōſen
tire: ita vt ⁊ ſemper deſcendat: ⁊ ſemper ſit
cum deo a quo ſemper deſcendit. Sicut. n.
fluuius ſemper manans a ſuo fōte ⁊ a loco
eminentiori: ⁊ deſcēdit ad ima: ⁊ tamē ſem
per eſt vbi manat: ⁊ vnde manat: ita ieru/
ſalem illa ſuperna ſemper manens in celo:
ſemper: ⁊ ſine fine per humilitatem deſcē/
dit: quia quo magis de ſe continue humi/
lia ſentit: eo firmius manet in gloria : a qua
non ſitu loci: ſed humilitate deſcēdit. Nā
ſequitur.

¶ Et oſtēdit mihi ciuitatem ſan/
ctam ieruſalem deſcendentē de T.12
cœlo: adeo habentem claritatē
dei: lumē eius ſimile lapidi præ/
tioſo tanquā lapidis iaſpidis ſi/
cut criſtallum.

¶ Quia non eleuatur in ſuperbiam ſicut
ille qui ait. In celum aſcendam ſuper aſtra
celi: exaltabo ſolium meū: ſed econtrario Eſa.
a celo (hoc eſt) a gloria ſibi data per humili
tatem deſcendit: digna efficitur que habe/
at claritatem dei: ſicut ⁊ luna claritatem ſo
lis: vt fulgeat: ⁊ ipſa ſicut ſol in regno pa/
tris ſui. Sed quare lumen eius ſimile eſſe
dicitur lapidis iaſpidis: ⁊ ſicut criſtalli cū
diuerſi coloris ſint: iaſpidis: ⁊ criſtallum: ni
ſi ⁊ fides ⁊ contemplatio lumen eſt animo
rum: ⁊ alterum horum deſignatur in iaſpi
de: alterum in criſtallo. Prius enim acci/
pit homo lumen fidei: quod viuificat ani/
mam: deinde lumen ſcientie: que magnifi/
cat viuificatam. Quos enim inquit apoſto
lus: preſciuit: hos ⁊ vocauit: ⁊ quos voca/
uit hos ⁊ iuſtificauit: quos autem iuſtifica
uit: illos ⁊ magnificauit. Juſtificauit vtiqꝫ
vtiqꝫ illos per fidem deſignatū in iaſpide
qui viridis eſt coloris: nimirū quia iuſtus
ex fide viuet: magnificat per ſcientiam deſi
gnatam in criſtallo: cuius ſplendor eſt ſimi
lis claritatis lune: vtiqꝫ quia ⁊ luna criſtal
lo ſimilis eſſe perhibetur. Sequitur.

¶ Et habebat murum magnū
& altum habens portas duodecī T.13
& in portis angelorum duodecī
& nomina ſcripta quæ ſunt no/
mina duodecim tribuum filiorū
iſrael. Ab oriente porte tres. Ab
aquilone porte tres. Ab auſtro

porte tres. Ab occaſu porte tres.

¶ Murus ciuitatis exercitus eſt ſancto/
rū q eleuatus ad ſuperiora: datus eſt ad pfe
ctionē: ꝛ defenſionē eccleſie. Audiui (inqt)
numerū ſignatoꝝ centuꝫ. 44. milia: ex om
ni tribu filioꝝ iſrael: ꝛ cetera que ſequunt.
Et infra. Vidi turbā magnā quā dinume/
rare nemo poterat. Ipſa turba magna cuꝫ
illis quos ſub certo numero ſignatos no
minat: murus eſt ciuitatis. De portis ciui
tatis: ꝛ de angulis dicetur poſtea. Seqtur.

T.14 ¶ Et murus ciuitatis habēs fun
damenta duodecim: & in ipſis
duodecim nomina duodecī apo
ſtolorum, & agni.

¶ Quot vnus ſit lapis de quo loquunt
ſcripture: ſupra quem iaciata ſunt funda/
menta eccleſie teſtatur ipſa veritas que di/
cit. Super hanc petram edificabo eccle/
ſiam meā: ꝛ porte inferi non preualebunt
aduerſus eam. Dixit autem hoc dominus
Petro: qui eſt vnum ꝛ primum duo/
decim fundamentorum: fundamēta (in/
quit) eius in montibus ſanctis. Montes
ſancti ſunt duodecim apoſtoli in qbus cō/
tinēt fundamenta ieruſalem. Duodeciꝫ ſa
ne fundamenta eſſe duodecim apoſtolos
nomina quoqꝫ ipſa: operaqꝫ teſtant. Sicut
enim ipſi duodecim fundati ſunt ſupra fir
mam petrā: que eſt xp̄s ieſus: ita ſupra fidē
eoꝝ fūdata eſt multitudo fideliū. Seqtur.

T.15 ¶ Et qui loquebatur mecum, ha
bebat menſuram arundinem au
ream: vt metiretur ciuitatem et
portas eius & murum.

¶ Arūdo aurea quam habet angelus in
manu ſua: eſt conſideratio rationis que
conceſſa eſt ſpiritualibus viris: ad ex/
timandam menſuram ſiue ordinem illius
ſpecioſiſſime ciuitatis ſcientibus ꝛ intelli/
gentibus: qꝛ qui creauit omnia in ſapiētia:
menſuram ꝛ numerum ſeruare voluit in
operibus ſuis: ne quid in eis in ordinatuꝫ
ne quid deforme: aut indecens appareret:
maxime autē ne ab imagine dei ꝛ ſpiritua/
lium virtutum diſſimilia eſſe viderentur.
Que bene quoqꝫ arundo aurea eſſe phibe/
tur: quia pura eſt quaſi aurum conſidera/
tio ſanctorum ꝛ nihil habēs in ſe falſitatis
admixtum. Sequitur.

¶ Et ciuitas in quadro poſita eſt T.1
longitudo eius tanta eſt: quanta
& latitudo. Et menſus eſt ciuita/
tem de arundine aurea; per ſta
dia duodecim milia. Longitu/
do et latitudo et altitudo eius
æqualia.

¶ Menſus eſt ciuitatē de arundine aurea:
quia qui norunt contemplari ſpiritualia:
conſideratione veriſſima rationis: compre
hendunt ſtatum ꝛ ordinem ciuium ſuper/
norum. Unde ꝛ bene ſubiunctuꝫ eſt. Per
ſtadia duodecim milia: quia duodeciꝫ ſunt
turme ſanctorum martiruꝫ qui electi ſunt
ꝛ ſignati ex omni tribu filiorum iſrael. i. ſi/
mul omnes centumquadragintaquatuor
milia: quod tamen in ſpiritu: vt iam dixi/
mus: intelligendum eſt: preter turbā illam
magnam quaꝫ dinumerare nemo poterat:
qui omnes pro perfectione fidei ſue: ad mu
ros pertinent ciuitatis. Qui vꝫ ſacer nu/
merus: ſi diſcreta conſideratione penſatur:
non ſolum longitudinem ciuitatis: latitu/
dinem ꝛ altitudinem equalia eſſe demon/
ſtrat: verum etiam quare hoc: manifeſte p
penditur. Si enim multitudinem ipſaꝫ ce
leſtium legionum diuidimus in quatuor
partes: ꝛ eaſdem legiones ſeriatim ſignan/
tes informam vertimus ciuitatis: qꝫ ſint
equalia longitudo: ꝛ latitudo: ꝛ altitudo ex
ratione quadam ſenarij numeri: qui ma/
gnam ſignificat perfectionem: indagare
valemus: quandoquidem iſdeꝫ numerus
tribus illis preſcriptis modis: clarus ꝛ in/
teger reperitur.



In prima parte trigintaſex millia.




In tertia parte. 36. millia.

Diuiſus ſiqdem preſcriptus numerus in
quatuor partes: triginta ſex in ſingulis. i.
ſexies ſex: p̄re reperitur. Si autem ſenarius
numerus pfectus eſt in ſeipſo: cum ſimpli
citer ponit ꝛ abſoluit: qꝫto magis: cū vſqꝫ
ſexies multiplicatus inuenit? Q vero ois
numerus multiplicatus in ſeipſo vſqꝫ ad
ſe: ſi hoc mō vſqꝫ quater multiplicatus fue
rit: ꝛ in domum quadrate domus diſpoſi
tus: ita in lōgitudine ꝛ latitudine: qꝫ etiā
in altitudine ſui recipit equalitatem: recte
vt hanc quoqꝫ perfectionem haberet ciui
tas illa que in quadro poſita eſſe narratur
maxime vt per hoc apte detur intelligi qꝛ
regnum illud ſumme pacis: ſit ſumme cō/
cordie: vtpote in quo nihil diſſimile aut di
uerſum: ſꝫ ſūma eqꝫtas reperit. Qḋ aūt ſta/
dia duodeciꝫ millia: hoium duodecim pre
ſcriptas turmas pfectoꝝ deſignent: etiā ſe
quēs numerus manifeſtat: cuꝫ dicitur.

T.17 ¶Et menſus eſt muros eius cen/tumquadraginta quatuor milia: cubitorum menſura hominis q̄ eſt angeli.

¶Si.n.12.milia ſtadia totidē magnas legiones deſignāt:qd ꝑ cubitos.144.milia niſi.144.milia ſignatoꝝ:ex quoꝝ moderata multitudine eedē.12.turme ſuis ꝓprietatibus diſtinguunt. Dicturus ſiquidē ioānes. Ex tribu iuda.12.milia ſignati ⁊ ſic de reliquis p̄miſit dicens. Audiui numeꝝ ſignatoꝝ.144.milia ſignati:ex omni tribu filioꝝ iſrael. Quaſi ergo ꝑ ſingulis milenarijs:ſinguli cubiti accipiēdi ſunt: vt id eſſe videat̄ numerus ꝑfectus in ſanctoꝝ collegijs:qđ circa muroꝝ ſpatia cubitus in menſura: Qđ aūt ſubdit̄ in eodē loco. Menſura hois que eſt angeli:ad illud ꝑtinere videt̄ qđ tenet opinio ſanctoꝝ. Eſſe vꝫ menſura vna āgeloꝝ ⁊ electoꝝ hominū:iuxta illud qđ ſcriptū eſt. Cōſtituit terminos gentiū:ſꝫ numerū angeloꝝ dei:vel certe menſura ipſa cubiti:hominis ⁊ angeli eſſe perhibet̄:q: ſm rationē ſpiritualiū reꝝ:ordinata ſunt humana miſteria:iuxta illud quod ait dominus Moyſi ſeruo ſuo. Uide:vt omnia facias:ſꝫ exemplar quod oſtenſum eſt tibi in monte. Sequitur.

T.18 ¶Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide:ip̄a vero auro mūdo:ſimile uitro mundo.

¶Duas eſſe perfectas:vitas eccleſie:⁊ doctrina ſctōꝝ nouimus ⁊ exemplo. Alijs enī data eſt fortitudo fidei: vt agerent viriliter vſq; ad mortē:alijs data eſt ꝑſpicacitas cōtēplationis:vt ſpeculādo que dei ſūt clariores efficiant̄ auro qđ ꝑ ignē probat̄: Quia vero color iaſpidis:qui etiam herbarū viriditatis habet ſpeciē:⁊ aptus noſcit̄ ad ſculpturā fidei viriditatē:atq; ꝑſeuerātiam deſignat recte ſtructura muri ieruſalē ex lapide iaſpide eſſe perhibet̄: nimirū q: ſancti martires:fide vicerunt regna:operati ſunt iuſtitiā:adepti ſunt repromiſſionem. Unde ⁊ per prophetam dicitur. Et dabo iaſpidē ꝓpugnacula tua. Et qm̄ auri mūdi ſpecies ſimilis vitri mundi: mūditiam cordis ſanctoꝝ:qui in pace eccleſie pugnauerūt cōtra vitia carnis:⁊ ſpiritus eoꝝ ſereniſſimā ꝑſpicacitatē deſignat:recte ip̄a ciuitas:ſimilis auro mūdo:⁊ vitro mūdo:eſſe perhibet̄:profecto q: de ipſis p̄cipue ſcriptum eſt. Beati mundo corde quoniā ipſi deū videbūt. Et hec quidē dicta ſunt ī genere:de vniuerſa illa celeſti ciuitate:⁊ militia ſanctoꝝ:que innumerabilis eſt ſicut ſtelle celi:que pre multitudine numerari non poſſunt. De his vero que ſpiritualia ſunt ſpecialiter ſubſequentur adiungitur.

T.19 ¶Fūdamēta muri ciuitatis omni lapide prætioſo ornata.

¶Que.n.virtus non eſt inuēta in quolibet ſanctoꝝ apoſtoloꝝ:qui adhuc viuētes in carne primitias ſpiritus acceperūt. Uerūtamen:⁊ ſi vnus quiſq; eorum omniū muneribus particeps fuit nihilominus tū ſingula eoꝝ ſingula p̄rogatiua alicuius gratie:data eſt:vt aliqua differentia muneris ineſſe ſingulo videret̄. Tū ⁊ mox ſubdit̄.

T.20 ¶Fundamētū primū: iaſpis ſecundus ſahpyrus: tertius calcedonius:quartus ſmaragdus: quintus ſardonis:ſextus ſardius:ſeptimus chriſolitus:octauꝰ berillus: nonus topatius:decimꝰ chriſopaxus:undecimus iacinctus: duodecimus americtus.

¶Hoꝝ.12.lapidū colores:ꝓprias deſignāt virtutes que ſingulis apoſtolis data eſſe nō eſt dubiū:ſm q: vnuſqſq; propriū donū habet ex deo:alius quidē ſic:alius vero ſic:qđ ideo tū ſigillatim eiſdē apoſtolis nō p̄ſumimus aptare:q: nō idem ordo in deſcriptione ipſoꝝ apud omnes euangeliſtas vniformiter tenet̄:ſꝫ aliqui preſcribuntur apud [illegible] ſubſcribuntur apud alios:haud dubium:vt illorum merita eq̄lia eſſe credātur. Primum tamen fundamentum rectiſſime iaſpis qui ſignificat veram fidem eſſe commemoratur: quia Petrus apoſtolorum primus de fidei fortitudine commmendatur ſecundum fundamentum ſaphyrus: iſte lapis ſimilis ē ſereno celo:qui etiam percuſſus radijs ſolis: ardentem (vt aiunt:) emittit fulgorem. Huius lapidis color ſignificat ſpem qua rapimur ad celeſtia: cum videlicet prouocati verbis Chriſti(qui eſt verus ſol)incipimus inflammari radijs charitatis illius. Sic Andreas qui amore celeſtis patrie reliquit ſeculum ⁊ ſecutus eſt Joannem Baptiſtam: mox vt manſit cum Chriſto duobus diebus tactus radijs amoris eius adheſit illi ⁊ factus eſt diſcipulus eius. Tertium fundamentum Calcedonius. Iſte lapis ſimilis eſt pallentis ignis quaſi lucerne: ⁊ fulget magis ſub diuo q̄ꝫ in domo. Huius lapidis ſpecies ſignificat ardorem humilem charitatis: qui aliquando quidem intus manet occultus:ſed tandem per opera producitur in lucem: ⁊ qualis prius eſſe potuerunt:cum tempus exigit reuelatur. Poſſumus autem hanc virtutem aſcribere Jacobo fratri Joannis; qui vt oſtenderet quanta charitas lateret in pectore eius: primus īter omnes apoſtolos ſuſtinuit paſſionem. Unde ⁊ ijſdem lapis ſculpere ſe volentibus reſiſtit: quia non ſicut nonnulli qui campum certaminis poſtulaſſe viſi ſunt: vt quaſdam formulas perfectionis relinquerent ſuis poſteris ꝑ ſculpturam ſicut Petrus ⁊ Paulus ſed magis voluit cito diſſolui ⁊ eſſe cum Chriſto. Quartum fundamentum Smaragdus. Iſte lapis ſumme viriditatis eſt habens colorem puriſſimi olei. Huius lapis color: ſignificat illam perfectam fidem que per charitatem operatur diffuſa vtiq; in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum: qui datus eſt nobis. Hanc virtutem poſſumus aſcribere beato Joanni cuius eſt [illegible] abundantius repletus eſt oleo illo ſpirituali: quo vnctus eſt dei filius pre conſortibus ſuis. Unde ⁊ in olei dolio legitur miſſus vt quaſi quidam ſmaragdus oleo proficere videretur. Quintum fundamentum: ſardonis. Iſte lapis inferius dicitur eſſe niger: in medio cādidus:ſuperius rubeus. Huius lapidis ſpecies ſignificat ꝑfectū illū virtutū quē notat in quibuſdā pſalmiſta:cū dicit. Ibūt de virtute in virtutē. Nempe:q: ⁊ ſi niger color prenotat ignorātiā:ipſa tū ignorātia vertitur in virtutē humilitatis: q̄ magna eſt ⁊ vtilis ſup oēs virtutes. Huiuſcemodi aūt coloꝝ varietas aſcribi poterit Phylippo q ignorans a principio magnam bonitatē dei predicauit chriſtū eſſe filiū ioſeph a nazareth ciuitate:q inde ꝑductus ē ad cādorē veritatis:qñ ait Petrus. Tu es chriſtus filius dei viui:⁊ ad vltimū ꝑductus eſt ad coronā martyrij. Sextū fundamētū ſardius. Iſte lapis colorē habet ſanguinis tātū:⁊ ſignificat oīmodā ꝑfectionē martyrij. Sexto.n.die paſſus ē dñs ⁊ eripuit genus humanū a morte:redimens illud ſanguine ſuo. Que vꝫ ꝑfectio martyrij aſcribi poteſt Bartholomeo q decoriatus ab infidelibus:durā ſuſtinuit paſſionē. Septimū fundamētū criſolitus. Iſte lapis fulget quaſi aurū:⁊ ſcintillas emittit ardētes. Significat autē ſapientiā dei:de qua ꝓcedūt verba flāmātia ad accēdenda corda audientiū ad amorē dei. Hec autē virtus aſcribenda ē Matheo primo inter quatuor euāgeliſtas q ſcribēs euangelicā veritatē:ſm litterā verbis ſpiritualibus ⁊ ignitis que ꝓcedūt ex ipſa eādē virtutē inflāmatā reliquit. Octauū fundamentū berillus. Iſte lapis ſi poſitus fuerit in ſexangulā formā:lucet q̄ſi ſole ꝑcuſſa: Qui etiā tante caliditatis eſſe dicitur: vt calefaciat manū tenentis eū. Natura huius lapidis ſignificat operis ꝑfectionē:de qua dñs ait. Sic luceat lux veſtra corā hominibus vt videant opera veſtra bona:⁊ glorificent patrē veſtrum qui

in celis eſt. Nihil eſt aũt: qđ ita calefaciat frigida corda hominũ infirmorũ: quomodo exemplũ boni operis: quo ſolũ bonum proponẽt: quẽdũ q animales ſunt itellectu. Hanc virtutẽ aſcribere poſſumus Thome: q miſſus predicare in india: exemplo boni operis: animales homines illius puincie ex parte maxima cõuertit ad fidez. Nonuz fundamentum Topacius: qui valde eſſe dicitur precioſius. Iſte lapis ſimilis eſt auro puriſſimo atq; sereniſſimo celo ſplendens quam nimis ſupra ceteros lapides: maxime cum tangitur ſolis ſplendore. Huius lapidis ſpecies ſignificat vitam cõtemplatiuam: que clara ſatis eſt in ſe ipſa: ſed clarior efficitur viſione dei. Hanc virtutem poſſumus aſcribere Jacobo fratri domini: qui clarus quidem habitus eſt inter magnos apoſtolos: poſt obitum Jacobi fratris Joannis: precipuus in conſilijs: ſed tam longe clarior ex eo ꝙ ſpecialiter eſſet: vocari meruit frater domini. Decimum fundamentum Chriſopaxus. Iſte lapis purpurei eſt coloris guttatus guttulis aureis. Huius lapidis ſpecies deſignat nobilitatem iuſtitie fulgentem ſentẽtijs ſapientie. Hec virtus aſcribi poteſt Jude fratri ſupraſcripti Jacobi: qui inter cetera doctrine ſue verba etiam epiſtolam ſcripſit connumeratam inter eas: que vocantur canonice. Undecimũ fundamentum Jacinctus. Huius lapidis color mutatur cum aere. Significat autem illam gratiam charitatis: quam deſcribit apoſtolus cum dicit. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Hanc fortaſſis aſcribere poſſemus: Symoni: qui cognominatur zelotes: qui quidem preſcribitur Jude, ſecundum Lucam: ſed ſubſcribitur ſecundum Mattheum: ſi aliquid de eo quod eſſet proprium inuenire/mus ſcriptum. Sed quia alie proprietates alijs aſſignate ſunt: poſſumus fortaſſis ⁊ iſtam huic ſancto apoſtolo aſſignare. Duodecimum fundamentum ametiſtus. Iſte lapis purpureus eſt habens ſimilitudinez viole ⁊ roſe [illegible] quaſdam flammulas fundere a ſe ipſo. Significat ⁊ ipſe nobilitatem vere ⁊ perfecte iuſtitie: que conſumatur ſanguinis effuſione ob fraternam ſalutem: dicente de hoc ipſo Joanne. Si deus pro nobis animam ſuam poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus noſtris: animas noſtras ponere. Hec virtus aſcribi poteſt Mathie qui pro merito virtutis ⁊ gratie: annumeratus eſt cum vndecim: ⁊ factus eſt ſocius apoſtolorum. Hec quomodocunque dicta ſunt a nobis ne videremur duodecim apoſtolorum nomina (: que ſcripta ſunt in fundamentis:) ſilentio preterire: dantes occaſionez ocioſis vt ſciant per minima contemplari maiora. Quia vero de gloria fundamentorum tam felicia: quam glorioſa dicta ſunt a Joanne: ſupereſt vt loqueretur de portis in quibus ſunt ſcripta nomina duodecim tribuum filiorum iſrael. De quibus videlicet portis recte quereretur: quare prius q̃z fundamenta: ⁊ poſterius ſcripta ſunt: niſi ſciremus manifeſte ꝙ ipſe duodecim tribus que prime fuerunt in fide: nouiſſime facte ſint electione: dicente domino. Erunt primi nouiſſimi: ⁊ nouiſſimi primi. Sequitur ergo ſermo diuinus ⁊ dicit.

¶ Et duodecim porte duodecim margaritæ ſunt per ſingulas & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis. T.11

¶ Quod dixerat ſuperius: habebat ciuitas murum magnum ⁊ altum: ⁊ in portis angulos duodecim hoc repetit iterum in loco iſto dicens. Duodecim porte: duodecim margarite ſunt per ſingulas: ⁊ ſingule porte erant ex ſingulis margaritis: excepto ꝙ ibi non eſt locutus aliquid de margaritis: hic vero eſſe portas ⁊ angulos ex margaritis expreſſit. Ut autem conſtructionis huius vrbis ordinem inquiramus ſcimus ꝙ qui nouam vrbem edificare proponit: primo inuenit locum in quo edificetur: deinde fodiens in altum per circuituz preparat valla in quibus iaciantur fundamenta: deinde iactatis fundamentis: edificantur muri nouiſſime locatis in vrbe portis: edificantur domus. Primo ergo inuenitur locus: ⁊ fodiuntur ſulci. Secũdo ponuntur fundamenta ⁊ edificantur muri. Tertio ſtatuuntur porte ⁊ edificantur domus. Horum primum pertinet ad primuz ſtatum: ſecundum ad ſecundum: tertium ad tertium. Primo ⁊ eniz tempore eletus eſt populus iſrael: vt fieret i eo preparatio huius nobiliſſime ciuitatis. Secundo i aduentu domini: electi ſunt duodeciz apoſtoli: vt eſſent in fundamẽtis ciuitatis: ⁊ poſt ipſos filij eoruz ⁊ nepotes in fide de populo qui vocatur gentilis: facti ⁊ ipſi in ſpiritu filij patriarcharuz: ſicut ⁊ per apoſtolũ dicitur. Si autem vos chriſti: ergo Abrae ſemen eſtis. Electi ſunt inq̃z ⁊ ipſi: vt tranſirent in muros ieruſalem: pro qua ⁊ paſſi ſunt ludubria ⁊ verbera in corporibus ſuis: adeo vt non diligerint animas ſuas vſq; ad mortem. Cum autez aduenerit tẽpus illud de quo dicit apoſtolus. Cecitas ex parte contingit in iſrael: donec plenitudo gentium intrauerit: ⁊ tunc omnis iſrael ſaluus fiet: neceſſe erit vt ſtatuant etiaz porte in muris: per quas vniuerſus populus fidelis intret in ciuitatem reddens in ea domino vota ſua: ⁊ offerens in ea ſacrificium laudum. Utrum autem de populo iudaico eligendi ſint viri qui deſignantur in portis: an potius de gentili: an cõmuniter ex vtroq; incertum eſt. Undecunq; tamen eligentur albedine margaritarum cãdeſcent: quia caſtitas illius temporis magna erit: ⁊ veluti lilia roſarum flores: purpureas coronas martyrum in candore ſequentur. Sane duodecim margarite per portas ſingulas que ſimul ſunt centũ quadragintaquatuor adiutores erunt virorũ illorum in predicatione euangelij de qua dicit dominus. Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerſum orbem in teſtimonium omnibus gentibus. Sed queritur quare cẽtumquadragintaquatuor. i. ſeptuaginta duos: ⁊ ſeptuagintaduos: cum moyſes non niſi ſeptuagintaduos ſeniores ⁊ dominus noſter ieſus Chriſtus ſeptuaginta duos diſcipulos deſignaſſe narratur. Si. n. in primo ſtatu poſt duodecim patriarchas filios Iſrael: in quorum vice duodecim principes de ſingulis tribubus conſtituti ſunt in deſerto: ſeptuagintaduo ſeniores electi ſunt pariter a moyſe: ⁊ nihilhominus poſt electionem duodecim apoſtolorum: ſeptuagintaduo diſcipuli electi ſunt a Chriſto: oportunius videretur vt in hoc tertio ſtatu parimodo ſeptuagitaduo viri potius q̃z centumquadragintaquatuor. i. ſeptuagitaduo: ⁊ ſeptuagintaduo vocarentur pariter a ſpirituſancto: quatenus i ſingulis ſtatibus ſumma equalitas ineſſe videretur: Sz notandum ꝙ reſtitutus Job priſtine ſanitati ſeptem quidem filios ꝓ amiſſis obtinuit. i. ſimplices ꝓ ſimplicibus: cetera oĩa duplicata recepit. Sic ⁊ in primo ſtatu ſeculi quaſi ſimplicia recepit dñs de populo iſrael: ſimplicia nihilhominus in ſecũdo de populo q dicebat gẽtilis. in. 3. vero q̃ſi duplicata: q2 de vtroq; populo colligentur electi. Et bñ in duodenis pſonis ſimplex i tribus ſtatibus ſimilitudo tenet: i reliquo vero multiplicitas in eo ſtatu qui proprietate vt ſepe dixi: myſterij ptinet ad ſpiritũ ſanctũ: q2 ſic idẽ ſpiritus ſimplex eſt in ſubſtãtia: vt tñ multiplex ſit: opulẽſq; in donis. Inde ẽ ꝙ orat eliſeus vt fieret i eo duplex ſpiritus helye. Inde ait apoſtolus de xp̃o. Aſcẽdens in altũ captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus. Igit margarite duodene que viſe ſunt i portis ciuitatis predicatores erũt euangelice veritatis tpe quo iſrael cõuertet ad dñz: qñ ⁊ helias vẽturus eſt: vt ↄuertat cords patrũ ad filios. Adherebũt autem duodecim portis ſicut 72. diſcipuli. 12. apoſtolis xp̃i ieſu. De quibus vz portis iam ſuperius dictum eſt: ꝙ tres earum manent ab oriente: tres ab aquilone: tres ab occidente: ⁊ tres a meridie.

Quare hoc? Ut in ſingulis partibus ciuitatis myſterium rutilet trinitatis. Non ſolum autem: ſed in ipſo corpore ciuitatis additis ſuburbanis ⁊ vicis. Cur autem in quinqꝫ partibus potius quam in ſex aut in ſeptē: i ope pſalterij decē cordarum plenius aſſignauimus rationem. Quod autem alie porte: ab oriente: alie ab occidente: alie ab auſtro: vel meridie eſſe ſcribuntur: ad differentiam gratiarum referendum eſt: quia alij per ſpiritum datur ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie: alij fides: ⁊ his ſimilia. Alie etenim porte ſunt ab oriente: quia aliquibus Sanctorum data eſt prerogatiua fidei: in qua eſt ortus veri luminis: ⁊ oſtenſio lucis. Alie ſunt ab Aquilone: quia aliquibus conceſſa eſt virtus patientie: qua poſſint reſiſtere nequiſſimo ſpiritui aquilonis: adeo vt pulſati diutius non flectantur: ſed pugnent aduerſus eum: perſeuerantes in patientia vſqꝫ in finem. Alie ſunt ab occidente: qꝛ nõnulli reſpiciētes caſum mundi: ⁊ occaſum luminis huius: ſpernunt preſentem mundum ⁊ gloriam ipſius. Alie ſunt a meridie: quia pleriqꝫ tacti plenius calore veri Solis: exultant in gaudio Domini Dei ſui. Quod ergo terne ⁊ terne ſunt porte: ad ſacrum myſterium Trinitatis referendum eſt. Quod vero a quatuor partibus: cauſa myſterij dicta eſt. Deniqꝫ ⁊ ipſa ciuitas cum ſuburbanis ⁊ vicis ſuis: nihil habet minus ab eodem myſterio. Sequitur.

T.22 ¶ Et plateæ Ciuitatis ſimiles auro mundo: tanquam uitrum ꝑlucidum.

¶ Hoc iam ſuperius dixerat de ciuitate: ad quam pertinent proprie ipſe platee: ad differentiam murorum qui leuantur in altum. Ad muros etenim qui ſunt in circuitu: pertinet perfectio actionis. Ad plateas que intus ſunt integritas contemplationis. Unde ⁊ in canticis ſcriptum eſt. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios ⁊ ad bella doctiſſimi: propter timores nocturnos. Lectulus ſane Salomonis: ipſa ciuitas eſt: fortes qui ambiunt: ipſi muri qui dati ſunt exterius ad defenſionem ciuitatis. Et bene platee ipſe ciuitatis: auro mundo: ſimili vitro perlucido: ſimiles eſſe perhibentur: quia corda contemplantium deum: munda ſunt ⁊ perſpicua: dicente domino. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Sequitur. Cant.

¶ Et templum non uidi in ea. T.23
Dominus enim Deus omnipotens: templum eius eſt & agnus.

¶ Idcirco (inquit) non vidi templum in illa Hieruſalem: quia pater ⁊ filius ſunt templum illius. In templo etenim manufacto: quod hedificauit Salomon erant Pontifices ⁊ Sacerdotes conſtituti vt docerent populum legem Domini: ⁊ offerrent pro eo Sacrificium: ⁊ pro delicto: ⁊ pro peccato. Similiter: ⁊ ſi multo dignius: venerandum illud Capitulum: quod fundatum eſt Rome: pro Templo: conſtitutum eſt in Eccleſia: vt ab eo accipiant fideles decreta ⁊ legittima vite Chriſtiane: in quo: ⁊ qui preſidet ſummus Pontifex: vicem Chriſti gerit in terris: donec veniat ipſe qui eſt Summus Pontifex: requirere oues ſuas: ⁊ viſitare illas: ſicut viſitat Paſtor Gregem ſuum: in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum. In ciuitate autem illa que ſurſum eſt: neqꝫ Templum manufactum neceſſarium eſt: neqꝫ conuentum Sacerdotum ad docendum iterum populum viam Dei: quia Dominus omnipotens cum filio ſuo: omnia eſt in omnibus: docens electos ſuos omnem veritatem: non iam per elementa muta: ſicut in hac vita preſenti: ſed per ſpiritum ſuum quem dedit nobis: ⁊ daturus eſt abundantius in die illo. Unde ⁊ mox ſubditur.

24 ¶ Et ciuitas non æget ſole: neque luna: ut luceant in eas: quia
claritas dei illuminabit eam: &
lucerna eius eſt agnus.

¶ Id eſt: neqꝫ viro ſpirituali egebit qui doceat ibi electos ſpiritualem intellectum: neqꝫ animali qui doceat eos ſuperficiem littere: quia claritas diuine ſapientie docebit eos omnem veritatem ſuipſius: qui eſt id quod eſt: ⁊ homo Chriſtus Jeſus erit ei pro lucerna: vt in ipſo ſciant ⁊ admirentur magna opera Domini: ⁊ exquiſita in omnes voluntates eius. Quecunqꝫ etenim archana: quecunqꝫ occulta iudicia admirantur homines in hac vita preſenti: nuda erunt omnibus in die illo: ⁊ abſque enigmate manifeſta. Quia vero qđ futurum erit in ea poſt diem nouiſſimum: etiam ante diem ipſum: ⁊ maxime in tempore illo: quo ſtatuentur in exporte: incipiet conſumari. Sequitur conſequenter: ⁊ dicit.

25 ¶ Et ambulabunt gentes per lumen eius: & reges terræ afferēt
gloriam ſuam & honorem in
illam.

¶ Erit autem precipue illud cum Dominus Jeſus ponet omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: ⁊ cum Regnum quod eſt ſubter omne celum: dabitur populo Sanctorum altiſſimi. Unde ⁊ mox ſubditur.

26 ¶ Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit
in ea: & afferēt gloriam & hono
rem gentium in illam.

¶ Tempori Regni Babylonici: quod ⁊ recte vocari poteſt: tempus tenebrarum in ſex etatibus mundi: imponetur finis: vt Regno eius (vti ſupra dixi) deſtructo: perficiatur in ſeptima: quicquid minus erit in ſtructura Hieruſalem: ⁊ vocatione vniuerſi populi: qui futurus eſt in ea: quatenus in futuro ſeculo: quod erit velut octauum: vniuerſa que pertinent ad eam: appareant conſumata. Quod ergo dicit. Porte eius non claudentur per diem: nox enim non erit in ea: ⁊ afferent gloriam ⁊ honorem gentium in illam: ad ſeptimam (vt iam dixi) etatem: referendum eſt. Erunt enim tempore illo aperte ianue: quia publice patebunt omnibus viſcera pietatis: vt intret qui voluerit: ⁊ efficiatur ciuis Hieruſalem. Et hocipſum: non in caligine ignorantie: ſicut vſqꝫ ad preſens: ſed in plenitudine intellectus. Unde ⁊ in Daniele ſcriptum eſt. Dan. Qui docti fuerint: erunt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſtitiam erudiunt multos: quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Nec obprobrium: aut erubeſcentia erit illo tempore eccleſie Sanctorum: ſicut aliquando: ſed decus: ſublimitas: ⁊ maieſtas: quia gentes conuerſe ad Regem Chriſtum: conferent gloriam: ⁊ honorem ſuum in illam clariſſimam Ciuitatem: vt poſſint ⁊ ipſe eſſe participes glorie ipſius: proſternentis ſe humiliter veſtigijs Sanctorum: ⁊ optantes vt memores ſint eorum in orationibus ſuis. Sequitur.

¶ Nec intrabit in eam aliquid T.27
coinquinatum & faciens abhominationem & mendacium ni-

ſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

¶ Subauditur: ſicut cum adhuc regnaret Babylon in aquis ſuis: ⁊ ipſa Hieruſalem: peregrinans apud eam ſm̄ aliquam ſui partem: teneretur captiua: ⁊ adhuc eſſent zizania commixta tritico in agro mundi: niſi qui ſcripti ſunt in libro vite agni: id eſt illi ſoli imitaturi ſunt: qui ſcripti ſunt in libro vite ⁊ agni. Sequitur.

Cap. 22 Tex. 1 ¶ Et oſtendit mihi flumē aquæ viuæ ſplendidum tanquam criſtallum procedens de ſede dei & agni in medio plateæ eius.

¶ Quæris quod ſit flumen iſtud: Qui
Joan. ſitit (inquit dominus) veniat ⁊ bibat: ⁊ flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc (ait) dicebat: de Spiritu quem quem accepturi erant credentes in eum. Notandum vero: q̄ non ſemper nomine ſpiritus: intelligenda eſt illa perſona Trinitatis: que vocatur Spiritus Sanctus: ſed aliquando accipiendum eſt pro ipſa perſona: aliquando pro aliquo donorum eius: iuxta illud Heliſei. Oro vt fiat ſpiritus tuus duplex in me. Sic ⁊ in hoc loco: flumen quod procedit de ſede: quemadmodum ⁊ flumina manantia de ventre credentis: ad dona Spiritus Sancti: que data ſunt eccleſie: vt ſint eius: referendum eſt: quamuis ⁊ ipſe ſpiritus qui Deus eſt: ⁊ vna in Trinitate perſona: datus nobis eſſe dicatur: dicente Apoſtolo. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. Procedit autem de ſede Dei flumen aque viue: quia extra catholicorum eccleſiam: non datur alicui donum Spiritus Sancti: ⁊ quia dum ſancti viri proferunt verba flammantia corda fidelium qui audiunt illa ad amorem Dei ⁊ proximi per donum Sancti Spiritus inflammantur. Unde ſcriptum eſt in actibus Apoſtolum. Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Et bene ipſum flumen aque viue eſſe perhibetur: quia Spiritus (inquit Dominus) eſt qui viuificat: caro autem non prodeſt quicquam. Et Apoſtolus. Factus eſt primus Adam in animam viuentem: ſecundus Adam in ſpiritum viuificantem. Unde ⁊ idem flumen ſplendidum eſſe dicitur: quaſi cryſtallum: quia vbi Spiritus domini: ibi ſplendor: vbi ipſe non eſt: ibi cecitas animi: ⁊ obcecatio mentis. In medio vero platee eius dicitur eſſe ipſum flumen: quia licet omnes Sanctos potet Dominus torrente voluptatis ſue: abundantius tamen illos qui ſedent ad pedes Domini ⁊ quieſcunt: pro quibus ⁊ dicitur. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Hoc autem flumen aque viue: ſicut ⁊ alia multa bona Angelus oſtendit Joanni: quia perfectis ⁊ capacibus Diſcipulis oſtendunt viri ſpirituales: ſpiritualia verba: non imperfectis ⁊ animalibus: ⁊ qui neſciunt: niſi carnem: quia animalis (inquit homo) non percipit ea que ſunt ſpiritus dei: ſtultitia enim eſt illi: ⁊ non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: ⁊ ipſe a nemine iudicatur. Sequitur.

¶ Et ex utraq; parte fluminis Tex. 2
lignum uitæ, afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum: & folia ligni ad ſanitatem gentium.

¶ Lignum vite: Chriſtus eſt: ſimplex quidem in ſe: multiplex in palmitibus: ſeu etiam in propaginibus ſuis. Manet autem ex vtraq; parte fluminis: velut ad dexteram ⁊ ſiniſtram: quia hi qui ſm̄ plus ⁊ minus: per vitam actiuam placent Deo: manent velut ad ſiniſtram: qui autem per contemplatiuam: ad dexteram: ⁊ tamen in vtriſq; viuit ⁊ manet nouus homo: quo ⁊ induti ſunt: in vtriſque vita Chriſtus habitat ⁊ regnat in eis. Quod bene quoq; duodecim fructus profert per ſingulos menſes: quia duodecim fuere (vti iam dixi in hoc opere) principales eccleſie deſignantes futuras fidelium generationes: ⁊ per ſingulas protulit Chriſtus fructum ſpiritus: operumq; bonorum: ſm̄ q̄ vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic: alius vero ſic. Sed ⁊ folia ipſius ligni ad ſalutem gentium: quia per verba Chriſti que procedunt ex ore fidelium ſalui facti ſunt: hi qui conuerſi crediderunt ex gentibus: dicente Apoſtolo. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Sequitur.

Tex. 3 ¶ Et omne maledictum nō erit amplius.

¶ Subauditur ſicut aliquā cum adhuc Iſmael ⁊ Yſaac manerent in vna domo: ⁊ nec dum eſſent comburende palee a tritico Domini ſeparate. In eo autem quod ſequitur

Tex. 4 ¶ Et ſedes Dei & Agni in illa erunt: & ſerui eius ſeruient illi: & uidebunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum: & nox ultra non erit: & non ægebunt lumine lucernæ: neq; lumine ſolis: quoniam dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt cum eo in ſæcula ſæculorum.

¶ Quis eſt qui querat expoſitionem: vbi ita ſpiritus palam loquitur: vt prouerbium nullum dicat? Seruitus tamen in illa ciuitate non erit niſi filialis: id eſt: non adhuc operantium: ſed laudantium: ſi
Pſal. cut ſcriptum eſt. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Sed ⁊ frontes in quibus erunt ſcripta nomina: potius intelligende ſunt in ſpiritu q̄ in carne. Eſt enim frons anterior pars capitis: ⁊ intelligitur in ea memoria cum qua reminiſcitur homo Dei ſui: ⁊ letatur in eo. Et quoniam nomen illud Domini iocundum quo beatificamur in eo: Chriſtus eſt: a quo Chriſtiani nomen: quod ſignificat illam letitiam: de qua dicit Pſalmiſta. Unxit te Deus: deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis: recte nomen ipſum in frontibus electorum ſcriptum eſſe perhibetur: q2 dum memores ſunt ſemper (vt iam dixi) nominis Dei ſui: exultant pre gaudio in corde ſuo: ſicut ſcriptum eſt. Memor fui Dei: ⁊ Pſal.
delectatus ſum. Sequitur poſt hoc Sanctus Joannes: ⁊ dicit.

¶ Hæc uerba uera ſunt & fide/ Tex. 5
liſſima: & dominus Deus ſpirituum prophetarum: miſit Angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri cito.

¶ Hoc iam ſuperius dictum eſt: ne quis putet friuola que dicuntur ignorans virtutem allegorie: in qua ſunt multiplices ⁊ ſpirituales intellectus. Unde ⁊ bene di. Et dn̄s deus ſpirituū ꝓphetaꝝ miſit angelum ſuum oſtēdere ſeruis ſuis: que op3 fieri cito: q2 q dedit quōdaꝫ ꝓphetis dona ſua vt preſcirēt que complenda erant in aduentu Saluatoris venientis in mundum: ipſe nūc mittet ſpirituales viros qui per ſpiritualem intellectum pateſaciāt archana myſteria: ⁊ oſtendant ſuis ſuis que oportet fieri cito. Sequitur autem poſt hoc ſermo domini dicentis.

¶ Ecce uenio uelociter. Bea// T. 6.
tus qui cuſtodit uerba Libri huius.

¶ Dicit aūt hoc dn̄s per ſeipſum: vt qui non credit diſcipulo: credat vel domino ⁊ magiſtro. Sequitur.

¶ Et ego Ioannes qui audiui &
uidi hæc.

¶ Subaudit̃:dico ꝛ teſtificoꝛ:hec per ſe
metipſum ſaluatoꝛem dixiſſe.

T.6. ¶ Et poſtquam audiſſem, &
uidiſſem : cecidi ut adorarem
ante pedes Angeli : qui mihi
hæc oſtendebat. Et dixit mi
hi. Vide ne feceris. Conſer
uus tuus ſum, & fratrum tuo
rum prophetarum : & eorum
qui ſeruant uerba libri huius :
deum adora.

¶ Hoc iam ſupius dixerat angelus : ſiue
iſte:ſiue alius:ſiue circa finem ſexte partis:
excepto ꝙ ibi dcm̃ eſt. Frm tuoꝝ haben
tium teſtimoniũ Jeſu:hic iterpoſituꝫ eſt.
Frum tuoꝝ ꝓphetaꝝ:vt ibi intelligat̃ di
ctum de martyrib⁹:hic de ꝯfeſſoꝛibus xp̄i:
quoꝝ alij teſtati ſunt p fidem:alij p doctri
nam canonicaꝫ:adhibẽtes vtriqꝫ:vtriſqꝫ:
opa pietatis:ſine qbus ꝛ fides moꝛtua eſt:
ꝛ doctrina iutilis:ſicut ſcriptuꝫ eſt. Pecca
Psal. toꝛi aũt dixit deus. Quare tu enarras iuſti
tias meas : ꝛ aſſumis teſtm̃ meum per os
Jacobi tuum? Et illð. Fides ſine opibus moꝛtua
eſt:Verũtñ Joãnes cadit ad pedes angeli
vt adoꝛet illum : ipſe aũt angelus ꝓhibet
hoc fieri:dicẽs ſe eſſe ꝯſeruum eius:potiuſ
qꝫ precipit adoꝛari deuꝫ:qui opat̃ oia in oi
bus:qꝛ ꝛ dignum eſt:vt pfecti diſcipuli ex
hibeãt reuerẽtiam ſpũalibus viris:p quos
occulta a ſeculo myſteria producent̃ ad lu
cem:ꝛ idignum:vt qui nihil hñt qð non
acceperũt pmittãt ſibi ab hoibus ſingula
rem reuerẽtiam exhiberi:ꝛ nõ potius illi
ſoli:cuius dono ꝛ gratia : ſunt id quod
ſunt. Sequitur.

Tex.7 ¶ Ne ſignaueris uerba prophe
tiæ libri huius : tempus enim
prope eſt.

¶ Qui aliqñ audiuit voceꝫ dicẽtem ſibi.
Signa que loquuta ſunt ſepteꝫ tonitrua:
mõ iteꝝ audiuit angelũ dicẽteꝫ ſibi. Ne ſi
gnaueris ṽba ꝓphetie libri huius:tp̃s eni
ꝓpe eſt. Quare hoc? Qꝛ illud attribuẽdũ
eſt qbuſdam ṽbis archanis : deſignatis in
ſudario qð fuerat ſupꝛa caput Saluatoꝛis:
iſtud de his que futura erãt in gñe huma
no in tpibus ſuis:vel certe illud referẽdũ
eſt ad tp̃s ſexti angeli tuba canẽtis:iſtð ad
principiũ ſeptimi. Vñ ꝛ in eodem loco:li
ber q erat a principio clauſus in manu cu
iuſdam angeli:apparuit aptus. Et in Da
niele ſcriptũ eſt. Clauſi ſunt ſignatiqꝫ ſmo
nes vſqꝫ ad tp̃s ſtatutuꝫ. Qꝛ ṽo ex eo tpe Dan.
quo apit̃ liber:ꝓpe eſſe incipit tp̃s:vt ve
niat ille quẽ expectãt fideles:dicẽs. Ne ſi
gnaueris ṽba ꝓphetie libri huius:tp̃s eni
ꝓpe eſt:arguẽs eos qui pſequunt̃ electos:
eo ꝙ credere nequeãt ṽbis dei:que ſcripta
ſunt in hoc libꝛo:per increpationem ſub
iungit.

¶ Qui nocet : noceat adhuc : Tex.8
& qui in ſordibus eſt : ſorde
ſcat adhuc : & ſanctus ſanctifi
cetur adhuc : & iuſtus iuſtitiam
faciat adhuc.

¶ Et quid inde?

¶ Ecce (inquit) uenio cito : & Tex.9
merces mea mecum eſt:redde
re unicuiqꝫ ſm opera ſua.

¶ Bonis qdem bona:ꝛ ſi ꝛ malis mala.
Repetit autem adhuc tertio:quod ſecun
do iam dixit.

¶ Ego ſum . A . & . ω . primus &
nouiſſimus : principium & fi
nis.

¶ Veꝝ in duobus locis ita poſitũ eſt:vt
oĩno videat̃ hec vox ptinere ad totã pari
ter trinitatẽ. hic aũt qͣſi ad eũ ſolũ ptineat
q dicit. Ecce venio cito. Sꝫ qꝛ tãta eſt vni
tas : patris : ꝛ filij : ꝛ ſpiritus ſancti:vt id



pleruñqꝫ qð dictum videt̃ de vna pſona:in
telligat̃ de tribus:vt cum dĩ de deo pr̃e:q
ſolus hꝫ imoꝛtalitateꝫ:ꝛ ſi qð ſiĩe nõ exclu
dit̃ in hoc loco:pr̃ ꝛ ſpũs ſcũs ab eo qð vi
det̃ filius dicere de ſeipſo. Ego ſuꝫ. A.ꝛ.ω.
ſꝫ ſicut in pncipio libri ſubſequẽter adiun
git̃. Qui eſt:ꝛ q erat:ꝛ q venturus eſt. Ter
tio aũt huius ṽbi repetitio facta eſt:vt itel
ligamus velut p tres ſolẽnes gradus pue
nire nos opoꝛtere ad plenã notitiam deita
tis:ſm ꝙ tribus vicibus ꝛ tribus modis
facta eſt reuelatio ſpũs ſancti:ꝛ ipleta in q
buſdam ꝓmiſſio. Primo in colũba:ſm il
lud donuꝫ qð dat̃ quottidie baptizatis in
xp̄o:ſcðo in iſufflatiõe:tertio i igne. Seqt̃.

10 ¶ Beati q lauãt ſtolas ſuas ut ſit
poteſtas eoꝝ in ligno uitæ : & p
portas duodecim intrẽt in ciuita
tẽ. Foris aũt canes:& uenefici:&
ipudici:& homicidæ:& ydolis
ſeruientes:& oĩs qui amat & fa
cit mendacium.

¶ Qꝛ qͣꝫta ſit gl̃ia illius vꝛbis:ſufficiẽter
oñſum eſt:merito illos vocat beatos q ſic
p ꝯfeſſionem ꝛ veram pñiam lauãt ſtolas
ſuas a pollutione pctõꝝ:vt p poꝛtas duo
decim mereant̃ igredi in ciuitatem. Sũt
enim ſtole qbus iduimur opa iuſtitie:que
tñ polluunt̃ ſepe ſepius velut ſanguie moꝛ
tuoꝝ:dũ inter ipſa bona opa que agimus:
multa qbus polluant̃:quottidie cõmitti
mus mala. Qui aũt lauat illa p ꝯfeſſioneꝫ
ꝛ ſtudet manere in mũditie ſcitate : icipit
hic ptãtem ſumẽdi de ligno vite:dũ nõ ad
iudiciũ ꝛ ꝯdẽnationeꝫ accipit coꝛpus xp̄i:
ſꝫ ad ꝯñdam vitaꝫ eternam. Vtrũqꝫ eteniꝫ
repit̃ ſcriptum:vꝫ:ꝙ ꝛ q mãducat:ſubau
dit̃ ſicut expedit:hꝫ vitã eternam:ꝛ q idi
gne mãducat:iudicium ſibi mãducat ꝛ bi
bit. Qui autem lauãt ſtolas ſuas:p poꝛtas
duodecim igrediunt̃ in ciuitatẽ:nõ ꝙ oẽs
intrẽt p poꝛtas duodecim:ſꝫ qꝛ alij quodã
mõ p poꝛtas oꝛiẽtis:alij p poꝛtas aqlonis:
alij p poꝛtas occidẽtis:alij p poꝛtas auſtri:
vnuſqſqꝫ ſm datã ſibi grãm ꝛ opationem
iuſtitie. Sicut enim añ aduẽtum dñi erãt
q dicerent̃ xp̄i dñi ꝛ põtifices in typo eius
q eſt ṽus põtifex ꝛ verus xp̄s. Sic ꝛ ex eo
tpe quo xp̄s venit in mũduꝫ:nõ defuerũt
viri ſci:q vere reputãdi eſſent in poꝛtas ci
uitatis oñdẽtes ꝛ ipſi fidelibus viaꝫ vite.
Et illi qdeꝫ q digni ſunt hoc mõ p poꝛtas
duodecim (hoc eſt) p doctrinam ſcõꝝ in
grediunt̃ in ciuitatẽ. Qui aũt famẽ patiũ
tur vt canes:diſpgunt̃ ad mãducãduꝫ ve
nefici quoqꝫ ꝛ ipudici:homicide : auari:ꝛ
q ydolis ſeruiũt:oẽſqꝫ q amãt ꝛ faciũt mẽ
daciũ:relinquent̃ foꝛis:qꝛ nullo mõ merẽ
tur itrare in ciuitatẽ p affectũ:nec poſt fi
nem ſeculi p effectũ:ſꝫ erit pars illoꝝ (vt
ſupꝛa iã dixit) in ſtagnũ ignis:qð eſt moꝛs
ſcða. Et ne qs adhuc dubitare pꝛeſumat
de modo reuelationis:ſeqt̃ adhuc ijs q di
cit:ecce venio cito:ſubſequẽter ꝛ dicit.

¶ Ego Ieſus miſi angelũ meum T.11
teſtificari uobis hæc ĩ eccleſiis.

¶ Miſit hõ xp̄s Jeſus angelũ ſuũ : miſit
ꝛ ſpũs ſcũs viros ſpũales q teſtificent̃ hec
in ꝯuẽtibus electoꝝ. Et ne ꝯtẽnẽdus pu
tet̃ a iudeis dñs Jeſus qui dicit iſta.

¶ Ego ſum (inquit) radix & ge T.12
nus Dauid : ſtella ſplendida et
matutina.

¶ Ac ſi diceret̃. Ne fruſtra ꝯtendãt iudei
ṽtuꝝ adhuc Meſſiam de ſemine Dauid
ſm carnem:cũ:vꝫ:de quo dicit Balaam.
Oꝛiet̃ ſtella ex Jacob:vt qͣſi cum venerit
ipſe annũciet hoibus oẽm veritatẽ:qꝛ ego
ſum ille q ꝛ loquoꝛ vobis. Et bñ ſtella ſplẽ
dida ꝛ matutina:qꝛ ſtella ſm ꝙ hõ:ſol ſm
ꝙ deus. Et ſm ꝙ ſtella matutina pꝛecedit
aduẽtum ſolis : ita reuelatio humanitatis
ipſius:pꝛeceſſit oñſioneꝫ maieſtatis:qꝛ ipſe
verus hõ ꝛ verus deus. Dicẽs auteꝫ xp̄s
Jeſus. Ego ſuꝫ radix ꝛ genus Dauid:ſtel
la ſplẽdida ꝛ matutina:adiecit ꝛ ait.

¶ Et ſpiritus & ſponſa dicũt ue T.13

ni:et qui audit dicat:ueni:et qui ſitit ueniat: qui uult:accipiat aquam uitæ gratis.

Idest:nō ego tm̄ inuito hoīes ad gaudia eterna:verūetiaꝫ ſpūs qui teſtificat:q̄ vera ſint verba iſta:ꝛ ſponſa mea:cui donaui illū vt maneat cum ea vſqꝫ in eternum. Uterqꝫ ergo dicūt. Ueni:audiēti verba libri huius:ille ſpūalibus intellectibus: iſta ꝛ verbis:qꝛ ꝛ ille ꝑ ſemetipſum ſpirat vbi vult:ꝛ iſta loquēdo vba ſpiritualia docet ꝛ ſuadet de regno dei. Uñ ꝛ qui audit auribus cordis:tenet̄ vocare ꝓximum ſuuꝫ ad gaudia ſempiterna celoꝝ:vt ſtudeat impartiri alijs:qd̄ ab alijs accepit. Qui audit (inquit) dicat:veni:ꝛ q̄ ſitit:veniat:ſubaudit̄

psal. ad bibēdum de torrēte voluptatis ipſius. Et ne cauſet̄ forte de precio:q̄ vult (iquit) accipiat aquā vite gratis. Hoc ꝛ lōge ante

Eſa. ꝑ ꝓphetam iaꝫ dixerat. Oēs ſitiētes venite ad aq̄s:ꝛ qui nō habetis argētum ꝓperate:emite:ꝛ comedite. Uenite:emite abſque argēto ꝛ abſqꝫ vlla cōmutatione vinū ꝛ lac. Hucuſqꝫ loquutus eſt dñs ieſus. Ne aūt beatus Joānes: ſciens q̄ aīales hoīes ſcādalizarent̄ de vbis huius libri nō intelligētes alta myſteria ꝛ ꝓfundas intelligētias que in eo ſūt:putarentqꝫ opus ꝓpietatis addere textui in aliq̄bus locis:in q̄buſdam vo demere ex deo aliq̄d: vt lucidior appareret.ſicut faciūt heretici in aliq̄bus capitulis ſcripturaꝝ:minatur eis qui hoc preſumerent:ꝛ dicit.

T.14 Cōteſtor ego oī audiēti uerba ꝓphetiæ libri huius:ſiquis apposuerit ad hæc:apponet dñs ſuꝑ illū plagas ſcriptas ī libro iſto. Et ſiq̄s diminuerit d' uerbis libri ꝓphetiæ huius:auferet deus partem eius de ligno uitæ:et de ciuitate ſancta:et de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto.

Nec mirꝫ ſi peccat (inq̄t ſcriptura) vir in viꝝ:orabit ꝓ eo ſacerdos:ſi aūt in deuꝫ peccat:q̄s orabit pro eo? Jure ergo dānandus eſt ex cōione ꝑpetua:ob tāte ſcelus temeritatis:q̄ aut addēdo aliq̄d:aut minuēdo ſacra dei verba:violare preſumit. Et ne q̄s ꝯtēnēdam crederet ſniam ipſius:addit ēt qd̄ grauius eſt:cum ꝓtinus adiungit.

Dicit qui teſtimoniū ꝓhibet istorum:etiam amen. T.15

Chriſtus eſt iſte qui ꝯfirmat vbuꝫ Joānis:vnigenitus dei filius:q̄ rñdit:ꝛ dicit.

Venio cito.

Quare dicit iteꝝ in hoc loco:venio cito:qui ſupius dixerat. Ecce venio cito: ꝛ merces mea mecum eſt:niſi qꝛ ibi dixit vt aīaret humiles. Hic dicit vt deterreat temerarios ꝛ ſupbos? Et qꝛ nouit Joānes neceſſariuꝫ fore vt veniat qui vēturus eſt: ꝛ eradat ipſos de ſupficie terre:rogat etiaꝫ ipſe in pſona eccleſie:vt cito faciat qd̄ promittit:dicēs eidem domino noſtro:qui dicit:venio cito.

Veni domine Ieſu. T.16

Ipſe eſt enim finis libri: ipſe fructus ſpei:ꝛ premium opis noſtri:qui venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ ſeculum per ignem. Ceſſabūt enim oīa hec poſtq̄ꝫ ipſe venerit ad iudicium:qꝛ iam non erit: q̄d queraẗ:ſed potius q̄d ameẗ:vidētibus nobis eum ſicuti eſt:ꝛ ſciētibus in eo oēm veritatem. Conſumato vero libro:ꝯuertit adhuc Joānes ſermoneꝫ ad electos:ꝛ quaſi valefaciens eis: ꝛ dimittēns illos cum benedictione.

Gratia (inquit) domini noſtri Ieſu xp̄i cum oībus uobis: amē. T.15

Sed ꝛ nos referamus ei grās:qui nos decurſis tātis pelagis:ꝑduxit ad portum: orātes:vt ſi in aliq̄bus locis aliter loquuti ſumus:q̄ꝫ ipſe voluit:preſtet indulgētiam delinquenti:qui ſcit:q̄ timor eius ꝛ amor coegit me preſumere qd̄ preſumpſi: ne qñ diceret̄ mihi ab ipſo:qui dicturus eſt ſuo malo ꝛ pigro:q̄ abſcōdit pecuniam quam accepit. Serue male ꝛ piger:ſciebas qꝛ meto vbi nō ſemino: ꝛ ꝯgrego vbi nō ſparſi: oportuit ergo te cōmittere pecuniam meā nūmularijs: vt ꝛ ego veniens recepiſſem vtiqꝫ qd̄ meum eſt:cum vſuris. Sup quo obſecro ꝛ vos o fideles:vt ſicut ego ꝓ veſtra ſalute laborem tāti oneris aſſumpſi cupiens dare vobis ſignificationem vt fugiatis a facie arcus:ita ꝛ vos mihi manū porrigatis:quatenus ſi in hocipſo:aut in alijs opuſculis meis:in aliq̄bus erraui ſicut hō qd̄ lꝫ non habeam in ꝯſcientia: tñ nec abnuo:nec excuſo:ipſe qui bonus eſt indulgeat clemētia ſua:ſciēs ipſe humilitatem meam:q̄ ſi eſt qui pie corrigat dumad viuo:paratus ſum ſuſcipe correptionem imi

psal. tās humiliter euꝫ qui dixit. Corripiet me iuſtus in miſericordia:oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Qd̄ ſi me celer vocatio dñi ſubtraxerit ex hac luce:Romana eccleſia cui datum eſt vniuerſale magiſterium:ꝛ cuius mādato ꝛ licētia ſcripſi hec:in preſentia culminis ſui iubeat preſentari:ꝛ ſic eis que digna ſunt:auctoritatem iubeat:vt ſiqua tñ indigna eſſe pſpexerit:digneẗ obſecro emendare. Si eniꝫ ille ſummus Apoſtolus: attulit ſcripta ſua ad anteceſſores ſuos apoſtolos:ne forte in vacuum curreret:aut cucurriſſet:quanto magis ego qui nihil ſum: nolo eſſe iudex meipſius ſed magis ſummus pōtifex qui iudicat oīnes:ꝛ ipē a nemine iudicatur? Ceteꝝ ſi in aliquibus locis:aliqua minus habēt:ac per hoc trahi pñt ab emulis ad illicitū itellectū:q̄rat diligēter defenſor veri in alijs locis opuſculoꝝ noſtroꝝ:ꝛ inueniet ſufficienter in alio loco lucidum: qd̄ in alio forte loco fecit breuitas tenebroſuꝫ. Si enim nō defuerunt viri iniqui qui deprauarent (teſte Petro) epiſtolas Pauli: ꝛ ſi Jannes ꝛ Mambres hoīes impij reſtiterunt Moyſi: quāto magis neceſſe eſt vt compleatur id qd̄ futuꝝ eſſe teſtaẗ apoſtolus de ſubuerſoribus veritatis:maxime cum videamus inſtare tp̄a illa piculoſa in q̄bus hec ipſa ꝛ multa alia futura eſſe preſcripſit? Ueꝝ nos in oībus his: fiduciam bonam habemus ad deum:ſcientes: qꝛ ſicut veꝝ eſt qd̄ predixit de impugnatione veritatis:ita veꝝ eſſe neceſſe eſt: id quod ſubiunxit. Sed vltra non proficient:inſipientia enim eorum nota erit omnibus ſicut ꝛ illorum fuit.

Explicit admirāda Expoſitio Uenerabilis Abbatis Joachim:in Libruꝫ Apocalipſis Beati Joannis Apoſtoli ꝛ Euāgeliſte. Uenetijs in Edibus Franciſci Bindoni: ac Maphei Paſini socij. Anno dñi. 1527. Die vero ſeptimo Februarij.

# Pſalterium decem cordarum Abba
# tis Joachim. In quo de ſumma
# trinitate eiuſqꝫ diſtinctione ꝑ
# pulchre indagatur. De nu
# mero pſalmoꝝ ⁊ coꝝ ar
# chanis ac myſticis ſen
# ſibus. De pſalmo
# dia. De modo
# ⁊ vſu pſallē
# di ſimul ⁊
# pſallē
# tiuꝫ.

¶ Forma pſalterij decem chordarum.

¶ In hac figu ra monſtrantur tres quinq̃ʒ ni pſalmoꝝ pp treſ pſonas deitatis: ⁊ tres ſtatiões ſe culi in. cl. piſci/ bus deſignati. Joan. 21.

¶ Decē chor/ das eſſe miſteria les docet ſcri / ptura ptinentes ab Abraam vſqʒ ad nouiſſimum electum omnes ſeculi generatio nes.

Pater.




Spiritus ſctūs.

¶ Idcirco pri/ muʒ cornu pſal terij non eſt acu tuʒ ſicut duo a/ lia inferiora: qa pater manēs in culmine maie/ ſtatis miſſus nō legitur: ſed tm̄ fili us ⁊ ſpiritus ſan ctus ad noſtras anguſtias miſſi ſunt.

¶ Nota q̇ hō̃ prelatus eſt oi/ bus ordinibus angeloꝝ pp ver bum patris hu manam carnem aſſumēs: vt gra dum chorde de cimum qui cor/ rui reſtauraret.

¶ Moyſes ſcri pſit legis decalo gum. Exo. 34. Paulus v̄o de/ ceʒ ſcripſit eccle ſijs verbuʒ cru cis. 1. cor. 1.

¶ Prima chor da incipit a ti/ more ⁊ aſcendit vſqʒ ad altitudi nem charitatis.

¶ Nota q̇ duo mittunt ab vno filius. ſ. ⁊ ſpiritus ſanctus a patre: ⁊ vnus mittit a duobus: idem: vʒ: ſpūs. Unde in Symbolo. Qui a patre filioqʒ pcedit: qđ greci nō recipiunt: dum nō intelligunt illum cecum imitātes: qui ſtās ſecus viam clamabat: kyrieleiſon. i. dn̄e miſerere. Nō enim in via veritatis que Chriſtus eſt ambulāt: ſed ſecus aberrāt. Confitent (inqt) ſe noſſe deum: factis autem negant.

Ezec. I. ¶ Quum aſpicerem animalia apparuit rota vna ſuper terram: ſecus ea habens quatuor facies: ⁊ aſpectus rotarum ⁊ opus earum quaſi viſio maris: ⁊ vna ſimilitudo ipſarum quatuor: ⁊ aſpectus earum ⁊ opus earum quaſi ſit rota in medio rote per quatuor partes earum euntes ſtabant ⁊ non reuertebantur quum ambularent.

MERIDIES.

¶ Intelligentia allegorica.

Ezec. I. ¶ Statura erat rotis in preceptis gratie: habitudo in promiſſis glorie ⁊ horribilis aſpectus in penis miſerie.

¶ Typica diuiditur in ſeptem ſpecies ac ſi fluuius Egypti in ſeptem riuulos.

Allegorica diuiditur in tres: tropologica contemplatiua ⁊ anagogica.




ORIENS.

¶ Intelligentia typica.

OCCIDENS.

¶ Intelligentia hyſtorica.

¶ Moralis intelligentia agit de vitijs ⁊ virtutibus.

¶ Hyſtorialis intellectus differt ab hyſtoria.

¶ Intelligentia moralis.

AQVILO.



¶ Incipit prefatio in Pſalterij decem chordarum Abbatis Joachim.

Antiqua Patrum traditione perlatum eſt vſque ad modernos: magni eſſe premij pſalmodiam: ⁊ ad ipſam pertinere illud pſalmi quadrageſimi noni. Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei. Et multi quidem deſiderantes ſapientiam: dederūt ſtudium lectioni: inſtiterunt doctrine: nec tamen ad ipſius medullam peruenire: permiſſi ſunt: quia non ſunt arbitrati intrādum eſſe per gratiam: ſed magis per arbitrium liberum: quod non profuit ab initio innitentibus ſuper eo. Non enim inuenerunt clauem Dauid: nec eum qui aperit diligētibus eam: ⁊ idcirco palpātes in circuitu: inuenire aditum nequiuerunt: iuxta illud Apoſtoli. Tota die addiſcentes ⁊ nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Hoc ſicut audiuimus: ſic ⁊ vidimus: probauimus vtrunque: ⁊ ni fallor: experimento didicimus. Eram aliquando egoipſe anxius ad verba Dei: ⁊ querebam per exercitium lectionis ad veritatis notitiam peruenire. Cumque ad eam per legendi ſtudium properare flagrarem: aſſummens ſibi pennas velut Aquile: longius quam erat recedebat a me. Cum autem poſitus in feruore nouiſſimo: cepi Dei cauſa diligere pſalmodiam multa mihi in ſcriptura diuina: pſallenti ſub ſilentio reſerrari ceperunt: que antea legendo veſtigare nequiueram. Nō ſolum ante: ſed ⁊ iam tunc ſentire incipiebam: quid illud ſit quod in alio pſalmo ſcriptum eſt. Beati qui habitant in domo tua domine in ſecula ſeculorum laudabunt te. Sed cum mihi qui (vt iam videbatur) cogitatione ⁊ auiditate illius ſuperne ciuitatis habitator effectus fruebar ſecundum interiorem hominem: non modica viſione pacis: accidere illud quod ſibi multi (⁊ ſi fruſtra accidiſſe queruntur) vt rurſum eccleſie cura rei familiaris cogeret implicari negocijs monaſterij: que ſecundum cuiuſdam coloris ſui ſpeciem: aut vere ſecularia ſunt: aut pene ſecularia iudicanda: compulſus ſum iterum cum cordis gemitu nō ſine formidine exclamare: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Et illud. Preciſa eſt velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me. Cum ergo huiuſcemodi gemitus verſaretur in mente mea: accidit poſt annos aliquot: cum eſſem apud Cenobium Caſe maris: detinentibus me ibi: viro venerabili Geraldo Abbate ipſius domus ⁊ fratribus eius: ⁊ colligātibus me ſibi inſolubili vinculo charitatis: diem adeſſe ſolēnem: in quo dona Sancti Spiritus ſuper ſanctos apoſtolos effuſa ſunt ⁊ oleo illo ſpiritali infuſa quo vnctus eſt vnigenitus Dei pre conſortibus ſuis. Quia vero non omnino eram expers ab intellectu olei ſancti: ſed ⁊ ſciebam quod ad hocipſum pertineret ſacrificium laudis: dolens quod tam diuturno tempore tanti beneficij gratis expers etiam: ſtatui apud me die illo dicere mihi aliquot pſalmos ad honorem Sācti Spiritus ob tante reuerentiam ⁊ ſolennitatem diei: ſperans donari mihi aliquid in die ipſo ab eo qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat. Interea cum ingrederer oratorium ⁊ adorarem omnipotentem Deum coram ſancto altari: accidit in me velut heſitatio quedam de fide Trinitatis: ac ſi difficile eſſet intellectu vel fide: etiam omnes perſonas vnum Deum: ⁊ vnum Deum omnes perſonas. Quod cum accideret oraui valde: ⁊ conterritus vehementer compulſus ſum inuocare Spiritum Sanctum: cuius ſacra ſolennitas preſens erat: vt ipſe mihi dignaretur oſtendere ſacrum myſterium Trinitatis: in quo

nobis promiſſa eſt a Domino omnis notitia veritatis. Hec dicens cepi pſallere: vt ad propoſitum numerum peruenirem. Nec mora occurrit animo modo forma Pſalterij decachordi: ⁊ in ipſa tam lucidum ⁊ apertum ſacre myſterium Trinitatis: vt protinus compellerer clamare. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Tu es Deus qui facis mirabilia. Et illud. Magnus dominus Deus noſter: ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapientie eius non eſt numerus. Igitur (donante ipſo) mox ſubſcripti operis librum primum in ipſo monaſterio poſitus inchoaui ⁊ experte perfeci. Secundum vero ⁊ tertium: non ibi tunc: nec eodem tempore: ſed quaſi poſt duos annos. Siquidem in tribus libris diſtinctum eſt opus iſtud: ſm q tres ſunt perſone deitatis: in quibus fidei noſtre pulchritudo conſiſtit. Et quamuis poſt opus concordie quod incepimus primo. Et expoſitionem Apocalipſis: que (ignorante me omnimodis exitum rei:) neſcio qua Dei prouidentia ex eodem primo opere naſcendo: proceſſit Spiritui Sancto: qui ⁊ donat quod exhibemus hoc tertium opuſculum: dedicare decreuerim: quia tamen nihil eſt in rebus creatis: quod ſic attribuatur vni perſone: vt alienum ſit a regno ⁊ operatione duarum: non inconuenienter in hoc ipſo: myſterium rutilat Trinitatis: cum primus liber in quo agitur de vaſe muſico: proprietate alti myſterij attribuitur Patri: a quo omnia. Secundus in quo agitur de numero pſalmorum: ſapientie diuine: per quam omnia. Tertius in quo agitur de modo pſalmodie: ⁊ inſtitutione pſallentium eidem ſancte vnctioni: in qua omnia: que cum ſit gaudium ⁊ exultatio ſummi Dei: eos quos ſacris replet muneribus: letos efficit ⁊ iocundos.

¶ Explicit prefatio.



## ¶ Incipit Pſalterij decem chordarum liber primus. De contemplatione Trinitatis.

### Exemplar ⁊ figura materialis Pſalterij hic ponit Diſtinctio prima.



GEnera plura eſſe: ⁊ vtilliſſima: traditio antiquorum qui in eis myſterialiter inſeruiebant: inſi/
nuat: ⁊ ſuperſtitioſa exhibitio modernorum qui ad hoc incaſſum: quin immo non impune: vt aliquando oc/
cupentur in eis: multorum experientia facit eſſe commune. Que cum plura ſint ⁊ nota pluribus: nullum tamen ſorti/
tum eſt ſolenne nomen eque vt pſalte/
rium decachordum: quia nullum: quan/
tacunque ſint alia: aut preponatur ei: aut equetur in ſacramentis. Eſt enim vas ipſum quod vocatur Pſalterium: egregium ⁊ preclarum inter omnia: aut ſuper omnia muſica inſtrumenta: cui ta/
men ſuppar eſt Cythara in diuinis my/
ſterijs: dicente de eis Dauid in Libro pſalmorum. Sumite pſalmum: ⁊ date tympanum: pſalterium iocundum cum
Ps.150 Cythara. Et in alio pſalmo. Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalte/
rio ⁊ cythara. Quare etiam cythara pſal/
terio iungitur: niſi quia maximo illi pre/
cepto: quod eſt: Dilige Deum: neceſſario coniungi oportet aliud mandatum: quod eſt: Dilige proximum. Igitur (vt iam di/
xi) vas muſicum: eſt opus. ſ. regulatum ha/
bens decem chordas coram facie ſua: pul/
chrum forma: ſono gracile: modulatione ſuaue. Quod cum totum ſit arte myſti/
cum: ⁊ diuinitus adinuentum: nihil po/
teſt in eo eſſe ſterile: nihil caſſum: nihil quod non ſonet ⁊ reſonet ſpirituale my/
ſterium. Tanta quippe eſt in eo modula/
tionis ſuauitas vt dum ipſe quoqꝫ ſonus exterior aures tinniendo percutit: pluri/
mumqꝫ animos auditorum rapiat ad mē/
tis exceſſum: ⁊ vſqꝫ ad effundendas la/
chrymas demulcendo compungat. Sed vacat omne melos exterius: cum interna percipitur cantilena: ⁊ dulcedo corporalis deſpicitur: cum ſpiritualis iocunditas re/
peritur. Quid enim poteſt eſſe ſuauius cō/
templatione diuina? ⁊ per ea que facta ſunt in ſapientia Dei: ad eius qui fecit omnia: ſpeculationem venire? Sic enim ſcriptuz eſt per Apoſtoluz. Inuiſibilia enim ipſius per ea que facta ſunt a creatura mundi in/
telligentia conſpiciuntur: ſempiterna quo/
que virtus eius: ⁊ diuinitas: ita vt ſint inex/
cuſabiles. Quod ſi ita eſt: fruſtra ſe nōnul/
li de tarditate intellectus excuſant ꝙ im/
poſſibile ſit: ⁊ ſupra humane capacitatis menſuram extendere ſe: q̃zq̃z ad intelligē/
tiam creatoris: quod vtiqꝫ non eſſet: ſi nō ⁊ illud verum fuiſſet quod ſcriptura teſta/
tur: dicens: Spiritus ſcrutatur omnia: ⁊ etiam profunda Dei. Sed que profunda? Nunquid non alia profunda q̃z que fide tenemus? Minime. Quis enim quocūqꝫ intellectu: quocunqꝫ ſubtilitatis ⁊ perſpi/
cacitatis ingenio fingeret Deum vnum: ⁊ non eſſe trinum ⁊ vnum: niſi vniuerſa facies ſcripturarum idipſum concorditer perſonaret? niſi duo pariter teſtamenta in idipſuz concurrerent. Ut enim pretermit/
tam cetera que longe lateqꝫ diffuſa ſunt te/
ſtimonia veritatis. Quid vox illa claman/
tium Seraphyn in Eſaya: ⁊ quatuor ani/
malium in Apocalipſi voluiſſe monſtra/
tur: niſi vt omnis lingua confiteatur Deum vnum ⁊ trinuz: tres. ſ. perſonas vnius ſub/
ſtantie: ſiue tres perſonas vnam ſubſtan/
tiam: patrem ⁊ filium ⁊ Spiritum San/
ctum. Ita enim dicit Eſayas Propheta. Uidi dominum ſedentem ſuper ſoliuz ex/
celſuz ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omnis ter/
ra maieſtate eius: ⁊ ea que ſub ipſo erant: replebant templum: Seraphin ſtabant ſu/
per illud: ſex ale vni: ⁊ ſex ale alteri: dua/
bus alis velabant faciem eius: ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ duabus volabant. Et clamabant alter ad alteruz: ⁊ dicebāt: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius. Joannes quoqꝫ in idipſuz con/
ueniens: quatuor animalia ſenas alas ha/
bentia: ſe vidiſſe ⁊ audiſſe teſtatus eſt: cla/
mantia die ac nocte (hoc eſt) in proſperis ⁊ aduerſis: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: qui erat: ⁊



qui eſt: ⁊ qui venturus eſt. Hec vox ſan/
ctorum frequens: iugis ⁊ communis ele/
ctorum confeſſio. Nullus ſanctum animal eſſe poteſt: qui huius excellentiam profeſ/
ſionis ignorat. Quis eſt enim catholicoꝝ omnium: niſi fruſtra ſibi nomen orthodo/
xum aſcribat: qui hoc die nec ctuqꝫ non cla/
met? qui deuz omnipotentem non vnum cō/
fiteatur ⁊ trinum? Omnes hoc vna voce: vna confeſſione fatentur. Eſt enim Deus vnus ſine confuſione perſonarum: trinus in perſonis: ſine diuiſione ſubſtātie. Sem/
per eſt id quod eſt: nec vnquam poteſt eſſe niſi trinus ⁊ vnus. Non poteſt immutari: non poteſt diuidi: nō pati: non minui: nō augeri: ſed ſicut ſcriptum eſt. Apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Non maior eſt in tribus per/
ſonis q̃z in ſingulis: quia nec maior poten/
tia: ſapientia: charitas eſſe poteſt: qua po/
teſt: ſapit ⁊ amat pater: nec maior qua poteſt ſapit ⁊ amat filius: nec maior qua poteſt: ſapit ⁊ amat ſpiritus ſanctus. Hec ſubſtantia que deus eſt: vna eſt: ⁊ ſumme vna ⁊ ſupra q̃z dici poſſit ſimplex eſt: ⁊ vna natura. Nec negamus trinitatem in vni/
us confeſſione ſubſtantie: ſed partium ſciſ/
ſiones: quas carnalis ſibi fingit intellectus horremus veraciſſime enim tres perſonas hoc vnum: ⁊ hoc vnum tres perſonas: pie ac fideliter confitemur patrem a nullo: fili/
um a patre: ab vtroqꝫ paraclitū. Naſci ſolū filiū a ſolo patre: ſpiritum vero ſanctuz ab vtroqꝫ procedere. Tres itaqꝫ vnum ſunt: ⁊ vnum tres: non diuiſi natura: vt terra: aq̃: ⁊ ignis: non perſonarum diſiunctione: vt tres homines eiuſdem nature: non ſitu lo/
corum: vt ſtagnuz: ⁊ fluuius deriuatus ab ipſo: ſed nec omnino vt omnia que creata ſunt: quia non poteſt opus opifici: aut fa/
ctura coequari factori ſuo: nec poteſt figmē/
tum in euz qui ſe finxit operatione ſubſtol/
li. Quia tamen inuiſibilia eius que exſupe/
rant oēz ſenſum: nō poteſt infirmitas capti/
uitatis nr̄e: niſi per res viſibiles contēpla/
ri ſtudeat ſaltem ſeipſum homo: cum de il/
la maieſtate loqui cupit: ad creaturas nobi/
liores contemplandas extendere: vt eſt in rebus viſibilibus: lux ⁊ in inuiſibilibus ꝓ/
pria que hoc cogitat anima ⁊ ſeipſum ho/
mo cōprehendere poteſt: inueniet in ſeipſo ſimilitudinem dei. Si etiam ſemetipſum cōprehendere nequit: ſtudeat incunctāter credere ſpiritualibus viris quibus datus eſt ſpiritus ſcrutans omnia ⁊ etiam ꝓfun/
da dei ⁊ ſuam imprudentiam ab hac teme/
ritate cōpeſcat: Iniquum eſt eniz in circū/
ſcriptum lumen corruptibilibus coequare corporibus: quibus ſtultum eſt vel animaz aut angelum compare: ⁊ ſatis eſt infidelis ⁊ improbus qui ſeipſum diſcutere neſciēs: deum qui ſupra ſe eſt: (ſicut vere eſt:) com/
prehendere ſe poſſe ratione confidit. Non igitur diuinam ſubſtantiam aut vnum de/
um: quem trinum eſſe audis: ſic in tres ꝑ/
ſonas diuiſam putes: vt tria diuiſa arbitre/
ris ſicut oliua: mirtum: ⁊ palmam: que di/
uerſe ſunt natura ⁊ genere: ſed nec vt tres oliuas: que vnius ſunt nature: ſed tamen corporuz ꝓprietate diſiuncte: neqꝫ vt tres ramos vni radici infixos: vt ſubſtantiā ra/
dicē ⁊ tres ramos ipoſtaſes arbitreris iux/
ta aliquorum perfidiam: quod eſt inducere quaternitatem: ſed ſi coactis aliqua neceſ/
ſitate: figura viſibilis accipienda eſt: ſaltem quod nobilius eſt in rebus ratione caren/
tibus. Lucem iſtam accipiamus quam cō/
ſtat illius vere lucis habere qualemcunqꝫ imaginem: que non tam oculos exteriores reproborum hominuz q̃z corda illuminat
electoꝝ: ⁊ ex q̄ manat ſemꝑ illa lux q̄ illu/ Joān. 1.
minat oēz hominē venientem in hūc mū/
dum: ⁊ ꝓcedit ille calor qui viuificat om/
nia. Siquidem ex luce iſta que vocatur ſol ⁊ radius indeſinenter naſcitur: ⁊ calor in/
deſeſſe procedit: qui etiam ſic ad terram ꝑ/
ueniunt: vt ex fonte quo prodeunt: non re/
cedant: haud dubium ꝙ in typo filij gnoſ illuminare deſcendit non recedens ab eo: qui ſe miſerat pater: ⁊ in typo ſpiritus ſan/
cti: qui cum eo nobis pariter donatus eſt vt nemo gelu pellens deſidit: ſiue nos igni

charitatis accendere ad amandum: quatenus ⁊ in luce que chriſtus eſt: videamus quid ſit agendum: ⁊ in calore ſpiritus ſancti operari valeamus quod noſcimus. Habes ergo in vno ſole myſterium trinitatis habes multo melius ꝗ̃ in corporibus tribus: ⁊ tamen a puritate illa quam creator ſolus oſtendit cum dicit. Pater in me eſt ⁊ ego in patre: ⁊ qui diligit me: ſermonem meum ſeruat: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniemus ⁊ manſionem apud eũ faciemus: amplius longe es ꝗ̃ ortus diſtet ab occidente: q2 ſol cum ſuo radio venire nequit: venit autem pater cum filio: haud dubium ꝙ in ſpiritu ſancto. Non enim poteſt vbilibet eſſe ſine filio pater: aut quoq̃ ſine patre ne filius aut Spiritus ſanctus: quia vbique pater eſt: vbique Spiritus Sanctus: ⁊ totus in patre filius eſt: ⁊ in filio pater: totus in vtroque Spiritus Sanctus: ⁊ in eo pater ⁊ Filius: quia vnum ſunt. Unde ⁊ ſimpliciter eſſe dicitur vnus: qui eſt veraciter trinus deus: quia ſic ſunt veraciter tres perſone: vt alia ſit in alijs: ⁊ nulla vnquam ab alijs queat eſſe diuiſa. Quia ſi radius ⁊ calor ſolis ſic veraciter duo ſunt: vt tamen nulla poſſint ratione partiri: quante cecitatis eſt non poſſe credere trinum Deum niſi vnitatis veritas elonget in fide? Inter calorẽ ⁊ ſplendorem ſciſſionem facere nequis: ⁊ tamen eos non dubitas eſſe duos: ⁊ diuinam vis ſubſtantiam ſcindere: vt trinum deum credere poſſis. Item ꝙ his nequius eſt: neſcio que tria preter ſubſtantiam noua ad inuentio aſſignare preſumpſit: vt in altero vnitas: in altero trinitas demonſtretur: quaſi cum ſubſtantiam illam igneam que in celo eſt: ⁊ radium qui ex ea naſcitur: ⁊ calorem vnum ſolem eſſe dicimus: Quartum aliquod ſolis nomine aſſignamus: ⁊ non potius hoc dicentes ſciſſionem fugimus illorum: tamen ⁊ vnitatem in qua manent indiuiſe monſtramus. Quid enim vidiſti in ſole niſi illa tria? Aut quid ibi aliud oſtendere poſſumus dicentes ea eſſe vnũ ſolem: aut vnam ſubſtantiam: niſi hoc tantum ꝙ eſſet illa tria oſtendimus indiuiſa? O humana temeritas quam ceca ſemper. O inimica ſemper humane pietati preſumptio. Si ſic extimaſti ſimplicem diuinam ſubſtantiam vt ſeorſum a perſonis cogitaueris illam. Sabellium ſub Arrio palliaſti. Si ſeorſum a ſubſtantia tres perſonas. Arrium ſub Sabellij palliatione excuſas. Non hoc ſancta animalia clamant: non hoc cantat Dauid in decacordo Pſalterio: non vtiq̃ Seraphin que vidit Eſaias: ſed ſenſus animalis ſibi iſta compoſuit. Sancta vero animalia quid cantent audiuimus: ſed iterum atq̃ iterum audire non pigeat quod ſemper electos dei dicere ⁊ audire delectat. Sanctus: Sanctus: Sanctus: dominus deus omnipotens qui erat ⁊ qui eſt ⁊ qui venturus eſt. Hoc fidei teſtimoniũ plus eſt contemplari animo quam ore proferre. Si diſcuti queritur hebetatur ſenſus ⁊ non ſufficit egena capacitas puritatem verbi huius in diſcuſſione ſeruare. Sabellius enarrare voluit: alliſa eſt nauis eius in ſiccum. Arrius vitare querens: deiectus eſt in limum profundi. Sabellius enim dixit vnam deum eſſe perſonam: pro ſuo velle: eſſe patrem eſſe filium: ⁊ eſſe Spiritum Sanctum. Arrius hoc deteſtans tres perſonas fatetur eſſe: quot nephas eſt dicere: diſtinctas eſſentia ⁊ maieſtate: in laudare ergo deum niſi ſunt: ſed exciderunt: quia cum ſanctis animalibus nihil erat illis commune: de proprijs loquebantur: ⁊ ideo exciderunt a fide: ſicut per ſe ipſam veritas dicit. Cum loquitur mendacium: de proprijs loquitur quia mendax eſt ⁊ pater eius: quia contra ſancta animalia clamant Deum trinum ⁊ vnum: laudant eum in Pſalterio ⁊ cythara ſicut audierunt in Pſalmis. Confitemini domino in cythara: in pſalterio decem cordarum



pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione: quia rectum eſt verbum domini ⁊ omnia opera eius in fide. Verbo domini firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Ipſe mandauit ⁊ creata ſunt. Hos pſalmi verſiculos ad quid proponere voluimus: in ſequenti monſtrabitur. Nunc autem quantum ipſa donauit: de qua ⁊ loqui cupimus: diuina maieſtas: Pſalterium decem cordarum: quod proprie eſt in cauſa: ſacra myſteria perſcrutemur: quia nequaquam inſtrumentum illud tam celebre nomen ſuſcepiſſe credendum eſt: vt ex eo liber pſalmorum tale vocabulum ſortiretur: ſi magnum in eodem vaſe non lateret fidei ſacramentum cum vtiq̃ minima queque: ⁊ que plerunque audita ipſa faſtidiunt: habere myſteria notum ſit: quorum eſt numerus infinitus. Neceſſe eſt ergo vt multis preferatur myſterijs: ex quo multis prelatus notum ſibi vendicat liber iſte. Liber vtiq̃ pſalmorum: qui non modo que diuina ſunt referat: ſed per quem diuinitati paratur: iter vt ad noſtrorum penetralia cordium inuitata deſcendat. Pſallamus ergo ei inhoneſte: ſed vt iubeamur ſi ſufficimus ſapienter. Nec tantum in decacordo pſalterio in quo preceptorum decalogus ⁊ totius ſumma fidei continetur: verumetiam ⁊ in cythara pſallendum eſt: quia ⁊ ipſa in diuina pagina ſatis celebris eſt: ⁊ in ſacris voluminibus non minus quam pſalteriũ reperitur. Quam multum tamen diſtet inter vtrunq̃ ignorare non poſſumus: ſi illorum alta myſteria vigilanter penſamus. Cythara nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt: ſimul cum ſuo corpore: quod eſt eccleſia manifeſte deſignat: cuius ſumma myſterij in tribus ſuperextenſis cordis ⁊ concauitate conſiſtit. Concauitas cythare que ſit audiamus: niſi quis abrenuntiauerit omnibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et iterum. Nolite theſaurizare vobis theſaurum in terra: quia vbi eſt theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuum: quod cum recte feceris ⁊ tenueris: tunc te ad electorum numerũ pertinere confidas: cum tribus ſpiritualibus cordis laudas aſſidue deum tuum. Harum prima corda operatio eſt: ſecunda lectio: tertia pſalmodia: vel certe prima fides: ſecunda ſpes: tertia charitas: ⁊ hoc maxime cum ſcribatur ſola vti in libro Apocalypſis. Ne igitur cauſeris literarum inopiam: ⁊ ob hoc differas conuerti ad Deum dedit in diem: breue admodum eſt: ⁊ cunctis pene diſcibile quod audiſti. Vende omnia que habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ habeto ſicut expedit cordas iſtas: ⁊ ſufficere tibi poſſunt ad eternam ſalutem. Quia tamen inter perfectum ⁊ perfectum: dictura eſt: cum conſtet luce clarius aliam eſſe perfectionem que pertinet ad vitam actiuam: aliam que pertinet ad vitam contemplatiuam. Sic accipienda ſunt duo vaſa iſta: que ſimul ſcribuntur: vt in altero quod vocatur Pſalterium: accipiamus illã iuſtitiam: que proprie pertinet ad amorem dei: in altero quod eſt cythara: illam que ſpectat ad amorem proximi. Si ergo te delectat contemplatio dei: ⁊ cupis ⁊ ſufficis ſpeculatione ſuſpendi accipito ſecretius decacordum Pſalterium: ingredire ad Archana myſteria: infra cellaria cordis tui: ibi forſitan ſpeculari incipies quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit. Nec mirum ſi tanta prerogantia myſterij in Pſalterio manet: quia per ipſum paratur iter paraclyto veniendi ad nos: ⁊ ipſe ſpiritus: vt teſtatur Apoſtolus: ſcrutatur omnia: etiam profunda Dei. Diximus autem ſuperius quod ⁊ ſepe dicendum eſt: ꝙ ſimplici illi nature que Deus eſt: cuius vt (ait) Pſalmiſta: ſapientie non eſt numerus: cuius magnitudinis nõ eſt finis: nõ poteſt humanis verbis certa ſimili

ſudo aptari:quia neceſſe eſt vt cedat quan
titas illi magnitudini : que quantitatem
non habet:⁊ viſibilis forma inuiſibili na/
ture:⁊ comprehenſibile corpus incompre
henſibili deitati. Si enim tãtus eſt vt eius
immenſitas capi nequeat:ſi tam ſubtilis ⁊
inuiſibilis : vt eius ſpecies videri non poſ
ſit:que nam poteſt eſſe figura que illi con/
grue poſſit aptari ? Quid igitur ? Cenſe/
mus his omnino ſuper ſedendum ne ali/
ter ſermo accipiatur ? Si ſic expedit : fru/
ſtra iam fateamur eſſe ſcripta:fruſtra in di
uinis libris tam veteris teſtamenti:q̃z no/
ui:ad ſignificandum repoſita. At ſi cibus
diligenter excoctus: ne noceat ſtomacho
pertimeſcitur:multo magis timenduz eſt:
ne crudus appoſitus:magis abſit. Nequa
q̃z vt oppinor:trinitatem abnegaret. Sa/
bellius ſi ſane intelligeret verbum verita/
tis dicentis. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Et
audi iſrael. Deus tuus vnus eſt. Nequaq̃z
vnitatis fidem laceraret. Arcius ſi ſubſtan
tiam trinitatis vnius eſſe nature: ſentiret.
Sic ſic qui male intelligit quod ait domi
nus. Ego ⁊ pater vnuz ſumus de facili po
teſt labi in errorem Sabellij. Et qui male
intelligit quod ait Joannes. Tres ſunt qui
teſtimonium dant in terra:Spiritus. ſan/
guis ⁊ aqua:⁊ tres ſunt qui teſtimonium
dant in celo:pater:verbum:⁊ ſpiritus ſan/
ctus:de facili coniungitur tertio : quorum
alius trinitatem:alius vt diximus: vnitatẽ
negauit. Nos autem opitulante deo: ⁊ per
ſanctorum orthodoxorum patrum gradi/
entes itinera:in quoruz explanatione: plu
res ſuſtinuerunt labores. Confiteamur de
um vnum:⁊ ſumme vnum. Confiteamur
trinum ⁊ veraciter trinum:patrem a nul/
lo:filium a patre:non factum:non creatũ:
ſ; genitũ:ſpũz ſctũz ab vtroq; nõ ſctũz nõ
creatũ:nõ genitum:ſed procedentẽ. Cõfi/
teamur eum ſic procedere a filio vt tamen
hoc ipſum filius a patre habeat:a quo eſt:
non donatione gratie:ſed ſimplicis vitate
nature. Oſtendit hoc filius vbi dicit. Cuz
venerit paraclitus quem ego mittam vo/
bis a patre. A patre inquit:quia ſicut ipſe
eſt a patre:ita ⁊ ſpiritum ſanctum habet a
patre;quia ſicut pater nunq̃z eſſe potuit ni
ſi quod eſt:ita nec filius:nec Spiritus ſan
ctus. Neq; enim quia filium a patre eſſe di
cimus:⁊ a patre ⁊ filio:ſpiritum ſanctum:
idcirco aliquid prius:poſterius:vt in trini
tate eſſe fatemur:ſed cõfitemur totas tres
perſonas coeternas ſibi eſſe : ⁊ coequales:
Pſallamus ſuper hoc in decacordo pſalte
rio:fide potius ⁊ intellectu q̃z voce. Poſ
ſumus enim aliquid intelligere : non vt
iam poſſimus ſcire quomodo eſt: ſed vt
credere poſſimus quod eſt. Diximus ſupe
rius nullam eſſe ſimilitudinem que tante
maieſtati poſſit ſufficienter aptari: ⁊ tamẽ
plura eſſe myſteria: que ad ſe inueſtigan/
dum conſtituit ſecundum illud ſupra me
moratum : quod per Joannem dicitur.
Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra.
Spiritus aqua ⁊ ſanguis. Et faciamus ho
minem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem no Bch
ſtram. Et multa alia quorum ad preſens
mentionem facere non eſt locus. Inter ce
tera ergo opera domini : que myſterium
exibent trinitatis magnum tenet locum
decacordum Pſalterium. Eſt enim vt di/
ximus:vas vnum muſicum:quod ⁊ ſi di/
uidi per partes poteſt quia corpus eſt non
tamen vt eſſe poſſit dececordum Pſalte/
rium:quam diu ergo Pſalterium eſt indi
uiſum eſt. Si diuiditur in partes : mox
eſſe deſinit id quod erat. Igitur vas ip/
ſum vnum eſt : ſed tamen triangulatum:
ſed tamen in tribus cornibus miro modo
conſiſtens. Adeo enim tria cornua ipſa
vnitas poſſidet indiuiſa:vt ⁊ tria videan/
tur eſſe vnum : ⁊ vnum tria : quod me/
lius in ipſa figura cerni poteſt : q̃z ver/
bis competentibus explanari. Non eniz
aliquod trium ſi totaliter horum quod
liber contemplari volueris : (hoc eſt) pro
quantitate duarum linearum que con/
ueniunt in angulo vno diſtincte ibi oc
cupat partem ſuam ⁊ aliquid ſeorſum:
a duabus attingit : ſed ipſa in diui/



ſa ſimilitudo ſubſtantie mirabiliter ſufficit
ad ipſa tria:ita vt in vno quolibet duo ne/
ceſſarie accipiantur. Si ergo ad contem
plandam illius ſumme eſſentie vnitatem
que non eſt corpus ſed ſpiritus:aliquid ve
ſtigium ſimilitudinis res attrectabilis ha/
bere poteſt:q̃z ſit hoc multis alijs preferẽ/
dum facile intelliget vir peritus:q̃zuis nõ
corpus ipſum:tanto huic deſeruiat ſacra/
mẽto:ſed forma. Neq; enim in hoc celeſti
organo de tribus diſſimilibus rebus agit:
vt ſunt:panis:vinuz: ⁊ oleũ:vt ſunt aqua
ſanguis ⁊ ſpiritus:⁊ his ſimilia:in quibus
ſm quid inuenitur miſterium trinitatis:
ſed de forma ipſa que trina eſt : ſed tamen
ſimplex ⁊ indiuiſa:de figura ipſa vel arce
que vocat pſalteriũ. Qui hoc minus intel
ligit:neſcio vtrũ ſane valeat itelligere que
ſequunt. Nauis vnũ eſt vas:nec tamen ex
vno ligno:ſ; ex multa lignoꝝ materia:ma
nu artificis diligenter extructum. Signi
ficari autem in naui orthodoxam eccleſiaz
nulli ſane ſapienti dubiũ eſſe poteſt quero
vbi ſit hec figura:reſpõdebis in naui : que
ro quid ſit nauis:formã mihi:credo non li
gnoꝝ ſiluã oſtendes. Non enim ligna ipſa
de qbus cõpoſita eſt nauis:naturaliter:na/
uis ſunt:ſicut naturaliter ligna ſunt : ſed
illud vas dicitur eſſe nauis : quod ex eis
conſtat eſſe compoſitum. Sicut nec lapi/
des aut cementuz ſimpl̃r murus ſunt q̃uo
id quod ſunt:ſed quod ex eis eſt cõpoſitũ:
murus ẽ. Poſſumus mille talia exiberẽ exẽ
pla:ſed tamẽ fideli pauca infideli nec mul
ta ſufficiũt. Sic ſic celeſte organum diſcrete
conſidera:⁊ mirũ illd quod querimus: ſpe
culari valebis. Accipienda ſunt ergo tria
cornua in triũ ſimilitudine pſonarum: nec
confuſe vt quod vel referas ad patrẽ:quod
velis ad filiũ vel ad ſpiritũ ſanctũ:ſ; diſtin
cte prout res expoſtulat: vnumquodq; in
miſterio proprietatis ſue : vniuerſum ve
ro vas ipſuz in ſimilitudine diuine ſubſtan
tie que vna eſt trium nõ in partes diuiſa:
ſed tota ſimul nimirũ.q; in patre eſt filius
⁊ ſpiritus ſanctus:in filio pater ⁊ ſpiritus
ſanctus in ſpiritu ſancto:pater ⁊ filius: q;
vnũ ſunt. Neq;.n. audemus dicere vnus
ſunt:ſed vnũ:niſi quãdo addit deus. Cum
enim dicimus vnũ ſunt:ſubſtãtiã vnã tri/
um accipimus in hoc vno:ſicut ⁊ veritas
ipſa dicit. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Sic
igitur tria cornua trinitatẽ deſignari:inte/
gritas pſalterij vnitatẽ. Et hoc q̃z mirabi
liter diligẽter attende : aliud ſonat vnus:
aliud ſonat vnitas. Unus.n.abſolute dici
neqt:niſi de vna pſona. Unitas vero pprie
dici non poteſt niſi de duobus ad minus.
Neq;.n.cuz iubemur cõſiſtere in vnitate
ad ſingularez pſonam referri poſſe creden
dũ ẽ. Licet ad populũ ad cõuentũ:ad plebẽ
Cũ.n.dicit abſolute:vnus eſt: hic aut ille
nõ eſt in loco ille niſi vnus:pſonã incũctã/
ter intelligo:cũ vero dicit:vnitas eſt in lo/
co illo:profecto nihil aliud itelligimus: q̃z
multoꝝ cor vnũ ⁊ animã vnã:hoc eſt vnã
voluntatẽ ⁊ vnũ cõſenſũz. Si vero ſic dici
tur. Unus eſt in loco illo:vt protinus ad/
dat quaſi:poteſt vnus:accipi de collectio/
ne multoꝝ:vt vnus populus:vna plebs.
Sic igit cũ dicimus:pater ⁊ filius ⁊ ſpiri/
tus ſanctus:nõ audemus dicere vnus ſũt:
niſi cõſequẽter addat deus. Si ergo dici/
mus tres pſone:vnũ ſunt: catholica cõfeſ/
ſio eſt. Et ſi dicimus tres pſone vnus deus
ſunt catholica confeſſio eſt. Qui autem di
cit pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus vnus
ſunt:Sabelliane hereſeos aſſeuerator effi/
citur. Cõſtat igit q; neq; trinitas neq; vni
tas:de vna perſona ſimpliciter dici poteſt.
Sed trinitas dicit de tribus pſonis. Uni/
tas de ſubſtãtia vna:nõ vnius pſone:ſ; ip/
ſaꝝ triũ pſonaꝝ. Qua in re notãdũ ẽ q; ne
q; in hoc verbo quod eſt trinitas : pſonas
ipſas:neq; in hoc nomine qd ẽ vnitas ſub
ſtãnã ſimpliciter intelligimus:quaſi eo ip/
ſo intelligamus eſſe perſonas quo intelligi
mus eſſe tres aut eo ipſo intelligimus eſſe
ſubſtantiã quo intelligimus eſſe vnã: quia
poſſumus aliqua tria intelligere que non
ſunt pſone:⁊ aliquod vnũ quod nõ ſit ſub
ſtantia:vt tres horas noctis:⁊ vnaz noctẽ

cum vero adduntur illa ad que dicta ſunt
tria vel vnum: tunc intelligimus que ſint
illa tria ⁊ quid ſit illud vnum: tres: ſcilicet
perſone ⁊ vna eſſentia: quamuis a diui/
nis eloquijs vtriuſq; teſtamenti nomen
perſone vel ſubſtantie peregrinum ſit: nec
queat inueniri aliquod nomen in prophe/
Exo. tis ⁊ apoſtolis quo vna trinitatis eſſen/
tia demõſtret niſi deus ⁊ dominus: ⁊ aliqd
ſimile ⁊ illud quod dictũ eſt a dño Moyſi
qui eſt miſit me a duos: nec aliquod nomẽ
quo itelligant tres perſone: niſi in hoc qḋ
deus: deus: deus: ſanctus: ſanctus: ſanctus
⁊ ſiquod ſimile. Neq; enim propterea di/
cuntur perſone quia tres: nec ideo dici
tur ſubſtantia: quia vna trium. Diceren/
tur enim perſone etiam ſi tres non eſſent:
⁊ diceretur ſubſtantia etiam ſi vna non eſ/
ſet. Cum ergo queritur quot ſunt ipſe per
ſone? Reſpondemus tres: nec vna tan
perſona pater cum filio ⁊ ſpiritu ſancto eſ/
ſe putet ⁊ ſingularitas perſonarum: quod
falſum eſt ⁊ nõ magis pluralitas predicet.
Et cũ queriť de ſubſtãtia diuina: dicimus
eã eſſe vnã: ne qs ipſas tres pſonas inequa
les extimet aut diuiſas ignorãs verbũ dñi
dicẽtis. Ego ⁊ pater vnũ ſumus. Ad aliqd
ergo dicta eſt trinitas: ad aliquid vnitas.
Trinitas ad vitãdã ſingularitatem pſone.
Unitas ad cauẽdã vnius diuiſionẽ ſubſtã
tie. Aliud. n. portat vnitas: aliud ſingulari
tas: aliud pluralitas. Trinitas vt iã dixi de
cõmunione pluriũ dicta eſt: nõ de vna tm̃
pſona: q2 niſi ſingularitas eſt: vnitas eẽ nõ
poteſt. Singularitas autẽ diciť de vna ali
qua pſona: que ſola eſt: pluralitas de dua/
bus ⁊ ſupra ⁊ vti iam dixi: nõ vbi ſingula
ritas: ſed vbi pluralitas: ibi vnitas eſt: q2
igiť tres pſone ibi ſunt: nõ vna tm̃: ⁊ ipſe
iſeceſſibiles a ſeipſis: recte ibi ieſſe vnitas: ⁊
i ipſa vnitate pluralitas: nõ ſingularitas p̃/
dicať. Credimus ergo hãc ſbaꝫ q̃ vna ẽ eſ
ſe tres pſonas nõ vnã tm̃: ne ſingularitas
ſicut accidit Sabellio occurrat ꝓ vnitate:
⁊ tres pſonas: vnã ſubſtãtiã: nec ipſis trib9:
pſonis diuiſio ineſſe puteť. Credimus vnã

perſonam vocari patrem: quia habet filiũ
aliã vocari filiũ q2 habet patrem aliã voca
ri ſpiritũ ſanctum: q2 ab vtroq; ſpiratur:
(hoc eſt) q2 ab vtroq; procedit ⁊ ab vtroq;
donať: aut ſiqd dignius poſſe crediť: huic
ſancto nomini conueniẽť aptari. Nomẽ
ergo trinitatis a ſanctis ⁊ catholicis patri
bus nobis traditũ eſt: vt p hoc nomẽ vnũ
deũ eſſe tres pſonas veraciter itelligamus.
Nomen vnitatis: vt vnius eſſe ſubſtantie
illas tres perſonas confiteamur: (hoc eſt:)
vt credamus illas indiuiſas ⁊ inſeceſſibi/
les a ſeipſis: ita vt ſint ſumma vnum: ⁊ ve/
raciter tres. Cum autem dicimus deum
eſſe ſapientiam: vitam: charitateꝫ: iuſtitiã:
veritatẽ: ⁊ his ſimilia: ſecundum ſubſtãtiã
accipiẽdũ eſt. Similiter ⁊ nomẽ pſone ſm
ſubſtãtiã accipiẽdũ eſt: ita tamẽ: vt quomo
do dicimus deũ patrẽ: deũ filium: deũ ſpir
tũ ſanctũ: nec tñ tres deos: ſed vnũ deum:
ita dicamus pſonã patris eſſe ſubſtãtiã: p/
ſonã filij eſſe ſubſtãtiã: pſonã ſpiritus ſan/
cti eſſe ſubſtantiã: nec tñ tres ſubſtãtias ſꝫ
vnã ſubſtãtiã. Nõ credũt hoc Sabelliani:
quia neſciũt p viſibilia mũdi: cõſiderare in
uiſibilia dei: nec p res humiliores ⁊ mini/
mas: contemplari ſublimia. Uidemus ſepe
vnũ ignẽ ferro ſeu carbonibus adherẽteꝫ:
videmus flãmam ex eo genitaꝫ: que nihil
eſt aliud q̃ꝫ ſplẽdor igneus ex fomẽti ſubſtã
tia cõſpiſſatus. Sentimus in vtroq; eſſe ca
lorẽ qui ex igne pariter ⁊ flãma indeſinen
ter procedit: nec tñ tres ignes ſunt in quo
hec tria cernimus: ſed vnus ignis. Antiq
tamẽ patres diſputãtes aduerſꝰ arriũ qui
filij negabat eternitatẽ: flãmam ſiue ignem
ſimilitudini paterne dederũt: lucẽ filio qui
coeternus eſt patri. Ego autem tanq̃ꝫ fide
libus non infidelibus loquens: ignem pa/
tri: flammam filio conuenientius dari pu/
Exo. to: quia ⁊ flãma illa rubi que apparuit moy
ſi: filij ſimilitudinem gerit: ⁊ omnis flam/
ma que per lignum ſeu ſtipulam manifeſte
apparet: ſiquidem antea occulta eſt: in eo:
ꝙ ſic apparet in ſubſtantia palpali ⁊ terre
na: ipſius filij apparentis in carne ſimili/

tudinem gerit: ⁊ calor autem ſpiritus ſancti.
Rurſum in cõparatione illa qua dicimus:
tria hec vnus ſunt ignis: ⁊ vnus ignis hec
tria: ſi illa lux intelligitur tantum que lõgi
us diffunditur extra flammam non ita cõ
grue dari poteſt in ſecundo loco ſimilitu
do ipſius lucis quomodo flãme que ignis
eſt: preſertim quam aliud ſit ſapientia ge/
nita cuius ſimilitudo eſt in flamma aliud
ſpiritus ſapientie: qui eſt vnum de ſeptem
donis: cuius recte in luce illa longius diſ/
fuſa: ſimilitudo eſt: vtpote: que non eſt flã
ma: ſed de flamma procedit. Nec illud cu/
ius recte in luce illa ſimilitudo eſt: vt pote
que de igne ⁊ flamma procedit. Nec il
lud mouere debet ꝙ flamma que materia
liter latet in igne non ſimul a principio re
uelatur cum eo: quia nec filius a principio
voluit hominibus reuelari: ſed manſit in
abſcondito vſq; ad tempus ſtatutuꝫ: ſicut
⁊ per prophetam dicitur. Domine quis
credidit auditui noſtro: ⁊ brachium domi
ni cui reuelatum eſt. Et notandum ꝙ ci/
neribus non ſolum flamma tegitur: ſed
⁊ ignis quamuis amplius flamma: quia
in verbis teſtamenti prioris: plerunque
ipſe pater: ſepius autem filius qui eſt ver
bum patris in rerum immaginibus oc/
cultatur: que tamen ſi velud quodam
flatu ſpiritualis intelligentie exterſa fue
rit: mox apparet non ſolum pater qui de/
ſignatur in igne: verum etiam ſapientia
eius que eſt Chriſtus q ⁊ illuminat om
Ioa. nem hominem venientem in hunc mun/
dum: Uerum hoc contra Sabellium qui
nomina tantum vacua: ⁊ non etiam ſub/
ſiſtentes perſonas quas Greci dicunt ſub
Augu. ſtantias predicabat. Unde Auguſtinus
in libro de ciuitate dei. Non propter hoc
naturam ſummi boni ſimplicem dicimus
quia ſola eſt ibi nominum trinitas ſine ſub
ſtantia perſonarum ſicut Sabelliani puta/
uerunt: ſed quia eſt hoc quod habet exce/
pto ꝙ relatiue ad quã perſona ad alteram
Hiero. di: nec eſt ipſa. Et hoc qualiť intelligẽdum
ſit: docet Hiero. ſcribens ad Damaſum pa

pam: ꝓp eos qui ypoſtaſes aiũt q̃ꝫ decet: in
telligebãt. Interrogemus (inqt) qd tres
ypoſtaſes arbitrenť intelligi tres perſonas
ſubſiſtẽtes aiunt. Reſpondemus nos (in/
qt) ita credere: ſꝫ nõ ſufficit eis iſte ſenſus.
Quare non ſufficit eis iſte ſenſus? Qz ne/
ſcio qd aliud in hoc verbo conabanť expri
mere: p qḋ aut pſone ſingularitatem: aut
pluralitatem ſubſtantie conarenť aſſerere.
Sꝫ quocũq; illi ducanť ſpũ: quocũq; ſenſu
nos pſonas tres ſm ſubſtãtiam ꝯſitemur:
nõ ſm nudas voces. Scdm ꝙ et Scũs ac
venerabilis pr Bernardus abbas clareual Ber.
lẽſis in lib. de ꝯſideratione: ſcribẽs ad Eu/
genium papam. Nõ enim (inqt) noĩa va
cua ſũt: neq; abſq; ſignificãtia caſſe voces.
Querit enim qs: quõ hoc poſſit eſſe: ſuffi/
ciat ei tenere ſic eſſe: atq; hoc nõ rõni pſpi
cuum: nec tñ opinioni ambiguũ: ſꝫ fidei p
ſuaſum. Sacramẽtum hoc magnum eſt: ⁊
qdem venerandum nec ſcrutãdum. Quõ
pl̃alitas in vnitate: ⁊ hac vnitate: aut ipſa
in pluralitate. Scrutari hoc temeritas eſt:
credere pietas. Itaq; non caſſas voces: ⁊
noĩa vacua tres pſonas credere phas eſt: ⁊
tñ vna eſt ſubſtãtia trium: diuina ipſa natu
ra que di eſſentia: vt nihil ibi diuiſuꝫ: nihil
ſeceſſibile eſſe aliqs ſuſpiceť. Lꝫ ergo tres
pſone ſm ſubſtãtiam dicanť: lꝫ eſſentia pſo
naꝝ ſm ſubſtãtiaꝫ dicať: hoc tñ intereſt ꝙ
nomen pſone ꝑlatum in plurali numero
pluralitatẽ indicat: ſingularitateꝫ deuitat
⁊ nomen ſubſtãtie vnitatem retinet nihil
ſciſſionis aut diuiſiõis admittẽs. Quãuis
inq̃ꝫ pſone ſm ſubſtãtiam dicte ſint: ⁊ quã
uis eſſentia ſm ſubſtãtiam dicta ſit: hoc tñ
intereſt ꝙ nomen pſone pluraleꝫ admittit
numeꝝ: ita vt tres eſſe dicantur: eſſnetia
vna trium modis oĩbus execrat ſciſſionẽ:
nõ q2 nomen iſtud hꝫ hoc in ꝓprietate ſui:
ſꝫ q2 ita poſitum eſt a prĩbus vt eſſet quo
reſpõderemus hereticis querẽtibus a no/
bis: que tria? vel qd vnum? q̃ꝫuis melius
quereremur: quõ vnum tria? ⁊ tria vnuꝫ?
q̃ꝫ que tria ſint ⁊ qḋ vnũ? q2 nõ aliḋ eſt ibi
vnũ: ⁊ aliud tria: ſꝫ ad aliḋ. Nõ aliḋ dixiſꝫ

ad aliud: quia ipſe quidem tres perſone ſunt vnum: ⁊ hoc vnum ipſe tres perſone: ⁊ tamen ad aliud dicte ſunt ibi tres perſone: ad aliud vna ſubſtantia vel eſſentia: quia illud dicitur vt intelligantur etiam tres: iſtud vt intelligatur quod ipſi tres non ſunt a ſemetipſis aliqua partium ſciſſione diuiſi. Neque enim aliqua pars eſt ibi pater ſicut radix arboris: que quodammodo a nullo eſt: alia filius vt ſurculus: quia a radice in qua ⁊ manet: aſcendit: alia ſpiritus ſanctus ſicut cortex que pertinet ad vtrunque: quia nulla corporalis imago poteſt ſummam illam exprimere vnitatem in qua non eſt minus aliquid in ſingulis quam in tribus: quamuis ſi illa tria que proprijs exprimuntur vocabulis non ſunt tres arbores: ſed vna arbor: quid mirum ſi tres perſone dicuntur eſſe pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ tamen vnus deus: vna eſſentia: vna natura? Ubi enim vnitas ibi gaudium: ⁊ vbi diuiſio ibi meror. Quocirca ſi illud gaudium inextimabile eſt: reſtat vt illa vnitas ineffabilis ſit. Sed ſi trinitas perſonarum in cornibus deſignata eſt: in quo vnitas? Nam multum intereſt inter aſſignationem trinitatis ⁊ aſſignationem vnitatis: ⁊ non eodem pondere rationis demonſtratur vtrunque. Non enim inuenio aliquod quartum quod poſſim oſtendere ſciſſitanti: quomodo oſtendimus illa tria: ⁊ ideo neceſſe habemus reducere mentis oculos ad tres ipſas perſonas: in quibus aſſignauimus trinitatem ⁊ dicere tria ipſa eſſe vnum: eſſe vnam ſubſtantiam: vnum deum: quomodo vt non rem ſimilem: ſed diſſimilem dicam: tribus Juda: ⁊ tribus Beniamin: ⁊ tribus Leui: que remanſerunt filijs David: ⁊ templo domini: vnus ſimul populus dicte ſunt. Neque enim cum dico: vnus populus: quartum aliquid aſſigno: ſed dico quod vnitas eſt in tribus illis: eo quod non ſint ſciſſe vel diuiſe a domo David quomodo relique decem tribus. Quid ergo cum ita ſit: quid poſſum oſtendere cum interrogor de vnitate: niſi quod vas ipſum in quo ſunt tria cornua: vnum eſt. Quia tamen aliud eſt eſſe vnum: aliud eſt eſſe diuiſum: ſiquidem hec duo contraria ſunt ſibi adinuicem: videntur quodammodo hec duo contraria pugnare aduerſus illa tria: dum mera vnitas vnit illa tria: vt loquar improprie: mathematice numerat: apta diuiſio ſcindere ⁊ partire. Igitur nec per hoc quod dicitur aliquid vnum eſſe: nec per hoc quod dicitur aliquid eſſe diuiſum notatur aliqua ſubſtantia: ſed ſunt quedam voces intellectuales: quibus innuitur aliquam ſubſtantiam eſſe diuiſam: aliquam eſſe indiuiſam ſimpliciter. Igitur nec vnum eſſe nec diuiſum notat aliquid ſubſtantiuum: ſed ſunt quedam voces intellectuales quibus innuitur aliquam ſubſtantiam eſſe vnam: aliquam eſſe diuerſam. Tenuit autem horum vnum Arrius: alterum catholici tenent. Nam vox ipſius Arrij ſciſſionem ſonabat: que poſſet notari in tribus virgulis a ſeipſis diſtinctis.

Figura Arrij ſic. 

Figura catholicorum 

vox catholicorum vnitatem: que notatur in figura triangulata. Uerum quia aliud intelligimus in ipſa ſimplici natura: cum dicimus deum eſſe trinum: aliud cum dicimus trinitatem eſſe vnum deum: non incongrue infra ipſa tria cornua pſalterij: figura quedam rotunda fieri conſueuit: vt in ipſa: videlicet: rotunditate intelligamus veriſſimam vnitatem ſubſtantie. Igitur figura ipſa rotunda que manet media inter tria cornua: non eſt accipienda quaſi ſubſtantia: quia nec eſt. Eſt enim ſubſtantia totum vas: ſed quaſi quedam vox materialis predicans totius vaſis (hoc eſt) ſubſtantie vnitatem: ne quis cum audit trinum: putet eſſe diuiſum. Igitur ⁊ ſi tria cornua trinitatem predicant: ⁊ circulus vnitatem: non ideo tamen ſicut tria cornua tres perſonas: ita orbiculus ille: quartum aliquod deſignat: quaſi diuina eſſentia quartum aliquod ſit. ſed innuit tamen trium perſonarum vnitatem: ⁊ tantam vnitatem: quanta in nulla re ſimili inueniri queat: ⁊ in ipſis cornibus ſimile aliquid notari queat: ſi id quod eſt in eis extremum vel acutum: pro voce accipitur materiali: vt neque in



neque in quo dicitur trinum: quod vnum eſt: neque in quo dicitur vnum quod trinum eſt: patiatur veritas detrimentum: propter hoc enim cum ſint tres perſone: vna ſubſtantia dicte ſunt: quomodo tria cornua illa: vna res: vna ſubſtantia: ⁊ vnum vas: quomodo autem dixi ſimilitudinarie quid non cauſatiue: quia aliud eſt dare imaginem: aliud eſt exprimere cauſam. Ubicunque ergo occurrit: vt ita poſitum ſit: quomodo: vel ſicut: ſic accipiatur vt intelligitur his qui ſcribit: quia (vt ait vir sereniſſimus Sanctus Hylarius in libro de Trinitate) non ſermoni res: ſed rei eſt ſermo ſubiectus: oportet enim lectorem diſcutere ſcribentis intentionem: non improprietatem verbi: que vix in tam altis rebus pro loquendi inopia ſeruari poteſt. Si enim quartum aliquod eſſet eſſentia diuina: non dicerent ſancta animalia: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: ſed dicerent ſimul o tres Sancti: ⁊ poſtea ſubiungerent: dominus Deus omnipotens: quia illi tres: ⁊ iſte vnus. Sed quia ideo dicitur vnus deus: quia non ſunt diuiſe tres perſone: ſicut nec tria cornua vaſis huius: dicitur quidem ſemel: Sanctus: propter patrem: ſemel propter filium: ſemel propter Spiritum Sanctum: ⁊ ad extremum datur cauſa: quare non ſunt auſi dicere: o tres Sancti: cum addatur in fine: dominus Deus omnipotens. Quapropter ⁊ ſi cornua ipſa pſalterij: indiuiſa ſunt ⁊ totum ſimul poſſident ipſa tria: ita vt extra ea non ſit aliquid exigendum: ſed totum fatendum ⁊ confitendum: quia tria vnum ſunt: extremitates tamen eorum videntur ⁊ ipſe: ſicut ⁊ circulus voces eſſe materiales: vt quomodo extremitates ipſe indicant tria cornua: ⁊ rotunditas vaſis integritatem: ita tres ipſe extremitates videantur clamare: Sanctus: Sanctus: Sanctus: rotunditas autem: dominus Deus Sabbahoth: quia ⁊ quod acutum eſt: perſonam indicat: ⁊ quod rotundum non vnius perſone: ſed ipſarum trium perſonarum veram ⁊ ſimplicem vnitatem. Scimus enim quod in circulo: nulla eſt anguli differentia: ſed eſt quodammodo circulus ſumme vnum. Si hoc de aliqua re preter quam de Deo dici poſſit: eo quod res rotunda tota ſimul in ſeipſa eſſe vniformem videatur: ⁊ non ſit in ea aliquid quod angulis: ſiue cornibus oſtendatur diuiſum. Si ergo ſic eſſet Deus in ſubſtantia vnus vt non eſſet trinus in perſonis (quod falſum eſt) ei profecto figura vnius virgule: ⁊ neque figura rotunda: neque triangulata in tanto myſterio conueniret. Et ſi ita eſſet trinus vt non eſſet etiam vnus Deus: ſic ei conueniret figura trium virgularum: vt ei neque triangulata: neque rotunda conueniret. Quia vero in perſonis trinus eſt ⁊ in ſubſtantia vnus: neque vnius virgule: neque trium maxime inequalium ⁊ disiunctarum ei in myſterio conuenire dignoſcitur: ſed potius triangulata pariter ⁊ rotunda: iuxta quod in libro Apocalipſis: ipſe ſibimet teſtimonium perhibet: dicens. Ego ſum Alpha ⁊ ω. ſecundum hoc enim forma Pſalterij decacordi vtriuſque huius elementi figuras demonſtratur habere. A. O. Siue Apoca. ergo extremitates trium cornium: ſiue triangulatum elementum: quod grece dicitur Alpha: nihil aliud ſonat quam Sanctus: Sanctus: Sanctus: ⁊ ſiue rotunditas illa que inter tria cornua ſculpta eſt: ſiue elementum rotundum: quod eſt. O. nihil aliud reſonat quam dominus Deus omnipotens: tibi eſt gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Apoca.

Hylari. (margin)

¶ Explicit Diſtinctio prima. Incipit Diſtinctio ſecunda libri primi.

Quia vidimus annuente Deo: quomodo tres perſone ſint vnus deus: ⁊ vnus deus tres perſone: ſupereſt querere ⁊ inueſtigare: quomodo totus pater intelligatur eſſe in filio: ⁊ totus filius in patre: ⁊ totus Spiritus Sanctus in patre ⁊ filio. Ut autem (preſtante domino) dari

queat:recurrendum eſt ad exempla. Neque enim quod ſcriptum eſt de rebus humanis:longe diſſimile eſt a diuinis: alienum eſt a fide per diſſimiles ſimilitudines aſcendere ad notitiam creatoris:nec diuerſum a ratione aſſignare aliquid in diſtantibus rebus:quod longe altius veruʒ eſt: cum hoc aſſeritur in creatore. Nam ſi lux candele que deficit ad momentum: lux quomodolibet dici poteſt: quanto id verius dicitur de luce Solis:que tam indiſſimiliter maior eſt:⁊ non ad horam deperit vt lux cādele:ſʒ ɔtinua manet? Sic ſi ꝗ creatura dr̄ aliqd qđ ſit bonū ⁊ felix:neceſſe eſt vt dicat̄ verius de eo qui ſine q̄litate aut q̄ʒtitate:bonus ⁊ felix eſt:h̄n̄s eſſentialiter in ſeipſo ꝙ cōicet ex ipe electis ſuis:ſicut per imaginem ⁊ ſilitudinē ſuam:ſicut ꝑ grē largitateʒ. Quocirca:q: ipſe in vnitate trinus eſt:q̄ſiuit ſemp ⁊ queret:q̄uo plures homines ⁊ diuerſi populi conueniret in vnum: ſciens ꝙ nulla poſſit eſſe felicitas vbi ſciſſio ⁊ diuerſitas eſt. Omne eniʒ Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Inde eſt ꝙ filius orat pro electis ſuis vt ſint vnum ad ſue ⁊ patris ſui ſilitudinem vnitatis: dicens ſic. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi:
Joan. vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. Et hoc quidem de Apoſtolis. Deinde poſt pauca que retulit:adiecit ⁊ ait. Non pro his rogo tantum: ſed ⁊ pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum ſint:ſicut tu Pater in me:⁊ ego in te: vt ⁊ ipſi in nobis vnum ſint. Et paulopoſt. Ego claritatē quam dediſti mihi dedi eis vt ſint vnum ſicut ⁊ nos vnum ſumus. Certe audiuimus ex verbo veritatis q̄uo nos velit filius eſſe vnū ad imagineʒ ⁊ ſilitudinem illius vnitatis:qua ipſe ⁊ pr̄ vnū ſunt. Eſt aūt vnitas iſta in ſpiritu:ſm illud qđ ſcriptum eſt in actibus Apl'oꝝ. Multitudinis aūt credentium erat cor vnū ⁊ aīa
Actuuʒ vna. Scđm huc modum vnitatis:accipiēduʒ eſt illud qđ Apl's ait. Qui adheret domino: vnus ſpūs eſt. Hac ſilitudine vſus eſt Auguſtinus in aſſignatione vnitatis Augu. inter Patrem ⁊ Filium: dicens. Sic dicatur Deus de Deo: vt ſingulis hoc nomen: Deus: conueniat. Sed quare dicens illud Auguſtinus addidit iſtud: ni Augu. ſi quia ſicut multum differt inter diuortium ⁊ ɔiunctionem:ita multum intereſt inter ɔiunctioneʒ diuerſaꝝ naturaꝝ:⁊ naturaleʒ vnitatē illaꝝ reꝝ:que nec naturaʒ habent diuerſam:nec ſb̄am:vel eſſentiam partium ſciſſione diuerſam. Quocirca ſi de diuiſione ipſa agitur in primo loco: de coniunctione in ſecundo: de ſimplici vnitate in tertio: liquet ꝙ ſciſſio diuiſionem facit: coniunctio vnitatem quidem: nec tamen ita ſimplicem in vna re quomodo in alia:nec ita in corporalibus rebus quomodo in ſpiritualibus. Quis enim poſſet ita coniungere corpus alicuius hominis corpori alterius: quomodo coniungitur ignis igni: vt quamdiu ita manet coniunctus:nulla ibi diuiſio ineſſe videatur? Quanto magis autem ſic adheret ſpiritus ſpiritui: vt vnus ſpiritus ſit? Quanto ineffabilius vna ſubſtantia ſunt ⁊ vnus ſpiritus:ſiquidem Deus ſpiritus eſt:tres perſone Deitatis: que non ex tempore ſunt coniuncte: ſed ſemper in ea vnitate in qua ſunt: manent ſimul tote ⁊ indiuiſe. Ergo quia ineffabilis vnitas in trinitate eſt: ita vt in Patre ſit filius: ⁊ in filio Pater: ⁊ in eis illorum compar ſpiritus ab vtroq; procedens: ad ipſius beatitudinem pertinet vnitatis: vt quicquid ibi dicitur ſm ſubſtantiam: ideſt: quicquid ibi dicitur ꝙ ſubſtantiam alicuius perſone demonſtret: totum dicatur eſſe vel in Patre: vel in Filio:vel in Spiritu Sancto: dicente Auguſtino. In Dei ſubſtantia quicquid excogitari poteſt:ſubſtantia eſt: ⁊ nihil eſt in Deo ꝙ non ſit Deus. Eſt enim ſubſtantia genita: in ingenita ⁊ econuerſo:⁊ nihilominus procedens ſubſtantia ingenita:⁊ in ingenita:⁊ econuerſo:ita tamen vt propter ſummam vnitatem:ſic alia perſona dicatur:⁊ ſit ſub



ſtantia ingenita:alia ſubgenita:alia procedens: vt tamen ſimul tres perſone non ſint tres ſubſtantie: ſed vna ſubſtantia. Pſallamus ſuper hoc in vaſe celeſti:⁊ qđ in eo ſit repoſitum: de tanto myſterio videamus. Pſalterium (vt ſepe diximus) vnum eſt inſtrumentum:⁊ tamen in ipſo tria cornua ſunt:non vnum. Non autem ita ſunt tria cornua inſerta ſiue ſculpta in ipſo:vt aliud ſit Pſalterium:⁊ aliud tria cornua eius:ſed illud idem. Quomodo illud idem? Quia totum Pſalterium:tota tria cornua:⁊ tota tria cornua totum pſalterium:⁊ tantum continet vnum cornu: quantum ſimul tria. Uerum ⁊ ſi ſic vna eſt in tribus ſubſtantia ipſa: que vocatur Pſalterium: vt tamen ſingulum cornuuʒ habeat ſm aliquid ꝓprietatem ſuam:nec vnitas tamen ſingularitatem infert: nec ſingularitas cuiuſcunq; trium vnitatem excludit. Quare? Quia meta ⁊ diſtinctio vniuſcuiuſq; cornu non poteſt inueniri niſi in plenitudine aliorum. Quocirca dādа eſt vnitas vniuerſitati Pſalterij: cuiuſlibet autem perſone:ſingularitas alicuius trium. Singularitas autem dico non (quod abſit) vt aliqua pſona intelligatur ibi eſſe ſingularis:cuʒ hoc ſit ibi omniuʒ: quod vnius (dicente Domino.) Et tua Pater mea ſunt: ⁊ mea tua ſunt: ſed ad differentiam vnitatis (hoc eſt) vnius ſubſtantie trium perſonarum:ne quis (quod abſit) ſic accipiat vnam trium perſonaruʒ eſſentiam:quomodo eſſentiam cuiuſcunque perſone: cum ibi nomine eſſentie intelligamus ſimul:ingenitum:⁊ genitum: ⁊ procedentem: hic aut ſolum Patrem: aut ſolum Filium: aut ſolum Spiritum Sanctum: Cum enim dico vnam ſubſtantiam: tota ſimul tria cornua complector in vno vaſe:ac ſi vnum pſalterium:vnaʒ ſubſtantiam nominarem. Cum autem dico tres perſonas:non quia tres perſonas nomino:ſciſſionem facio vnitatis:ſed diſtinguo quid pertineat ad ſingulam perſonam. Deinde ſi tria cornua ipſa quero metis diſtinguere:non ſufficio:quia ꝙ dicere ſicut eſt: non eſt facile tria illa eſſe ſigillatim intueri:⁊ tamen tria vnum:⁊ vnum tria:⁊ duo in vno:⁊ vnum in duobus: ⁊ alterum in altero:ita vt non ſint plus tria ſimul q̄ʒ vnum:nec vnum minus q̄ʒ tria. Qui poteſt capere capiat. Qui autem nō capit iſtud quod deorſum eſt:⁊ oculis corporeis videri poteſt:quomodo valebit capere quod videri non poteſt? Uerumtamen ne ſe aliquis de difficultate excuſet: dabimus operam pro poſſe noſtro facere facilia que difficultatem minantur. Quāuis autem Deus omnipotens ſine quantitate magnus ſit:res tamen quibus eum aſſimilando intelligere querimus:quantitate:neceſſe eſt:terminentur: alioquin figure ipſe incomprehenſibiles forent:ſicut ⁊ ipſe incomprehenſibilis eſt:qui ꝓpterea ſenſus noſtri acumen ⁊ capacitatem excedit: quia ipſe incircunſcriptus ſpiritus eſt: nos autem locales ⁊ circunſcriptibiles ſumus. Omnis ergo res que cingitur meta:de ſpatij ſui quantitate:conſideranda eſt:vt eſt ciuitas infra muros:vinea circuncincta maceria:⁊ his ſimilia. Nunc ergo conſiderare eſt ſepe ſcriptam figuram quam eſſe diximus triangulatam cuiuſmodi ſint exitus cornuum eius: ⁊ quali ſint ſpacio terminandi. Forraſſis etenim in hac figura ita neceſſaria cornua tria illa vocaui:quomodo Pater:verbum:⁊ Spiritus Sanctus neceſſitate loquendi: tres pſone a patribus dicti ſunt:nō inuenientibus cōe nomen qđ eis pluralr̄ ɔueniret. Nō igit̄ tria illa que vocaui cornua ſic intelligas: vt illoꝝ tm̄modo extremitates accipiendas exiſtimes:ſʒ q̄ʒtum due linee capiūt ex aduerſo ſimul ɔcurrentes:ad angulum. Quapp ſi incipiēs a principali cornu q̄ʒtitateʒ ipſius cornu que dilatat̄ deorſum vſq; ad limitem ſuum:vigilāter attēdas:videbis cornu ipſum occupare totū: qđ trium eſſe videt̄:nullum preiudiciū in ɔcurrētibus alijs:qn minus ⁊ ipſa id ſint pariter qđ fuerunt. Silr̄ ⁊ in ſecundo cor

nu: primum ⁊ ſecundum totaliter ſunt: ⁊ in tertio pariter ſecundum ⁊ primum. Tantum eſt ergo vnum cornu: quantum ſimul tria: ⁊ duo in vno: ⁊ vnum in duobus: quod oculis contemplari melius q̃z verbis intimare valemus. Inde eſt ꝙ perfectus Deus pater: perfectus Deus filiꝰ ⁊ perfectus Deus Spiritus Sanctus:
Bern. perfectus Deus tota Trinitas predicatur: quia (vt ait Beatus Bernardus: cuius ſupra fecimus mentionem) deus verus trinitas eſt: deus verus ſingula perſonarum. Sed hinc penſet vnuſquiſq; q̃z promptus debet eſſe ad fidem dei: q̃z facilis ad credendum quod teſtantur Scripture de domino Deo creatore ſuo: ⁊ quod nobis patres catholici crediderunt: quando vmbra veritatis inexplicabilis eſt. Si enim illud inexplicabile eſt quod myſterio ſeruit: quis de veritate ipſa que deus eſt loqui ſe poſſe digne: aut ſufficienter confidat? Satis eſt nobis videre ſudarium quod fuerat ſupra caput Jeſu: explicare nobis illud nō licet vſq; forte ad diem illum in quo illud dominus ipſe explicādum conſtituit. Cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Explicit Diſtinctio ſecunda. Incipit tertia.

Quod de ſimplici illa natura que deus eſt: a patribus catholicis: ⁊ orthodoxis: nobis traditum eſt: ſubtili eſt ſcrutatione penſandum: quomodo in deitate trinitatis: quicquid eſt potens: quicquid eminens: quicquid glorioſum: aut felix: totum eſſe dicatur: credatur ⁊ intelligatur cuiuſcunq; pſone: ita vt plenitudo ipſa diuine ſublimitatis: non minor ſit in ſingulis q̃z in tribus: immo vt quod trium eſſe dicitur: non per ſingulas perſonas: diuidatur in partibus: ſed totum ſit integre ſingulorum: excepto ꝙ proprium eſt patris: eſſe patrem: proprium filij eſſe filium: proprium ſpiritus ſancti eſſe ſpiritum ſanctū. Nam ſi hoc eſt ibi ſinguli quod ſimul trium: propter ineffabile vinculuꝫ vnitatis: quomodo maius aliquid habere ibi poſſunt tres ſimul q̃z ſinguli? Ut enim loquamur aliquid de vſu humano. Si aliquis Rex aſſumeret in ſocietatem Regni: ſiue (vt accidere potuit) filium ⁊ nepotem: ſiue aliquem alium de ſanguine ſuo: dans illis in omnibus omnem plenitudinem poteſtatis: quatenus ſimul tres: ſimili honore venerarentur ab omnibus: in quo minus honoratus eſſet vnus q̃z ſimul tres: aut ꝙ magis poſſent in Regno tres ſimul q̃z ſingulus eorum: cum ea potentia dominaretur ibi vnus: qua ſimul tres: ⁊ eo honore quo tres ſimul frueretur vnus? Ceteruꝫ ſi res diuerſe conferuntur ſimul: multum intereſt inter res corporeas ⁊ incorporeas ⁊ ſpirituales. Certe ſi in aream pergis laturus triticum: ſi ad torcularia vinum: ſi demuꝫ ad fontem hauſurus aquā: cauſaris non immerito ⁊ ſollicitaris de vaſe: ne forte ſi paruum eſt minus afferas q̃z res aut neceſſitas expoſcit. Si autem carbones ignis ad ſuccendendam ſtipulam: ſiue ligna ferre queris: nonne in ferendis illis fruſtra de quantitate cauſaris: quum tanta virtus ſit in vno carbone quanta in tribus: ⁊ non magis ſuccendatur ex tribus q̃z ex ſingulis: etiam ſi id quod cernitur oculis: maius in tribus q̃z in ſingulis eſſe videatur. Neq; enim quantitas corporalis rei aſſimulanda eſt Deo: ſed quantitas virtutis. Alioquin ſi aliquid intereſſe vis inter tres carbones ⁊ vnum: fatemur ⁊ nos in perſonis deitatis: dicentes plures eſſe tres perſonas q̃z duas: nec tamen maioris potentie: aut virtutis: quia id poteſt ſingula quod ſimul tres. Si autem inter aquam ⁊ ignem tanta inequalitas eſt: quantam inter ignem ⁊ Deum eſſe putas? maxime cum vnuſquiſq; triuꝫ ſine quantitate magnus ſit: ſine indigentia creator? Si enim maius aliquid eſſent tres q̃z ſingulus trium: haberet profecto terminum immenſitas ſingulorum: ac per hoc nullus oīpotens. Si autem ſingulus



eoꝝ ſine quantitate magnus eſt: quomodo poſſunt maius aliqd eſſe tres q̃z vnuſquiſq; eoꝝ: quum ea magnitudine ſit qſq; magnus in ſemetipſo: qua maius aliqd eſſe nō pōt? Hoꝫ enim ⁊ iſtud ſimplicitas illa in qua non eſt aliqua partium ſiue diuiſio voluntatum: ſed ſumma vnitas ⁊ inſciſſa maieſtas. Ut enim a ſupernis illis redeamus ad ima noſtra illud boni ſemp ⁊ vbiq; habere vnitas ↄſueuit: vt qđ ſinguli eſt proprium plurimum faciat eſſe cōe. Si autem id agit per hoc bonum vt id habeat ſingulus qđ habent omnes: qđ poſſunt habere omnes qđ non habeat vnus? Uerum hoc apud hoīes. Apud deum autem non agit hoꝛ quicq̃z: ſed eſt id qđ eſt: ad cuius ſummi boni ſilitudinem formanda erit rationalis creatura: non in plenitudine maieſtatis aſſumpta: ſed ad imaginem ipſius participatione gratie ſublimata. Tanta vero vnitas eſt in ſumma illa trinitate: vt id habeat maieſtatis ſingulus qđ habent tres: hoc poſſit ſingulus qđ poſſunt tres: excepto ꝙ hoc pater hꝫ a nullo: filius a patre: ſpiritus ſanctus a patre ⁊ filio: non largitione gratie: ſed ſimplicis veritate nature: Neq; enim pater: q᷑ voluit: genuit filium ſicut omnia que voluit fecit in celo ⁊ in terra: ſed ſicut ipſe ſemp eſt: ita ⁊ filius cum ſpiritu ſancto ſemper eſt apud eum: qui idcirco ipſius patris p̄dicatur equalis: q᷑ ſicut pater eternus eſt: ita ⁊ filius coeternus. Q᷑ vero idem filius cum ſpiritu ſancto non eſt ſeparatus a patre: ſed ſemp manet cum eo ⁊ in eo in vnitate perfecta: nec pater potuit amittere qđ dedit filio ⁊ ſpiritui ſancto: nec ipſi poſſunt non habere quod viſum eſt ſteriſſe in ꝓprietate paterna: ſi tn̄ aliqua datio aut proprietas in illa eterna vnitate eſſe poteſt: niſi intelligatur quomodo eſſe poſſit: ſm̄ ꝙ ⁊ vir ſereniſſi-
Augu. mus Auguſtinus luculenter exponit. Dicit enim filius de ſeipſo. Sicut pater hꝫ vi-
Joānis tam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo. Et de ſpiritu ſancto. Ille me clarificabit: q᷑ de meo accipiet. Qualiter autem hoc ⁊ ſimilia intelligēda ſint: per multa ⁊ prolixa verba Auguſtinus exponit. De illis autem proprietatibus que ſic eſſe videntur ſingulorum proprie: vt tn̄ inueniantur communiter ꝑmanere in tribus Et ipſe: ⁊ alij multa loquuti ſunt. Nõ Nulli vero ſequentes iſta tria quibus perficiuntur omnia: vꝫ: poſſe: ſcire ⁊ velle: patri attribuerunt potentiam ſm̄ illud libri Job. Job. Deus potentes non abijcit: quum ⁊ ipſe ſit potens. Et illud ſacratiſſime matris domini. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Sapientiam filio: de quo dicit Paulus. Nos predicamus Chriſtum dei virtutem ⁊ dei ſapientiam. Uoluntatem vel amorem: ſpiritui ſancto: quod volunt eſſe intelligendum: vbi dicitur per pſalmiſtam. Ps. Uita in voluntate eius. Et vbi dicitur per Joannem. Joānis In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniaꝫ filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundum vt viuamus per eum. Et notandum ꝙ ſapientia dicitur ⁊ fortitudo dei: charitas dei: amor vel dilectio dei. Et his ſimilia ſepe reperiūtur in diuinis eloquijs: ⁊ per hec ſpiritus ſanctus intelligitur. Potentiam vero dei non me recolo alicubi legiſſe: ſed tm̄ potentem ⁊ omnipotentem: ne forte q᷑ ſubiūgitur: dei intelligeret filius: aut ſpiritus ſanctus: ſicut intelligitur filius nomine ſapiētie dei: ⁊ ſpiritus ſanctus nomine amoris dei. Si tamen ⁊ hoc ipſuꝫ ſtudioſus lector in ſcripturis ſacris inuenerit: noſcat ibi nomine potentie: filium eſſe intelligendum: quia quo tendit modo impetus noſter: id omnino dicturi ⁊ probaturi ſumus ꝙ quicquid in illa ſimplici trinitate dicitur ſm̄ ſubſtātiam: ⁊ videtur eſſe ꝓprium alicuius perſone: ſic intelligendum eſt ſm̄ aliquid eſſe proprium alicuius perſone: vt tamen velut in genere oſtendatur eſſe cōmune. Uerbi gratia. Pater dictus eſt potentia: quia faciens iudicium de peccatoribus: ſemper ſe oſtendit inuictum. Filius dictus eſt ſapientia: q᷑ noluit potentia vincere: ſed humilitate. Spiritus ſanctus di-

ctus eſt amor:q̄ qui plene amat aliquem:
dat et quem diligit ⁊ ſe ⁊ omnia ſua. Pro/
pter hoc quippe ⁊ donum ⁊ donator eſt
ſpiritus ſanctus:q̄ ⁊ ſe dedit ⁊ ſua:quam/
uis horum vnum magis ad patrem ⁊ fi/
lium:qui dederunt eum videatur referre.
Et ſi hoc catholice dici poſſit:nec tamen
q̄ ſeipſum dedit ſeipſum miſit:vt nonnul
li delirant:quia miſſio ad euꝫ pertinet tm̄
qui alium vel aliud mittit: donatio ⁊ ad
eum poteſt ptinere qui mittitur ⁊ ad eum
qui mittit. De ſolo autem filio intelligi po
teſt:ꝙ ipſe ſe miſit:⁊ ab alio miſſus ſit:pro
pter gemine nature ſubſtantiaꝫ:in qua eſt
verus deus ⁊ verus homo. Nam ⁊ ho/
mo quilibet:quia in duobus conſiſtit:dici
tur emittere ſpiritum quando exit anima
de corpore mortali:pro eo.ſ.ꝙ homo inte
rior eſt qui emittitur: homo exterior qui
emittit. Fruſtra ergo conantur aliqui aſſe
rere in ſimplici: quod in gemina ſubſtan
tia a viris catholicis aſſignatur. Sed de
hoc alias. Vt autem que propoſita ſunt re
ducamus in ſummam. Ecce pater dictus
eſt potentia: filius ſapientia:ſpiritus ſan/
ctus charitas:propter ea que ſuperius di/
cta ſunt: vel ſi qua ſunt alia digna affatu:
que huic tante ſignificationi conueniant:
⁊ tamen tota trinitas perfecta potētia eſt:
tota trinitas perfecta ſapientia:tota trini
tas perfecta charitas:alioquin nullus eſſet
perfectus. Si autem ſm̄ ꝙ Auguſtinus
Augu. docet in typo memorie rationis ⁊ amoris:
vnuſquiſqꝫ eſt potentia:ſapientia ⁊ amor:
reſtat vt nihil minus ſit ſingulus:q̃ ſimul
tres. Bene ergo in figura illa triangulata
tantum continet vnum cornu: quantum
ſimul tria:quia nō maius aliquod ſunt vel
habent ſimul tres perſone:q̃ ſingula tri/
um: nec minus aliquid ſingula q̃ ſimul
tres. Ne auteꝫ videatur impoſſibile quod
ratione probatuꝫ eſt:non quidem his qui
rōnem ipſaꝫ capere queunt:ſed his qui fir
miores ſunt intellectu:conſiderandum eſt
ſaltem eis quantum differat inter creatu/
ram ⁊ creatorem: vt ſciant quid differre

queat inter humana ⁊ diuina: inter ege/
nam naturam:⁊ nullo indigentem bono/
rum omnium creatorem. Quod ſe vidiſ/
ſe refert Auguſtinus in libro de ciuitate Augu.
dei. Lapidi cuidam adhibitum eſt ferruꝫ:
⁊ mox virtus lapidis attraxit ferrum ad
lapidem:⁊ adiunxit ſe illi ita vt videren/
tur duo ipſa quadam validiſſima vnitate
ligari. Amotum eſt autem ferrum a la/
pide:⁊ appoſitum eſt ferrum ferro:⁊ inuē/
ta eſt ea virtus eſſe in ferro que erat in la/
pide: in nullo in lapide imminuta. Amo/
tum eſt autem ⁊ ferrum quod tetigerat la
pidem:⁊ appoſituꝫ eſt aliud ferrum illi fer
ro quod tetigerat ferrum:⁊ inuenta eſt ea
dem virtus in ferro:etiaꝫ in tertio gradu:
puto ꝙ ⁊ in quarto ⁊ in quinto. Si igitur
tanta eſt virtus ipſius lapidis vt propaga
ta non minuatur: quamuis non ſit in re
iſta imago patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti:⁊
ſimilitudo doni ſpiritus ſancti:quod con/
ceſſum eſt eccleſie ſancte dei. Quid miruꝫ
ſi ſine quantitate magnus eſt pater: ſine
quantitate filius:ſine quantitate ſpiritus
ſanctus: ita vt non ſit vel habeat minus
aliquid ſingulus q̃ ſimul tres. Quia ergo
non ſapientia illi deeſt:nec virtus ad pro/
bandum quod eſt:aſcendat qui poteſt in/
tellectu ad contemplandam ſpeciem cel/
ſitudinis eius: qui non poteſt admiretur
virtutem ⁊ credat: qui minus lucide in/
telligere poteſt: dicens aſſidue cum pſal/
miſta. Magnus deus noſter ⁊ magna vir
tus eius:⁊ ſapientie eius nō eſt numerus. Pſa.
Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis:⁊
magnitudinis eius non eſt finis.

¶ Explicit diſtinctio tertia. Incipit di/
ſtinctio quarta.

VEniendum eſt ad illud articulum:
ex quo pendet notitia perſonarum.
Quod vt recte fiat: principale illud cor/
nu ex quo ars tota ſumit originem:in pri/
mo loco trium quemadmodum expedit
ſtatuamus. In quo nimirum cornu: non



alius q̃ deus. pater intelligendus eſt: a
quo filius ⁊ ſpiritus ſanctus: alter quideꝫ
naſcendo:alter procedendo:id acceperunt
eſſe: quod ipſe eſt. Hec igitur principalis
perſona:in principali cornu pſalterij deſi/
gnata eſt: ꝙ quaſi principale principium
duorum eſſe videtur. Ibi enim (vt ſupra
diximus) manet initium totius vaſis: ⁊
quaſi aqua ex fonte manans: in quedam
larga maria dilatatur. Quod ergo ipſum
cornu quod principale eſt:videtur aliquā/
tum a duobus diſſimile. Illud profecto in
ſinuare videtur: ꝙ pater quidem ſicut a
nullo eſt: ita nunquam legitur ad homi/
nes miſſus: vtpote qui non habuit prin/
cipium a quo mitteretur. Filius vero cuꝫ
ſpiritu ſancto influens ciuitatem illam ce
leſtem ⁊ replens gratia ſua: nouem ordi/
nes angelorum: ac ſi cuiuſdam fluminis
impetus ſaluaturus humanum genus ad
inferiora confluxit. Venit enim querere
quod perierat: ⁊ chordam inferiorem in
qua pro chordarum diſpoſitione tota ars
terminatur ad oſtendendas diuitias boni
tatis ſue in genere humano perficere.
Quod ſi pater:ſicut a nullo eſt;ita nunq̃
legitur miſſus: filius vero ⁊ ſpiritus ſan/
ctus:alter quidem in carnis ſubſtantia:al/
ter in columba ⁊ igne: ab eo qui a nullo
mittitur:miſſi ſunt: ⁊ ita miſſi ad homi/
nes:vt eum qui ſe miſit non dimitterent:
ſed in eo ⁊ cum eo ſine fine manerent: q̃
conuenienter cornu primo locus primus
aſcribitur:duobus concurrentibus: hinc
⁊ inde: non minus eſt mirabile q̃ aper/
tum. Tradunt etiam nobis patres catho/
lici:ꝙ pater ſit principiuꝫ filij:filius cum
patre principium ſpiritus ſancti: princi/
pium ergo pater: principium filius:prin/
cipium inquam filius:de principio patre:
nec tamen duo principia:ſed vnum prin/
cipium. Similiter ⁊ ſpiritus ſanctus prin
cipium eſt: nec tamen tria principia: ſed
vnum principium. Sed cuius eſſe princi/
pium fatemur ſpiritum ſanctum? Princi
pium omnium bonorū que ab ipſo ſunt:

principium creaturarum omnium: quas
ſicut deus omnipotens ad ſuam creauit
gloriaꝫ. De hoc Auguſtinus in libro quin Augu.
to de trinitate. Si quicquid in ſe manet ⁊
gignit aliquid vel operatur: principium
eſt ei rei quam gignit:vel ei quam opera/
tur:non poſſumus negare etiaꝫ ſpiritum
recte dici principium:quia non eum ſepa
ramus ab appellatione creatoris. Et ſcri/
ptum eſt de illo:ꝙ omnia in omnibus ope
ratur ⁊ vtiqꝫ in ſe manens operatur. Non
enim in aliqđ eoꝝ ipſe mutat: ⁊ vertit:⁊
que operatur vide. Vnicuiqꝫ datur mani
feſtatio ſpiritus ad vtilitatem:alij quidem
datur per ſpiritum: ſermo ſapientie: alij
ſermo ſcientie: ſm̄ eundem ſpiritum:alij
fides in eōdem ſpiritu ⁊c. Et paulopoſt.
Omnia autem hec operatur vnus atqꝫ
idem ſpiritus: diuidens propria vnicuiqꝫ
prout vult:⁊ vtiqꝫ ſicut deus. Quis enim
tanta illa poteſt operari niſi deus? Si au/
tem omnium que operatur recte dicitur
principium:ſpiritus ſanctus:quis audeat
negare illum eſſe principium hominis
Chriſti Ieſu: ſicut ⁊ pater qui fecit om/
nia:⁊ verbum quod erat ab eterno:per qđ
facta ſunt omnia. Quod ne quis inter du/
bia ducendum crederet:tota illa operatio
noui hominis:eidem ſpiritui ſancto attri
buta eſſe monſtratur:cum dicitur. Inuen
ta eſt Maria in vtero habens de ſpiritu
ſancto: ⁊ quod in ea natum eſt:de ſpiritu
ſancto eſt. Et in euāgelio angelus ad Ma
riam. Spiritus (inquit) ſanctus ſuperue Luce.
niet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. Et in Symbolo. Credo in Ieſum
Chriſtum filium eius: qui conceptus eſt
de Spiritu Sancto ex Maria virgine. Actuz
O mira myſteria. Vnigenitus dei filius
viſitās mundum: ſic humanam naturam
in pſone vnitate ſuſcepit:vt cuius erat fi/
lius nōdum hō:eius eſſet filius factus ho/
mo:⁊ tamen hoc ſcriptura non dicit: qđ
tam clare ⁊ tam pſpicue verū eſt: ſed illud
magis dicere voluit:qđ niſi intelligatur in
ſpiritu:qualiter verū ſit non apperet. Qua

enim ratione ꝯceptus eſſe dr̄ de ſpiritu ſan
cto qui ſm̄ neutram naturam filius eſt ſpi
ritus ſancti? Scd̄m quippe diuinam natu
ram filius eſt tm̄modo dei patris: ſm̄ hu
manam: Abrae: ⁊ Dauid: ⁊ aliorꝝ quos ex
maiori parte ſcriptura ſacra cōmemorat.
Sed facile iſtud ſoluitur: ſi verbi apoſtoli
ci memoramur dicētis. Factus eſt primus
Adam in aīam viuentem. Scd̄s Adam in
ſpiritum viuificātem. Ecce reſpice: Adam
hō terrenus: Chriſtus celeſtis: Adam ho/
mo aīalis: Chriſtus ſpiritualis. Quare? q̄r
illi data eſt aīa que eum viuētem faceret ⁊
agentem. Huic non ſolum aīa data eſt: ſed
⁊ ſpiritus dei viui. Nō ſolum inquam aīa
vacua inanis: ſed plena gratia ſpiritus ſe
ptiformi: nimirꝫ q̄r vt aīa corpus: ita rem
nō ſimilem: ſed diſſimilem dico: ſpiritus
ſanctus viuificat aīam creatam ad imagi/
nem dei: quorꝝ alterꝝ primo homini datuꝫ
eſt: alteruꝫ ſcd̄o: vt qui ad primi hominis
imaginem aīati ſumus: viuificari ad ima/
ginem ſecundi: gloriemur in ſpecie glorie
ciuitatē pertineat ternarius numerus ad
totam quinarius ⁊ ſeptenarius. Primo. n.
conſideranda ſunt tria: vici ſub vrbana ⁊
vrbs: deinde in ſtructura murorum conſi/
derande ſunt duodecim partes: que diſtin
guuntur portis ⁊ fundamentis. Et enī qui
que ⁊ ſeptem duodenarium numerum cō
ſiſtere manifeſtum eſt: quibus addita tria:
quindenarium perficiunt. Differt autem
inter tria prima ⁊ duodecim ſequentia: q̄
illa tria generalia ſunt: iſta duodecī ſpecia
lia. Vt autem hoc totum factum eſſe lique
at ad imaginem dei: iam nunc lipidius cō
ſiderare libet ꝙ in his tribus numeris cō/
tineatur myſterium deitatis: ⁊ ita vt videa
tur poſſe ſufficere ad omne: quare ⁊ enim
ternarius: pertinet ad tres proprietates
perſonarum: ſm quas vnaqueq̄ perſona
intelligitur per ſe ſubſiſtere: ⁊ non eſſe alia.
Quinarius ad quinq̄ relationes. Septe/
narius ad ſeptem modos: quibus dicitur:
deus ad ſe. Siquidem per tres proprieta/
tes intelligimus tres diſtinctas perſonas.
Per quinq̄ relationes intelligimus qui a
quo: vel quis a quibus. Per ſeptem mo/
dos quibus dicuntur ad ſe ipſe perſone in
telligimus perfectionem vniuſcuiuſq̄ per
ſone: ⁊ duarum ſiue trium perfectiſſimam
vnitatē. Et hoc quidē ſm Anagogen. Mo
raliter autem ternarius ad illa tria exerci/
tia q̄ ptinēt ad tres ordines ſupraſcriptos.
Quinari⁹ ad quinq̄ vtutes: quarū ſupraſeci
mus mētione. Septenarius vero ad ſeptē
virtutes anime naturales. Sed de hoc in
ſequentibus. Primo autem oſtendi opor/
tet quomodo ternarius vel potius tricena
rius numerus pertineat ad trinitatem.
Quinarius vel quinquagenarius: ad quin/
q̄ relationes: Septenarius vel ſeptuage/
narius ad ſeptem modos quibus dicitur:
deus ad ſe: Quatenus in centum quinqua
ginta pſalmis oſtendatur nobis iter veniē
di ad perfectionē catholice confeſſionis: ⁊
in quindecim gradibus memoratis in hoc
opere ingrediendi additum ad ſancta ſan/
ctorum. Amen: Primo itaq̄ in fundamen
to fidei noſtre ſtatuenda eſt trinitas ipſa:
que eſt id quod eſt: deus .ſ. Abraam: ⁊ De/
us Iſaac: ⁊ deus Jacob: ſm ꝙ ſignificatū
eſt in tribus illis angelis qui apparuerunt
Abrae: (hoc eſt:) vt ante omnia credamus
eſſe tres perfectas perſonas: non diuiſas:
ſed diſtinctas proprietatibus ſuis. Deinde
eſſe vnam perſonam ab vna ⁊ aliam a dua
bus: ⁊ ab ipſis tribus ſeptem ſpiritus ipſi/
us domini miſſos in omnem terram: ſm
ꝙ in quinq̄ relationibus contineri ſubſe
quens tractatus ⁊ imagines docent. De/
inde eſſe ſingulam perſonam verum deū:
⁊ duos ſimul vnum deum: ⁊ tres pariter
vnum deum. Igitur locus eſt: vt agentes
de trinario numero: premiſſis competenti/
bus figuris: ad intellectum trium perſo/
narum mentis oculum dirigamus: queren
tes pro res viſibiles intelligere inuiſibi/
lem: ⁊ per res creatas rerum omnium crea
torem.

Dicte Rei exemplum.







In hac figura oſtenduntur relationes.

In hac figura oſtenditur ſimplex vnitas.



Dicte rei exemplum.







Pater & filius hn̄t relationem ad ſpū̄z ſanctum: quia ipſi miſerunt & ipſe miſſus eſt.

Trinitas vnus deus hz relatione ad ſeptē ſpūs q miſſi ſūt ab eo ad oēm ſubditam creaturā.

¶ De myſterio trinitatis.

Gene. Manenti Abrae ſub arbore in ſeruo
re diei apparuerunt ei (vt ait ſcri/
ptura) tres viri. Dixerat autem ſuperius:
apparuiſſe deum Abrae ſed cum ageret de
modo apparitionis: tres viros apparuiſſe
ſubiunxit: quia vero interius illuſtratus ē
vidit ⁊ intellexit. Uidit tres ⁊ ipſos tres:
quaſi tres ⁊ quaſi vnum adorauit. Sed cū
illos tres quos vidit Abraam: celeſtes ſpi
ritus indutos corporali ſpecie: prout deus
melius nouit: fere teneamus. Quare non
angeli a principio ſed viri dicti ſunt. Ad vl
timum autem vnus eorum qui ſtetit ī mō
te: non angelus: ſed dominus dictus eſt.
Duo vero qui deſcenderunt Sodomam:
primo quidem angeli: deinde domini di
cti ſunt: niſi q2 vbi dicti ſunt tres viri vni
tatē trī ⁊ eq̄litatē ītimari voluit pſonarū:
vbi āt duo eoꝝ dicti ſunt angeli: q interpre
tanſ nūtij: manifeſte voluit inoteſcere: filiū
⁊ ſpiritū ſanctū mittendos eſſe ab vno pa
tre pro ſalute generis humani. Et vbi vn⁹
qui ⁊ dominus dicitur ſteteſſe in monte: a
quo miſſi ſunt duo: oſtenſum deum patrē:
non habere patrem: nec eſſe ei principium
a quo mittatur. Et vbi duo qui deſcende/
runt: domini dicti ſunt: aperte innotuit
in vnitate eos manere paterni dominij ⁊
diuine glorie maieſtatis. Unde ⁊ benedi/
Gene. ctum eſt ibi. Pluit dominus a domino: q
⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus vnus ſunt domi
nus qui pluit: ⁊ pater ſolus vnus eſt do/
minus a quo pluit. Igitur ī hac figura ap
te oſtenditur trinitas perſonarum. Sed
quia trinitas ipſa dicit in apocalipſi. Ego
ſum Alpha ⁊ ω q2 o. duobus his modis
Apoc. ſcribitur apud grecos: quod [illegible] ⁊ di/
ſtincte dicturi ſumus in ſequentibus: vt
manifeſtius quod dicitur: capiaſ: In his
tribus figuris [illegible] ⁊ diſtinctius expri
betur. Ecce enim in prima figura que dici
tur Alpha: aperte oſtenditur eſſe deū tres
perſonas et in tribus his perſonis que ap
paruerunt Abrae ⁊ in geſtis eorum aper
te oſtenditur q2 filius ⁊ ſpiritus ſanctus mit
tantur ab vno patre. In ſecunda autem q
eleuatis tribus virgulis: reſpicit ſuperius:
⁊ in tribus patriarchis: quorum vltimus
egreſſus a duobus abijt in Aram duobus
manentibus in montibus iſrael: manife/
ſte innuitur: q2 vnus ſpiritus ſanctus pro/
cedit pariter a patre ⁊ a filio. Porro in ter
tia que eſt rotunda eſſe vnum deū ⁊ vnū
dominum intimatur. Et bene vnum ē ele Ela.
mentum: ſed duplex figura quo relatio p
ſonarum deſignetur ⁊ vnitas: quia eo ipſo
quo intelligimus filium ſemp eſſe a patre
genitum: ⁊ ſpiritum ſanctū ab ambobus
indeſinenter procedere neceſſe cogimur il
lorum perfectam intelligere vnitatem: q2
q nō ſemel ſed ſemp ab alio pcedit: nō pōt
ab eo a quo exire nō deſinit: ſeparari.

¶ De quinq2 relationibus perſonarum.

Apoc. Licet in preſignatis figuris oſtendan
tur ⁊ relationes ⁊ vnitas perſonarū
quia tamen de ternario numero: qui pro/
prie pertinet ad trinitatem: plenius diſpu
tauimus: parum vero de quinque relatio
nibus: ⁊ quinq2 modis quibus dicitur ad
ſe. Locus eſt vt de ipſis relationibus pau/
lo diffuſius diſſeramus: inuenientes donan
te deo: qualiter vna perſona dicatur ad al
teram aut due perſone ad vnam: aut vna
ad duas: aut tres ad ſubditam creaturā.
Habet enim pater quandam propriā re
lationem ad ſolum filium quia vnius ē ſol
pater vnius filij: ⁊ quandam propriam ſo
lus filius ad ſolum patrem: quia vnus eſt
ibi filius vnius patris: ⁊ quandam ſimul
pater ⁊ filius ad vnum ſpiritum ſanctū:
quia duo ſunt ibi tantum qui mittāt vnū
ſpiritum ſanctum: ⁊ quandam ſimul filius
⁊ ſpiritus ſanctus ad vnum patrem: quia
duo ſunt ibi tantum qui mittuntur ab vno
patre ⁊ quandam ſimul tres ad oēm crea/
turam: quia ipſe tres perſone ſunt vnus de
us ⁊ vnus creator: de quo dicit apoſtolus.
Ab ipſo ⁊ p ipſū ⁊ in ipſo ſunt omnia: ipſi
gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculoꝝ. Am̄.
Quod qui forte minus intelligit lectum.
Ex pn̄ti pōt leuius inueſtigare figura.



| | | | |
|---|---|---|---|
| Prima Relatio | Patris | Ad filium | Quia ſolus pater genuit |
| Secūda Relatio | Filij | Ad patrem | Quia filius genitus eſt |
| Tertia Relatio | Patris ⁊ filij | Ad ſpūꝫ ſcūm | Qz ſimul ambo mittūt vnū |
| Quarta Relatio | Filij ⁊ ſpūs ſancti | Ad patrem | Qz ſimul ab vno mittūſ ab vno |
| Quinta Relatio | pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs ſci | Ad creaturam | Qz ipſi tres vnus creator ſūt |
| | | | Qui ē cōditor totius creature |

¶ Eodem modo ⁊ ſi non eque conſimili
poſſumus dicere q2 vnus Abraaꝫ habet re
lationem ad vnuꝫ Iſaac: ⁊ vnus Iſaac ad
vnum Abraam: ⁊ rurſum Abraam ⁊ Iſaac
ad vnum Iacob: quia vnus iſte a duobus
illis: ⁊ Iſaac pariter ⁊ Iacob ad vnū Abra
am: q2 duo iſti ab illo vno. Et ſimul tres
ad totum populum filiorum iſrael quia to
tus iſte ab illis tribus patriarchis: ⁊ eſt ad
huc aliquid in eodeꝫ myſterio: quod pau
lo acutiorem intellectum requirit: ſꝫ q2 a
communi relatione nulla eximitur perſo/
narum: quin aut vnus habeat relatio/
nem ad duos: aut duo ad vnum: aut tres
ad aliquid. In quo tamen modo relatio/
nis: ſola miſſio manet in cauſa: nimiruꝫ q2
vnus ē q mittit duos: ⁊ duo ſunt q mittūt
vnū: ⁊ duo ſunt q mittunſ ab vno: ⁊ vnus
ē q mittiſ a duobus: ⁊ tres ſunt q teſtimo
Apoc. niū dāt in celo: a qbus pcedūt ſeptē ſpiri
tus miſſi in omnem terraꝫ. Quis vero nul
lo modo duo procederent indeſinenter ab
vno: aut vnus a duobus: ſi non duo eſſent
vnum: ⁊ vnus cum duobus vnuꝫ: Ut hec
facilius capi queant: recurrendum eſt ad
imagines preparatas a deo: vt quod forte
nudo verbo appareret obſcurum: oppoſito
lucris ſpeculo: fiat perſpicuum ⁊ manife/
ſtum. Querimus auteꝫ intelligere quomo
do aliquando pater accipiendus ſit ſolus
cum dicitur mittere filium ⁊ ſpiritum ſan
ctum: aut quomodo ſpiritus ſanctus acci
piatur ſolus: cum dicitur mitti a patre ⁊ fi
lio: aut quomodo pater ⁊ filius credantur
ſimul vnus deus cum dicuntur ſimul mit
tere ſpiritum ſanctum: aut quomodo fili/
us ⁊ ſpiritus ſanctus credanſ ſimul vnus
deus cū dicūſ mitti ab vno pr̄e: aut quō ſi
mul tres credāſ eſſe vnus deus cū dicunſ Apo.
mittere ſeptē ſpūs ī oēꝫ terrā: ad vbificādā:
quā ipſe condidit creaturā: ne (q̄d abſit) ma/
ius aliqd exiſtimeſ duo ſimul quā ſingulus
aut min⁹ aliqd ſingulus q̄ꝫ duo ſimul vel
tres. Sane ad deſignādā excellentiā tā ar/
chani myſterij: electi ſunt ī exordio prioris
teſtamēti ab ipſo de quo ⁊ legimus creato
re: quinq2 venerabiles viri: ī qbus quinq2 iſte
relationes: ita ineffabili modo pnotate ſūt
vt nil ſuper ſit vel deſit a perfectione my/
ſterij. Sunt autem viri iſti: Abraam: iſaac:
iacob: ioſeph ⁊ Effraim: Nempe Abraam
ſpecialius pre ceteris patribus accipi con/
ſueuit: in deſignatione patris. Iſaac aliquā
do in deſignatione patris: vt ī eo loco vbi
benedicit Iacob filium ſuum: aliquando
in deſignatione filij. Iacob aliquando in Gen.
deſignatione patris: vt in eo loco vbi be/
nedicit Manaſen ⁊ Effraim: aliquando
in deſignatione filij: vt in eo loco vbi amo
uit lapidem ab ore putei: aliquando in de
ſignatione ſpiritus ſancti: vt cum dicitur.
Ego ſum Deus Abraam: ⁊ Deus Iſaac: ⁊ Gen.
Deus iacob. Ioſeph quoq2 aliquādo ſigni Exo.
ficat filium: vt in eo loco vbi venditus eſt
a fratribus: aliquando ſpiritum ſanctum:
vt vbi conatus eſt transferre dexteram ma Gen.
num patris ſuper Manaſen. Porro Ef/
fraim qui interpretatur fructificatio ſigni/
ficat ſpūꝫ ſcūꝫ qui fructificauit in gētib⁹:
ſicut ⁊ manaſſes vnigenitū dei. Igiſ abraā Gen.
ſignificat patrem. Iſaac ſignificat filiū. Ia/
cob ſpiritum ſanctum. Rurſuꝫ Iſaac ſigni
ficat patrē. Iacob ſignificat filium. Ioſeph
ſpūꝫ ſcūꝫ. Rurſuꝫ iacob ſignificat prēꝫ. Io
ſeph ſignificat filiuꝫ. Effraim ſpūm ſcūm:
ſm̄ q2 in hac figura apertius demōſtraſ.

| | | |
|---|---|---|
| Pater | Filius | Spūs ſcūs |
| Abraam | Iſaac | Jacob |

| | | |
|---|---|---|
| Pater | Filius | Spūs ſcūs |
| Iſaac | Jacob | Joſeph |

| | | |
|---|---|---|
| Pater | Filius | Spūs ſcūs |
| Jacob | Joſeph | Effraim |

Conſidera lector ter trinā figuraʒ: ⁊ diſce quare cantet eccleſia ter aū miſſam ter trinum Kiryeleiſon: quuʒ ipſi qui inuocantur non ſint niſi tres. Et enim ex hac figura colliguntur illi quinqʒ modi relationum qū quidem aperte oſtenditur in ea: ꝙ in Abraam ſolo deſignatur pater. In Iſaac ſolo deſignentur ſimul pater ⁊ filius. In Jacob ſolo pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. In Joſeph ſolo filius ⁊ ſpiritus ſcūs. In Effraim ſolo ſpiritus ſanctus. Quare autē iſtud? Ut oſtendatur: nec minus aliquid eſſe ſolus pater: aut ſolus filius aut ſolus ſpiritus ſanctus: qʒ tota trinitas: nec plus aliquid ſimul tres qʒ ſingulus trium ſed ita perfectus deus: ſolus deus genitus: vel ingenitus: vel procedens: quomodo tota trinitas vnus deus: ⁊ maxime vt ex hoc apertius oſtendatur veritas relationuʒ in deitate: qualiter. ſ. vnus mittāt duos ⁊ duo mittantur ab vno: duo mittāt vnū ⁊ vnus mittatur a duobus ⁊ ſimul tres habeāt relationem ad ſepteʒ dona ſpiritualia: que dicuntur ſeptem ſpiritus domini miſſi ī omnem terram. Sane ab ipſis ſeptem ſpiritibus non ſit reciproca relatio ad tres perſonas ſm equalitatem perſonarum: quia nō ſunt niſi tres tantum perſone deitatis a quibus ſunt ſepteʒ illa dona ſicut ⁊ cetera oīa. Neqʒ enim de ſubſtantia ſunt diuine nature ipſe diuiſiones gratiaʒ: ſʒ profecto vnus eſt ſpiritus ſanctus qui manens integer in ſingulis: dat de ſuis donis: non quantū volunt illi in quibus manet: ſʒ ſicut ipſe vult. Cum enim diceret apoſtolus. Diuiſiones gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus: ⁊ ſubiungeret. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ⁊c. adiecit ⁊ ait. Hoc autem omnia operatur vnus atqʒ idē ſpiritus: diuidēs de ſuo ſingulis ꝓut vult. Nam ⁊ propheta cuʒ diceret ſingulariter. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ꝓtinus adiecit ⁊ ait. Spiritus ſapientie ⁊ intellectus ⁊c. quatenus ⁊ vnus ſpiritus: ⁊ plura intelligerentur eſſe dona eius: quē ⁊ ipſa ſpiritus ſcriptura cognominat vt Joannes in Apocalypſi. Et a ſeptem (inquiens) ſpiritibus qui in cōſpectu throni eius ſunt. Igitur ſimilitudo patris in Abraam: Iſaac ⁊ Jacob. Similitudo filij in iſaac: ⁊ iacob: ⁊ ioſeph. Similitudo ſpiritus ſancti in iacob ioſeph ⁊ Effraim. Ita enim miro modo in quinqʒ perfectionibus iſtis: ac ſi ī quinqʒ literis vocalibus: ſacri huius myſterij continetur archanum: vt aperte oſtendatur quid ſpecialiter pertineat ad patreʒ vel ad ſpiritum ſanctum: ⁊ quid communiter ad patrem ⁊ filium: ſiue ad filium ⁊ ſpiritum ſanctum ⁊ quid communiter ad ſimul tres. Solum enim patrem ſignificat Abraam: quia a ſolo patre mittuntur filius ⁊ ſpiritus ſanctus. Solum ſpiritum ſanctū ſignificat Effraim: quia ſolus ſpiritus ſanctus mittitur a patre ⁊ filio: a quibus ⁊ procedit. Solus iſaac ſignificat duos: patrē. ſ. ⁊ filium: nec tamē duos deos: ſed vnū deū quia ipſi duo qui ſunt vnus deus deſignatus in iſaac mittunt vnum ſpiritum ſctūʒ deſignatum in iacob. Solus ioſeph filius iacob ſignificat: ſimiliter duos ſimul: filiuʒ ſcilicet ⁊ ⁊ ſpiritum ſanctum: non tamen duos ſed vnum deū: quia ipſi duo q ſimul ſunt vnus deus deſignatus in ioſeph: mittuntur ſimul ab vno patre. Neqʒ enim de miſſione illa viſibili qua dei filius factus ē homo: aut de aliquo huius ſermo eſt: ſed de illa miſſione ſpirituali: qua mittit quotidie ad beandas ⁊ illuſtrādas aīas fideles

Eſa.

Apoc.

Apoc.



ſm quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sʒ ⁊ vnus Jacob ſignificat ſimul tres patrem. ſ. ⁊ filiū ⁊ ſpūm ſctūm: nec tū tres deos: ſed vnū deū qui eſt creator omnium bonorum: viſibilium. ſ. ⁊ inuiſibiliū a quo omnia per quem omnia in quo omnia quia ipſe ē creator totius viſibilis ⁊ inuiſibilis creature. Ad hos quinqʒ modos relationum pertinent ille quinque virtutes de quibus ſuperius locuti ſumus. Quod melius apparebit ſi eiſdē qnqʒ relatiōibus qnqʒ ſua tpa coaptamus.

¶ De differentia quinqʒ temporum.

Primū tempus

In primo ſane tempore quod fuit aū legem: aſſumpſit deus Abraam ⁊ cōſtituit illum patrem multarum gentium. Erat Abraam (quod nullus ante eum feciſſe legitur patruʒ:) ſatis admodū ⁊ quaſi ſupra modum ſollicitus de herede: dicens ei qui cum eduxerat de terra ſua. Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam abſqʒ liberis: ⁊ filius ꝓcuratoris domus mee: iſte damaſcus elieʒer. Addiditqʒ Abraam. Mihi autem non dediſti ſemen: ⁊ ecce vernaculus meus: heres meus erit. Tantam vero benignitatem oñdit deus eidem Abrae ⁊ Iſaac ⁊ Jacob tribus. ſ. patriarchis: vt non tam eorum dominus: qʒ pater eſſe putaretur: reſpectu dumtaxat aliorum patrū: qui legis oneribus grauati ſunt. Sed ⁊ taʒ aperta iudicia veritatis eis a domino facta ſunt: vt non poſſent dubitare de promiſſione dei: ſed crederent firmiter promittenti ⁊ reputaret eis ad iuſtitiā. Et lʒ de Abraā ſolo ſcriptum ſit verbū iſtud: dubiū tamen non eſt ꝙ de omnibus fidelibus accipiendum ſit.

Gen.

Scdm tempus

In tempore vero quod fuit ſub lege: eductum populum de egypto: induxit dominus in deſertum: ⁊ dictuʒ eſt ꝙ angelus domini precedent iſrael. Qui vʒ angelus apparuit filijs iſrael: poſt morteʒ Joſue ⁊ ait illis. Eduxi vos de Egypto ⁊ introduxi in terram pro qua iuraui patribus veſtris: ⁊ pollicitus ſum vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum in ſempiternum: ita dumtaxat vt non feriretis pactū cum habitatoribus terre huius: ⁊ noluiſtis audire vocem meam. Ecce qʒtus erat angelus iſte domini: Qui ſe dicit eduxiſſe populum iſrael de egypto ⁊ introduxiſſe in terram ꝓ qua iurauerat patribus ſuis. Hoc ī libris Moyſi ipſe ſibi aſcribit: deus vnus ⁊ verus: ⁊ ipſe ſe hoc iuraſſe teſtatus eſt. Quis igit erat iſte angelus: niſi ille de quo dicit pater. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos queritis: ⁊ angelus teſtamenti quem vos vultis. Hinc eſt ꝙ in hyſtoria Sanſon: ⁊ deus ⁊ angelus dictus eſt. Apparet autem ꝙ ex eo tempore quo locutus eſt Deus Moyſi ſeruo ſuo: filius qui eſt verus legis lator ⁊ dominus magiſter inceperit ſub occulto enigmate: hoc ſub ſpecie angeli: oſtendere maieſtatem ſuam ⁊ facere iudicia in nationibus ⁊ increpationes in populis: ⁊ etiam in ipſo qui dicebatur populus eius: vt ſe oſtenderet eſſe ſimul cum patre dominum vniuerſe terre.

Tertiū tempus

Secutum eſt tertium tempus ſub regibus ⁊ prophetis a diebus Samuelis prophete in quo tempore edificata eſt Hyeruſalem ⁊ vncti ſunt reges qui preeſſent populo illi: dictumqʒ eſt primo eorum. ſ. Sauli ꝙ cum videret gregem prophetarum inſileret in eum ſpiritus domini ⁊ prophetaret: ⁊ de Dauid dicit ſcriptura ꝙ vnxerit eum Samuel in medio fratrum ſuorum: ⁊ directus fuerit ſpiritus domini in eū in die illa ⁊ in reliquuʒ. Igit ex eo tempore manifeſtius ⁊ frequentius preſolito locuta eſt ſcriptura de ſpiritu domini incipiente reuelari: ⁊ notꝰ fieri in regibus ⁊ prophetis: licet enim ⁊ in tempore iudicum ⁊ ab ipſo principio loquatur ſcriptura de ſpiritu domini: non tamen ita certa inditia dare voluit ſui ipſius: quomodo a tempore prophetarum ⁊ regum. Sub eodem quoqʒ tempore: due tribus regales ⁊ leuitica alijs diſcedentibus a domo Dauid: facte ſunt vna tribus: vt eſſent ī Hyeruſalem ⁊ iuda perfectum myſterium trinitatis: in qua ⁊ prophete domini multi/

i. Reg.

plicari ceperunt: qui ⁊ irruēte ſuper ſe ſpiritu domini: aperte de fide trinitatis locuti ſunt: ⁊ tam de aduentu filij in carne q̄z de effuſione ſpiritus ſancti pari voce ꝓphetauerunt ⁊ que viderunt ⁊ predixerunt: repoſuerūt in libris: ⁊ pro futura poſteris reliquerunt. Quia igitur in primo tempore reuelauit ſe deus pater: ſicut voluit: ⁊ quibus voluit patribus qui fuerūt ante legē. Secundo adiuncta eſt demonſtratio filij in angelo domini: qui ⁊ Deus ⁊ dominus vocatus eſt. Tertio ſubſecuta ē exhibitio ſpiritus ſancti loquentis in regibus ⁊ prophetis. Apparet ꝙ in tertio tempore: lz ſub oſcuro enigmate: tota trinitas q̄ vnus deus ē ſimul ſe oñderit opari: ⁊ ꝙ nō vna tantum perſona eſſet deus: ſed pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. Conſidera nūc ſi potes mentis oculis: quale erat tempus illud in quo non erat lex: quale illud in quo data eſt lex: quale illud in quo apparuerunt prophete. i. tempore patriarcharum. tēpus iudicum: tempus probetarum ⁊ regū: ⁊ agnoſces quanta inter tempus ⁊ tempus differentia fuerit. Et bene in corpore ciuitatis Rex ſimul ⁊ iudex extimandus eſt Deus: quia ⁊ Rex Dauid qui teneret locum eius conſtitutus eſt ab ipſo ſuper ſyon montem ſanctum eius: ⁊ non lōge poſt ſubſecutus eſt Helyas qui accenſus igne zeli dei vniuerſam terram iſrael afflixit ſiccitate ⁊ eſtu: ⁊ etiaz igne iudiciario cōcremauit ſuperbos. Sed tranſeundum eſt

Quartū tp̄s

ad tempus quartum: in quo filius ⁊ ſpiritus ſanctus qui nō ita aperte reuelati erāt in preteritis temporibus: quomodo pater manifeſti apparuerunt ita vt alius vſqz ad aſcenſionem: alius multo tempore per apoſtolos (lz non alius ſine alio: ſicut nec ſine patre:) operaret manifeſte opera ſua: ſicut ⁊ operantur vſqz ad preſens: vt conſumarent opera que ceperunt. Hac in re monendus eſt lector: ⁊ ne forte alibi iam commonitus: dormiter: ſtudioſe pulſādus: quatenus vbicunqz vna perſona dicit operari: nō intelligat (quod abſit:) operari ipſam ſolam: aut me hoc alicubi intellexiſſe: etiam ſi in aliquibus locis non notet ame: qui vtiqz non infidelibus ſed fidelibus loquor: ⁊ dicūt valde ſit: in omnibus locis: eadem dicta: ſemel bis ⁊ tertio. iteruz atqz iterum per ſingula momenta notare: ſz ita plane intelligendum eſt: ita tenendum: q̄d idcirco pro loco ⁊ tempore tacet ſcriptura de duabus perſonis: ⁊ loquitur de vna: vt opus illud de quo agitur aſcribatur ei proprietate myſterij: ad hoc vt itelligat ꝙ alia ſit perſona patris: alia filij: alia ſpiritus ſancti. Q̄d autem in hoc tempore quod quartum eſt: reſpectu eoꝝ que ſupraſcripta ſunt ſimul oſtenſi ſunt operari filius ⁊ ſpiritus ſanctus: quandoquidem ⁊ ipſe filius baptizatus eſt a Joanne vt ſanctificaret aquae: ⁊ ſpiritus ſanctus deſcendit in eum in ſpecie columbe: vnum ſimul deum ſe intelligi voluerunt ⁊ ad redimenduz genus hominum ambos miſſos eſſe a patre: Jaz vero ſi de humilitate agitur: quod humilius q̄z dei filium apparere in carne: ſpiritū vero ſanctum in ſpecie ſimpliciſſime volucris que nec paruiſſimos vermicolos ledere cōſueuit? Quare autem in ſpecie columbe ⁊ non ſicut poſtea in ſpecie ignis: niſi q: q̄d ſignificat: iam tūc incipiebat ⁊ apparebat: quod autem ſignificat ignis: futuruz erat? Hinc eſt ꝙ Jacobus ⁊ Joannes volentes zelare exemplum Helye: ab ipſo humilitatis magiſtro audierunt. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis? filius hominis non venit animas perdere: ſed ſaluare. Igitur Filius ⁊ Spiritus ſanctus ſimul ſub eodem tempore miſſi ſunt a patre: dicēte angelo ad Mariam. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi: vt appareret ꝙ ambo procederent ab vno patre. Ego (inquit) filius a deo ꝓceſſi ⁊ veni. Et hec differentia. Omnis qui naſcitur procedit: ſed non conuertitur. Sed iam nūc agēdum eſt de tempore quinto in cuius initio ſumus nos: in quo oportet adhuc ſpirituz ſanctum miſſum a filio operari opera ſua: multo altius q̄z hactenus operatus eſt: vt



omnes diſcant honorificare ſpiritum ſanctum: ſicut patrez ⁊ filium. In quo? Haud dubium quod in euangelio eius. Non enī ſicut decet honorificat illum: qui non ſubiectus ⁊ deuotus: recipit euangeliū eius. Et quod eſt euangeliuz eius? Illud de quo dicit Joannes in Apocalypſis. Vidi angelū dei volantem per medium celum: ⁊ datuz eſt illi euangelium eternum. Quod ē euāgelium eius? illud quod procedit de euangelio chriſti. Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. Propter hoc eniz veritas ipa dicit. Cū venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Et vt oſtenderet ꝙ de euangelio Chriſti ⁊ de ſcriptura eius acciperet: ⁊ commutās quaſi aquam i vinū inebriaret electos: adiecit: ⁊ ait. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecunqz audiet loquetur: ⁊ que ventura ſunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. Hoc ergo opus operabitur i nobis ſpiritus ſanctus: vt docens nos omnem veritatem: erigat mentes noſtras ad celeſtia deſideria: ⁊ faciat expectare diem illū ad quē ſuſpirauerunt omnes ſancti: ⁊ gloriari in ſpe glorie filiorum dei. Oportet enim illuz immutare mentes noſtras: quod poteſt facere quando vult ⁊ prout vult ſicut deus ⁊ transferre corda noſtra a carnalibus deſiderijs: ad amorem celeſtium: vt quodammodo non ſimus quod fuimus: ſed alij eſſe incipiamus. Ecce ſi reminiſcimur eoruz que dicta ſunt. In primo tempore operatus eſt deus: fidem. In ſecundo patientiā. In tertio zelum. In quarto humilitatem. In quinto ſpem. Verumtamen quia in vita iſta: non eſt in veritate regnum ſed exiliuz: nec operādū in iudicio ſicut fecit Helyas: ſed in manſuetudine ſicut docuit Jeſus. Illud quod de tempore medio dictuz eſt: (hoc eſt) de tempore Regum ⁊ Prophetarum: ad oſtenſionem magis factum eſt eorum que futura ſunt in patria poſt finem mundi: q̄z vt tunc cauſa tanti myſterij conſumata fore credatur. Igitur in futuro ſeculo conſumandum eſt: quando iudicatis ab omnipotente Deo omnibus impijs in igne zeli ſui circunſtantibus etiam iudicibus in ſedilibus ſuis: regnabit ſolus ipſe in Hyeruſalem ⁊ replebit in ea gaudio ⁊ letitia corda totius populi habitantis in ea: ſicut (inquit.) Letantium omnium habitatio in te. Vt autem conferamus myſteria cuz his que veraciter geſta ſunt. Vnus Abraam ſignificat ſolum patrem. quia ipſe vnus pater mittit Filium ⁊ Spiritum ſanctum. Vnus Iſaac ſignificat: ſimul Patrem ⁊ Filium: quia ſimul pater ⁊ filius vnus deus ſunt: ⁊ ipi duo pariter mittunt ſpiritum ſanctum. Vnus Jacob ſignificat ſimul tres perſonas: quia ipſe tres perſone vnus deus ſunt. Et ab ipſo vno deo: qui ē trinus ⁊ vnus miſſi ſunt ſeptem ſpiritus in omnem terram. Vnus Joſeph ſignificat ſimul filium ⁊ ſpiritum ſanctum: quia ſimul ipſi duo vnus Deus ſunt: miſſiqz ſūt ſimul ab vno patre. Vnus Effraim ſignificat ſolum ſpiritum ſanctū: quia ipſe vnus ſpiritus ſanctus mittitur a patre ⁊ filio. Miro autem modo deus pater habet in re diſſimili: ſimile aliquid cuz ſpiritu ſancto. Pater ⁊ filius cum filio: ⁊ ſpiritu ſancto. Trinitas vero non habet cuius ſimilis ſit: quia ipſa eſt ⁊ nō rē altera. Nam vnus pater habet mittere filium: ⁊ ſpiritum ſanctum. Vnus ſpiritus ſanctus habet mitti a patre ⁊ filio. Pater ⁊ filius habent ſimul mittere ſpiritum ſanctum. Filius ⁊ ſpiritus ſanctus habēt ſimul mitti a patre. Sane ſimul tres habent dare ⁊ mittere dona ſua ad beatificādos electos factos participes plenitudinis ſue.

¶ Dicte rei exemplum.




QUia vidimus in primo loco de myſterio trinitatis in ſecundo de quinqꝫ relationibus quibus perſona diſtinguitur a perſona vel etiam ipſa trinitas a rebus q̄ ſunt ab ipſa create. Nunc laus eſt agere de ſeptem modis quibus dicitur ad ſe quicq̄d dicitur deus: aut quod colitur: Singula. ſ. perſona: due pariter: ꝛ tres ſimul. Sꝫ ꝛ hoc vt facilius capiatur recurrendum eſt ſimiliter ad exempla.

¶ Quibus modis dicantur ad ſe perſone deitatis ſiue ſingule: ſiue due pariter: ſiue tres ſimul.

VSus eſt ſanctarum ſcripturaruꝫ: vt nomine carnis accipiatur homo: vt eſt illud. Et videbit omnis caro pariter ſa- I. Eſa.
lutare dei. Ex leuitico etiaꝫ ꝛ ex alijs locis ſcripturarū dari poteſt qꝫ omnes ꝓpinqui ſint vna caro: ſicut ꝛ vir ꝛ mulier: Quod ſi ita eſt non ſolum caro vnius hominis dicenda eſt vna caro: verumetiam ſimul caro viri ꝛ caro vxoris: caro patris ꝛ caro filij: caro patrui ꝛ caro nepotis: ꝛ ſic de ceteris. Igitur Abraam ſolus vna caro eſt. Iſaac ſolus vna caro eſt. Jacob ſolus vna caro eſt. Deinde Abraam ꝛ Jacob ſimul ſunt vna caro: Abraam ꝛ Iſaac ſimul ſunt vna caro. Iſaac ꝛ Jacob ſimiliter vna caro: ꝛ ſimul tres ipſi vna caro. Hoc ſane dicitur ꝛ intelligitur. ꝛ ſi omnino longe diſtet vnitas carnis ab vnitate ſpiritus ꝛ maxime illius ſpiritus cuius mirum eſt q̄cq̄d eſt. Qđ ſi aliquid: qꝫ ſit bonum ꝛ amabile de rebus infimis dici poteſt quanto magis de domino



deo omnipotente bonorum omnium creatore. Quam vero ſit amabile hominibus habere in heredem carneꝫ ſuam: potius q̄z extraneam: exemplo ipſius Abrae probari poteſt qui deſiderauit ꝛ habuit.

Exemplum dicte rei.




Ut ergo vtar verbis Auguſtini loquentis de maieſtate illa que excedit omneꝫ ſermonem in libro de trinitate. Et ſingulus pater vnus deus ē: ꝛ ſingulus filius: vnus deus eſt: ꝛ ſingulus ſpiritus ſanctus vnus deus eſt. Sed pater ꝛ filius ſimul vnus deus ſunt. Pater ꝛ ſpiritus ſanctus ſimul vnus deus ſunt. Filius ꝛ ſpiritus ſanctus ſimul vnus deus ſunt. Pater ꝛ filius ꝛ ſpiritus ſanctus ſimul vnus deus ſunt. Siue ergo dicatur deus: ſiue ſapientia ſiue bonitas: ꝛ ſiquid ſimile pari modo accipiendū eſt. Et ſub iſtis ſeptem cōfeſſionibus equali ſententia coartandum. Ubi ꝛ illud quoqꝫ vigilanter obſerua: qꝫ ſimili modo accipiendum eſt: quicquid dicitur deus relatiue ad creaturas vt deus creator omnipotēs rex paſtor magiſter ꝛc. ꝛ etiam pater cum relatiue dicit̄ ad creaturas. Si enim ꝯſtat omnino: qꝫ non mō deus pater dicendus eſt p̄

ſidelium populorum verumetiam filius ⁊
ſpiritus ſanctus:liquet ꝙ iſto modo nec ſo
lus pater dicēdus eſt pater:nec tres patres
dicēdi ſunt ſimul tres:ſed ſingula perſona:
pater:⁊ ſimul tres: vnus pater. Cum vero
relatiue ad filium dicitur pater:tunc ſolus
ipſe dicendus eſt pater:ſicut ſolus filius di
cendus eſt filius. Ut autem non pigeat re/
plicare:que de relationibus dicta ſunt. Ut
qđ ibi minus diximus addi queat. A ſolo
patre miſſi ſunt filius ⁊ ſpiritus ſanctus:qꝛ
ab eo a quo ſunt mittuntur. Et ſecundum
hoc dicitur deus pater relatiue:non ſolum
ad filium:ſed ⁊ ad ſpiritum ſanctum. Sed
⁊ pater ſimul ⁊ filius dicūtur relatiue ad
ſpiritum ſanctum:in hoc ꝙ eum mittunt
⁊ donant. Sed ⁊ filius ſimul ⁊ ſpiritus ſan
ctꝰ relatiue dicunt̄ ad patrē:qꝛ ab ipſo mit
tunt̄. Silr̄ ⁊ ſpūs ſcūs relatiue dr̄ ad pr̄ē ⁊
filiū:qꝛ ab ipſis mittit̄ ⁊ donatur. Oīs eni
qui mittitur ab aliquo relatiōem habet ad
eum qui mittit illum. Porro ſimul tres re
lationes habent ad illa ſepteꝫ dona:que di
cuntur ſeptem ſpiritus domini miſſi in om
nem terram:⁊ ad omnem electam creatu/
ram:ſpecialius autem ad omnes nuntios
ſuos. Hee miſſiones ex tempore eſſe cepe/
runt:ex quo eſſe ceperunt creature ad quas
mitterentur:qꝛ miſſi ſunt filius.ſ.⁊ ſpiritus
ſanctus ⁊ ab ipſis etiam illa ſeptem dona:
que dicta ſunt ſeptem ſpiritus domini miſ
ſi in omnem terraꝫ ⁊ omnes qui miſſi ſunt
alio propter eos qui hereditatem accipiūt
ſalutis. Unde ⁊ ſancti angeli dicti ſunt. Ne
qꝫ enim in relationibus iſtis eterna illa na
tiuitas filij ⁊ proceſſio ſpiritus ſancti intel/
ligende ſunt:ſed qđ ex tempore eſſe cepit:
non (qđ abſit.) qꝛ mutabilis eſt illa natura
apud quam non eſt tranſmutatio nec viciſ
ſitudinis obumbratio:ſed qꝛ non erāt crea
ture ꝓ quibus hec omnia dicta ſunt. Nec
ita intelligendus eſt filius:qui eſt verbum
dei:⁊ ſpūs ſanctus qui eſt charitas dei trā/
ſire de loco in locum quō corporales crea/
ture:aut ſaltem quō ipſe quoqꝫ ſpirituales
que cogitando hec vel illa accedunt ⁊ di/
ſcedunt:cuꝫ vbiqꝫ ſint filius ⁊ ſpiritus ſan
ctus ſicut ⁊ pater per diuinitatis preſentiā
ſed quia non vbiqꝫ ſunt per inhabitanteꝫ
gratiam:quemadmoduꝫ ſi cecus aut quar
tanarius poneretur ad ſolem:⁊ nec ille lu/
cem videret preſentem : nec ille pre frigore
calorem ſentiret:diceretur autem perueniſ
ſe ad eos virtus ſolis:cum ceci aperirentur
lumina:⁊ egroti frigiditas pertrāſiret: Sic
ergo relationes iſte temporales fuere:⁊ ta/
men nec diſſimiles:nec aliene ſunt ab illis
que eterne ſunt:qꝛ ille fuerit cauſa iſtarum
⁊ ſm̄ illas acceſſerunt ⁊ iſte:qꝛ enim pater
⁊ filius proferunt ex ſe (ut ita loquar) ſpiri/
tum ſanctum:⁊ ipſi ambo mittunt euꝫ a q
bus ſine fine procedit. Quia a patre proce/
dit filius ⁊ ſpiritus ſanctus:licet aliter fili
us:aliter ſpiritus ſanctus a patre ſimul am
bo ad redimēdum genus hominum miſſi
ſunt. Unde ⁊ angelus ad mariā. Spiritus Luc. 1
(inquit) ſanctus ſuperueniet in te:⁊ virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. Et bene ſic miſſi
ambo ad operandum:vt tamen vnus eorū
naſceretur ex virgine:qꝛ vnus non ambo:
genitus eſt ſemper de patre:quia vero idē
ſpiritus qui procedit a patre procedit:pro/
cedit nihilominus ⁊ a filio : ab ipſo quoqꝫ
filio mittitur ad homines ⁊ donat̄. Quia
ſimul in ſeipſis tote tres perſone habēt poſ
ſe dare ſeptem ſpiritus:qui ſunt ſeptem do
na ipſius ſpiritus : mittunt illos in omnē
terram:hoc eſt in omnem electam ⁊ preele
ctam a dño creaturam. Igitur eterne rela
tiones extitere quodammodo temporaliuꝫ
cauſa faciente domino:licet ipſa ad imagi/
nem (vt ita dixerim:) ⁊ ſimilitudinem ſuā.
Deniqꝫ ⁊ ille quinque virtutes de quibus
ſupra locuti ſumus tēporales ſunt quo ad
laborem:licet quo ad fructum eterne. Nā
neqꝫ ſeruitus hūilitatis:neqꝫ pena patiētie
neqꝫ argumentum fidei : neqꝫ deſiderium
ſpei:neqꝫ ardor reliquo zeli:ꝓ iuſtitia eter/
nus eſt. Et tamen fructus eorum ſine fine
manebit. Nimirum qꝛ in patria illa nemo
erit ſuperbus:nemo impatiens: nemo infi
delis:nemo deſperans:nemo amās iniqui/



tatem. Sꝫ propterea deſinent illa omnia:q̄
obtinebunt illas beatitudines pro quibus
diutius certauerūt. Quamuis charitas nō
eo modo quo alie quatuor tranſitoria ſint:
⁊ ſi eius tp̄ale exercitium nequaq̄ꝫ maneat
in eternum. Habēt itaqꝫ aliquid ſimile iſte
quinqꝫ virtutes cum quinqꝫ relationibus
iſtis:ſicut ⁊ ſeptem dona ſpiritus ſancti cū
ſeptem illis modis quibus dicuntur ad ſe
perſone deitatis:ſiue vnaqueqꝫ ſigillatim:
ſiue cōiter due vel tres. Que:vꝫ: ſeptem do
na q̄ꝫuis ſint veriſſime totius trinitatis:ꝓ
pterea tamen ſpecialius eideꝫ ſpiritui aſcri
buntur:ne ſicut filius eſt a patre ⁊ nō a ſpi
ritu ſancto:ita putari poſſet eſſe aliqua do/
na a ſolo patre vel a ſolo filio : que non eſ/
ſent a ſpiritu ſancto. Alias autem ſicut ver
bum dei filius:filius eſt ſummi patris:ſpiri
tus vero ſanctus:ſpiritus patris ⁊ filij : ita
iſta ſeptem dona patris ſunt:⁊ filij : ⁊ ſpūs
ſancti. Et notandum ꝙ illarum virtutum
que ſupra ſcripte ſunt:due inferiores viden
tur pertinere ad humanitatem Chriſti:hu
militas.ſ.ad animam: patientia ad carneꝫ:
relique tres ad ipſam (que deus eſt) trinita
tem:fides.ſ.ad patrem:qꝛ ipſa eſt fundamē
tum virtutum:ſicut ⁊ pater principium in
deitate:ſpes ad filium:qui veniens in mun
dum promiſit nobis regnum:⁊ futuram vi
tam:charitas ad ſpiritum ſanctum qui da
tus eſt nobis: vt diffunderetur ipſa chari/
tas in cordibus noſtris. Qui autem radica
tus ē in quinqꝫ virtutibus iſtis:dignus exi
ſtimatur apud deum:vt accipiat illa ſepteꝫ
ſpecialis dona:que ſunt ſeptem ſpiritus do
mini miſſi in omnem terram.

Similitudo dicte rei




Igitur hec ſeptē dona a tota trinitate mit/
tuntur ⁊ donantur:⁊ ſi ſpiritui ſancto aſcri
bantur proprie:ſicut ⁊ charitas : qꝛ ab ipſo
ſingulis diuiduntur. Si autem queris quo
modo ſit hoc:aut quō dicatur idem ſpiri/
tus diuidere de proprio prout vult:aut quō
dicitur deus pater vel filius dare de ſpiritu
ſancto:aut quō intelligatur illud pſalmiſte.
Accepiſti dona in hominibus?non eſt hu
ius tp̄is diſſerere. Hoc tātum ſcimus ꝙ ip
ſe ſpiritus ſanctus:eſt ſummuꝫ donum dei
ſpiritus:ſ.⁊ filij:in quo ⁊ ſub quo continen
tur omnia iſta dona ſicut ⁊ alia multa. Et
notandum ꝙ ſicut aliter intelligitur vna/
queqꝫ perſona trinitatis cum dicit̄ ad alia:
aliter cum dicitur ad ſe:ita ⁊ dona iſta. Et
enim quo ad patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſan/
ctum dicuntur dona:⁊ miſſi quo ad ſe autez
ſeptem ſpiritus:vel etiam ſeptem virtutes.
Uidetur autem ꝙ ſicut ille quinqꝫ virtu/
tes pertinēt ſm̄ aliquid ad illas quinqꝫ re/
lationes:ita iſte ſeptem ad illos ſeptem mo
dos:quibus dicitur deus ad ſe: quamuis ſi
militudo id faciat intellectiuum magis q̄ꝫ
aliqua propria cauſa:nimiruꝫ:qꝛ vt in ſupe
riori itellectu:qui dicitur anagogicus tres
denarij pſalmorum : videntur pertinere ad
notitiam trium perſonarum:quinqꝫ dena/
rij:ad notitiam quinqꝫ relationum: ſepteꝫ
denarij ad ſeptem modos ; quibus dicunt̄

ad ſe perſone deitatis:ita in intellectu con
templatiuo:tres denarij deſignant tria illa
exercitia:quorum ſupra fecimus mentionē
graciam.ſ.preuenientem gratiam cooperā
tem ⁊ gratiam perficientem quinque dena
rij:quinqꝫ ſupraſcriptas virtutes:ſeptez de
narij:ſeptem dona ſpiritus ſancti. Sed vt
hoc facilius intelligi queat:oportet nos de
plenitudine ipſa ſpecialium intelligentia/
rum aliquid inſerere in hoc opuſculo:vt ꝑ
pauca que notemus ipſi in fide illius ſum/
mi magiſtri:qui habet clauem Dauid:pre/
ſumat lector cui vacat : etiam maxima ex/
plicare. Habemus adiutorē ipſum q eſt dux
eaꝝ intelligētiaꝝ ſpūm ſcūm in quo nobis
facta eſt rei huius ꝓmiſſio:q̄ cōplenda eſt:
ſm plenitudinem in tēporibus ſuis:nā ab
aliquo ꝓpheta aut apoſtolo q̄z ab ipſa met
veritate que dicit cum venerit ille ſpiritus
veritatis docebit vos omnem veritatem.

De plenitudine intelligētiarum que in
numero ternario:quinario ⁊ ſeptenario cō
tinentur.

In his que vſqꝫ modo domino pro/
tegente tractauimus:oſtenſa ſunt ar/
chana miſteria ſummi dei:cuius eſt totum
quod eſt optimum:quemadmoduz trigin
ta pſalmi pertineāt ad notitiam ſancte : ⁊
indiuidue trinitatis:quinquaginta ad qn
qꝫ relationes quibus dicuntur perſone ad
perſonas:⁊ ad vltimum ipſe tres ad dona
ſua. Septuaginta ad ſeptem modos: q̄bus
dicūtur ad ſeipſe perſone deitatis:ſiue vna
queqꝫ ſigillatim:ſiue due ⁊ due ſimul: ſiue
etiam ſimul tres. Nunc autem dicendū eſt
aliquid de plenitudine ipſa intelligentiaꝝ:
ſm ea que hactenus dicta ſunt:vt multipli
catis teſtimonijs veritatis:cōuertamur to
to corde ⁊ tota fide ad eum qui de tenebris
nos vocauit ad admirabile nomē ſuū. Sci
endum quippe eſt ꝙ duodecim ſunt intel
ligētie ſpeciales externo fonte litere miro
modo manantes:non quidem ex tota ſcri/
ptura noui aut veteris teſtamenti:ſed ex il
la que hiſtorice ſcripta eſt:⁊ hoc ipſum ſm
partem. Non enim omnes intelligentie in
omnibus locis hiſtoriarum aſſignari que/
unt:ſed in multis. Eſt autem fons ipſe lite
re:quem trinuz eſſe dicimus. Vetus ac no
uum teſtamentum:⁊ inſtitutiones ſancto/
rum patrum inter quas continetur miſte/
rium eccleſie:qđ ⁊ multiplex eſt:ad magnū
aliquid deſignandum a viris apoſtolicis in
ſtitutum. Igitur ex hac trina litera: duode
cim intelligentie ſpirituales procedūt. Ha
rum due inferiores ſunt ⁊ humiliores:⁊ ta
mē per eas in humano genere fructus vbe
rior reperitur. Prima harum duarum dici
tur hiſtorica:eo ꝙ ad exemplum hiſtorie in
ſtitutum aliquid eſſe doceat:vt cum ad ali
quod nouum monaſterium mittitur Ab/
bas cū duodecim monachis Chriſti ⁊ apo
ſtolorum. Secunda vocatur moralis:eo ꝙ
per ipſam componantur mores:vt cum re
bus viſibilibus:bonis ⁊ malis:vitia virtu/
teſqꝫ ſignantur. Sed melius oſtendimus ꝓ
prietates ſingularum:hiſtorice.ſ.⁊ moralis;
ſi ea que nudis verbis protulimus: robore
mus exemplis. Eſt aliquis homo habens
vxorem verboſam ⁊ laſciuam:⁊ nolens cō
triſtare illā:aſſentit ei in omnibus ſequens
voluntatem illius. Hunc ſi preſbyter ſuus
arguere querit ſuper confuſione ſua : eum
Adam miſerum eſſe dicit : qui ſecutus eſt
Euam. Sanſon miſerabilem ⁊ eneruatum
qui per amorem impie mulieris:prius ſin/
gulari illa fortitudine ſua:ac deinde lumi/
nibus priuatus eſt. Eſt ⁊ alius bonus vir:
qui habet mulierem caſtam timentem do/
minum ac fidelem:cuſtodiens illam amo/
re dei potiꝰ:q̄z libidinis ſicut Joſeph Ma
riam:qui tamen pro eo ꝙ illa mulier eſt:ip
ſe vir dedignatur forte ſequi in aliquo vo/
luntatem ipſius. Huic ergo dicendum eſt
quatenus ſic diſcat ꝑeſſe vxori ſue:vt tamē
illam que prudens mulier eſt ⁊ timēs deū:
extimet Sarram:ſe autem reputet Abraā:
ſciatqꝫ qꝛ vt eijceret ancillam ⁊ filiuz eius:
non propriam voluntatem ſecutus eſt A/
braam:ſed vxoris quemadmodum ⁊ Jſaac



volens benedicere Eſau : ſuperatus eſt ab
vxore:vt benediceret Jacob:pia pie vxoris
deceptione deceptus. Diligebat eni Jſaac
quez dñs non amabat. Rebecca vero ama
bat quez dominus. Et idcirco vicit illa:cu
ius vna erat cum deo in amādo voluntas.
Haud dubium ꝙ ſpiritu inſpirata diuino.
Dicamus hoc apertius:vt facilius intelli/
gatur. Sarra non ſolum vxor ſed ⁊ ſoror di
cta eſt abrae. Eſt autem aliquis bonus vir
qui habet ſororem nolētem virum: ſed ma
gis eligentem viuere in caſtitate: vt ſit (iu
xta apoſtolū) libera ⁊ ſancta ⁊ ſeruiat deo
mente ⁊ corpore. Videns autem ille deuo/
tionem ſororis:non vult eam contra votū
eius tradere viro qui paſcat ⁊ regat eā: ſed
ei ipſe vice viri decernit in omnibus obli
gari:que vidēs tandem ꝙ ſic expediat:cō
ſulit fratri vxorem ducere filios procrea/
re. Sed ⁊ ipſa quia filium carnalem nō ha/
bet:querit quomodo habeat ſpecialem (ni
hilominus volēte fratre:) ⁊ ei in omnibus
aſſentiente. Videt enim aliquem orphanū
⁊ miſeretur ipſius:quem aſſumens in do/
mum ſuaz:ipſa ſimul ⁊ frater eius:adoptāt
in filium ⁊ metuunt deo. Huic autez q đ ac
cidere ſolet incipit inuidere is qui natus ē
de vxore(ſi forte ſapientior illo eſt) ⁊ querit
quaſi ludendo opprimere : ⁊ ſubijcere ſibi
eum:matre vidente ⁊ aſſentiente. Hoc que
modo qui natus eſt ſm carnez de opere ſer
uili:perſequitur eum qui natus eſt ſm ſpi/
ritum. Pertinet autez ad virginem dei op
ponere partem ſuaz pro filio ſpirituali:⁊ di
cere fratri ſuo. Eijce ancillam hanc ⁊ filiuz
eius.i.ſic habeto in opere exteriori vxorem
⁊ filium qui natus eſt tibi ſm carnez: vt ta
men iſtum qui ſpiritualiter viuit ſolum in
terioribus manere conſtituas:qꝛ iſte magis
q̄z ille heres eſt:huic magis q̄z illi heredi/
tas iuſti patris debetur. Huiuſmodi ergo
exempla ⁊ ſimilia hiſtorice intelligētie aſcri
benda ſunt. Pertinet etiam ad hanc intel
ligentiam conſolari puſillanimes tempore
afflictionis propoſitis exemplis iuſtoruz q
ſimilia paſſi ſunt. Quod tunc recte fit ſi
patienti exilium per inuidiam propinquo/
rum reuocetur ad memoriam Joſeph . Si
fugienti a facie inimici:preponantur exem
pla Jacob:exēpla Moyſi Dauid ⁊ Helye:
vt diſcat ſi bonus eſt:fiduciaz habere in eo
qui non deſerit ſperantes in ſe dicens quot
tidie in orationibus ſuis. Si dominus mi/
hi adiutor eſt:non timebo quid faciat mihi
homo. Si flagellatus a deo reſpiciat Job.
Si afflictus a ſubiectis Moyſen ⁊ Aaron.
Si depoſitus a dignitate Samuelem pro/
phetam. Si attritus pro iuſtitia eos qui ꝓ
iuſtitia paſſi ſūt. Huiuſcemodi ergo doctri
na:que aſſignatur in ſuperficie litere hiſto/
rica dicta eſt:eo ꝙ aſſimilatis rebus de qui
bus agitur:ſimilibus ſuis oſtenditur ꝑ eaz
ſimplicibus quid debeāt cupere quid caue
re. Secunda intelligentia que vocatur mo
ralis:nō ſicut hiſtorica in ſolis exterioribus
agitur:q̄uis ⁊ ipſa hiſtorica tangat aliquā/
do interiora:ſed velut inter vtrunqꝫ ince/
dens:modo interiora:modo exteriora com
plectitur:⁊ non in multis perſonis aſſignā
da eſt:ſicut hyſtorica:ſed alio quodaz ſubti
liori modo. Verbi gratia:Abraā habuit du
os filios:vnum de ancilla ⁊ vnum de libe/
ra. Querimus quid iſta ſignificent ſꝫ intel
ligentiam moralem:⁊ inuenimus ſignifica
ri in Abraam:hominem nuper conuerſuz
a vanitate ſeculi ad ſeruitiū dei. Et huius
quidem vxor legittima eſt conuerſatio bo/
na quaz elegit. Ancilla vero ſollicitudo car
nalium quam prohibet dominus in euan/
gelio dicens. Nolite ſolliciti eſſe dicentes:
quid manducabimus:aut quid bibemus :
aut quo operiemur. Et hoc quidem prohi
bet dominus:qui ⁊ alibi dicit. Eſtote ergo
vos perfecti:ſicut ⁊ pater veſter celeſtis ꝑ
fectus eſt. Verum qꝛ plerunqꝫ velut ex ne/
ceſſitate comitatur hominem aſcendentez
de egypto propter ſterilitatem ſpiritualis
vxoris que nōdum meretur videre fructū
de labore ſuo:toleranda eſt ad tempus ⁊ fe
cundanda prole:vt ſaltem opus eius proſit
vtentibus ad ſalutē. Sed quia fructus hu
iuſcemodi exercitij non bene conſueuit hu/

Scđa intelligē tia

Hom.

dere cum fructu ſpiritualis conuerſationis
diuinitus inſpirate: q: profecto vtilitas tē/
poralis cōmodi querit ſubijcere ⁊ concul/
care vtilitatem eterni: audienda eſt aliquā
do ſcriptura que pro parte libere loquitur
dicens. Eijce ancillam hanc ⁊ filium eius:
non enim erit heres filius ancille cuꝫ filio
libere: quid eſt non erit heres filius ancille
cuꝫ filio libere niſi id qđ ait apoſtolus. Ne
mo militās deo implicat ſe ſecularibus ne
gotijs. Et bene eo tempore dixit hoc Sar
ra quo ſe legitimū heredem accepiſſe gau
debat: q: tunc quiſqꝫ ſecurus eſſe poteſt de
promiſſione illa domini dicentis. Reſpici
te volatilia celi: que non ſerunt neqꝫ metūt
neqꝫ cōgregant in horrea ⁊ pater veſter ce
leſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris
eſtis illis? Scit enim pater veſter celeſtis
quia his omnibus indigetis. Cum ex lon
ga conuerſatione ſpiritualis exercitij: iam
iam ſe perpendit a dño fructuꝫ iuſtitie con
ſecutum. Et hoc quidem exempli cauſa.
Oſtenſis autē fundamētis hꝫ que lacte hi
ſtorie paſcit paruulos ⁊ duarum intelligen
tiarum quarum prima exemplis patrū in/
ſtruit adoleſcentes. Secunda verbis miſti
cis butiri pinguedine ſaginat iuuenes pro
ficientes in deum: tranſeunduꝫ eſt ad illas
intelligentias que ſenem deſiderant ſpūa/
lem: eo ꝙ in illis contineatur plenitudo fi
dei ⁊ ſublimitas notitie ſacramentorū dei.
Nempe in his que aſſignate ſunt totuꝫ qđ
dictum eſt: aut dici poteſt pertinet ad inſti
tutionem vite humane. Reliquis vero de
cem oſtenduntur magna opera dñi exqui/
ſita in omnes volūtates eius: ⁊ qđ his ma
ius eſt etiam inuiſibilia miſterioruꝫ dei. Il/
lud aūt non eſt pretermittēdum ꝙ ita due
iſte intelligentie manent in numero aliaꝝ
ad completionem quindecim graduum: ſi
ue ad ſuppletionē duodenarij numeri quō
quadraginta diebus vel ſeptuaginta ſenio
ribus additi ſunt duo ⁊ duo: ⁊ tñ dies qua
draginta: ⁊ ſeniores ſeptuaginta potius qꝫ
dies quadraginta duo: aut ſeniores ſeptua/
gintaduo ſcripti ſunt: quatenus ⁊ alterius
cauſa miſterij extra fiant: ⁊ alterius additi
eſſe videantur. Nec mirum ſi iſte due intel
ligentie ſegregate ſunt a numero aliarū de
cem: q: in natiuitate ſua Chriſtus I. ſus ad
quam pertinet moralis intelligētia ⁊ in paſ
ſione ad quam pertinet hiſtorica: ita infir/
mus apparere voluit: ⁊ abiectus in medio
iudeorum: vt magis ſe oſtenderet eſſe ho
minem qꝫ deum: licet ſemetipſum verbis ⁊
ſignis negare nequiuerit: q: veritas eſt: que
tamen q: animales homines penſare non
poterant: purum hominem putauerunt ⁊
occiderunt: vt complerētur ea que ſcripta
erant in lege ⁊ prophetis de ipſo. Natus ē
autem de muliere: vt doceret nos humili/
bus cōſentire paſſus eſt in cruce: vt nobis
patientie exhiberet exemplum. Et quidem
in hiſtorica intelligētia: datis exemplis ve/
terum roboratur patientia: in morali vero
ſolidaꝝ humilitas. Sane reſurrectio: aſcen
ſio: ⁊ aduentus ſpiritus ſancti: ad que per/
tinent ſuperiores intellectus: ſegregate fue
runt a lege iſta: q: iam mortuus fuerat qui
conſumaturus erat legē: ⁊ qui accepto ace
to in cruce dixerat. Conſumatum eſt. Per
tinent autem ad tria iſta: tres ille virtutes
ſicut iam ſepe diximus: quas cōmēdat apo
ſtolus dicēs. Manēt aūt: fides: ſpes: ⁊ cha/
ritas: tria hec fides. ſ. ad reſurrectionē: ſpes
ad aſcenſionem: charitas ad aduentum ſpi
ritus ſancti. Non ſolum autem ipſa chari
tas: ſed ⁊ alia dona cuꝫ ipſa ſm ꝙ ⁊ lingue
que viſe ſunt ⁊ auctoritates teſtantur. Nō
ſolum inqꝫ charitas dei diffuſa eſt in cordi
bus fidelium per ſpūm ſanctum qui datus
eſt eis in die illo. Uerum ēt ⁊ dona alia que
eſſent ſingulis propria de quibus pſalmiſta
longe ante predixerat: aſcendiſti in altū: ce
piſti captiuitatem: accepiſti dona in hoib⁹.
Et apoſtolus: aſcendens in altum captiuā
duxit captiuitatem: dedit dona hoib⁹. Ubi
⁊ mox ſequiꝛ: ⁊ ipſe dedit quoſdā quidem
apl̄os: quoſdam aūt prophetas: alios vero
euangeliſtas: alios aūt paſtores ⁊ doctores
ad cōſumationem ſanctoꝝ in opus miniſte
rij in edificationeꝫ corporis Chriſti: donec



occurramus oēs in vnitatem fidei ⁊ agni/
tionem filij dei in viꝝ perfectum in menſu
ram etatis plenitudinis Chriſti. Igiꝛ non
vnum donum dedit tm̄ fidelibus: ſed plu/
ra: quorum tñ ſeptem ſpālia ſunt. Inde eſt
ꝙ ſeptem diebus celebraꝛ in eccleſia ſolēni
tas ipſius feſti: vt oſtenſioni linguaꝝ ⁊ au/
ctoritatibus ſacra ſolēnitas ꝯueniret. Quo
circa ſi in tribus illis operibus fides: ſpes:
⁊ charitas cōmēdata ſunt nobis: in diſper/
ſione vero linguaꝝ que facta eſt ipſa hora:
qua venit ſpūs ſanctus ad apl̄os: ſeptē do/
na ipſius que nobis taꝫ ſolēniter ſcriptura
cōmendat: liquet ꝙ decem ſunt virtutes q̄
ptinent ad tp̄s paſchale ſm ꝙ decem ſunt
corde pſalterij qbus non eſt de iure pſallē/
dum niſi in tp̄e gaudioꝝ: cōpletis dumta/
xat tractibus lamētationis ⁊ luctus. Qđ
aūt ⁊ in alio tp̄e dicūt pſalmi ad initia gau/
dioꝝ que ꝑueniunt tp̄s gaudij ſm parteꝫ
referendum eſt: ſꝫ. n. q̄ndecim ſunt virtutes
que ptinent ad q̄ndeciꝫ gradus: decē ſunt
tñ ex eis que ptinent ad decē cordas fides:
ſpes: charitas: ⁊ ſeptē dona ſpūs deſignata
in linguis: ⁊ q: vidimus de duabus intelli
gentijs que ptinent ad patientiā ⁊ humili
tatē ad inſtitutionē exterioris hoīs ⁊ inte/
rioris. Siqdem hiſtorica ad exteriorem p/
tinet: moralis ad interiorem: non q̄dē vbi/
qꝫ ſm totum: ſed ſm partem: ſupeſt vt de
decē intelligentijs que ptinēt ad decē cor/
das: que deus donauerit: videamus.

## De decem intelligentijs que pertinent ad decem cordas pſalterij.

Diximus ſuperius in agar ſm hiſtori
cam intellectū ſignificari aliqꝫ mu/
lierē purgatam in Sarra aliqꝫ feminam ti/
mentē deum a coniugio liberam que ſeruiat
dño in corde pfecto: ſm vero moralem in/
telligentiam: ſollicitudinem rerum carna/
lium in ancilla: piam vero conuerſationē ⁊
ad bonū voluntatem in libera. Nunc vero
aliqs intelligētijs q̄s de⁹ donauerit videam⁹.

## De tropoolgica intelligentia.

Tropologica intelligentia: illa eſt in
qua de diuerſis modis ſermonuꝫ dei
ſpāliter agiꝛ. Que recte vno gradu ſupex
cedit moralem: q: in illa agitur de carne ⁊
anima: in iſta de lr̄a ⁊ ſpiritu: in illa de his
que infra ſunt: in iſta de his que ſupra. Tro
pos enim grece: latine modus di logos. i.
ſermo. Inde tropologia: q: ſm eam agitur
de diuerſis modis ſermonum dei. Signifi
cat aūt Abraam in hac ſpē: doctorem eccle
ſie cuius vxor legitima ſpiritualis intelli/
gentia eſt: concubina vero litera: qnqꝫ cuꝫ
filijs abijcienda. Sunt. n. filij litere ſenſus
carnales: filij ſpiritualis intelligentie medi
tationes ſpirituales.

## De contemplatiua.

Poſt hanc ſequiꝛ intelligentia contē
platiua que quarta eſt ab hiſtorica: a
tropologica ſecunda que ⁊ ipſa vno gradu
excedit tropologicam eo ꝙ magis pre illa
viꝝ deſideret ſpūalem contēnentem vtriqꝫ
mundū: ⁊ ea que ſunt mundi ⁊ extendērē
ſe ad ea que ſunt ſpūs dei: vt ſit iuxta illud
apoſtoli Spūalis qui iudicet omnia ⁊ ipſe
a nomine iudicaꝛ: qui comedat butirum ⁊
mel: vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bo
num: vel qui ſciat prouidenꝛ ſubtrahere ſe
metipſum a minori iuſtitia: vt poſſit appre
hendere potiorem. Secundum hanc intel
ligentiam Abraam ſignificat virum ſpūa
lem: vt pote: perfectum monachum vel he
remitam. Ancilla vitam actiuam. Sarra vi
tam contemplatiuam: filij ancille ſunt cor
porales exercitationes: filij libere virtutes
ſpūales. Quamuis aūt bonum opus ſit ci/
bare eſurientem: potare ſitientem: veſtire
nudum ⁊ his ſimilia: pro nihilo tamē ſunt
componenda omnia corporalia exercitia:
reſpectu ſpiritualium virtutum: quia pau/
peres (inquit) dominus ſemper habebitis
vobiſcum: me aūt non ſemper habebitis:
q: maria optimam partem elegit: que non
auferetur ab ea. Quia corporalis exercita/
tio ad modicum vtilis eſt: pietas vero ad
omnia eſſe vtilis promiſſionem hñs eius
vite que nunc eſt ⁊ future.

## De Anagogica.

Quinta intelligentia: tertia eſt a tropo
logica: Anagogica proprie dicta eſt.
Dicta eſt autem anagogica eo ꝙ ſupra ip/
ſam: nulla alia intelligentia ſit. Nempe ana
gogen: ſuperior intellectus interpretatur.
Quid enim poteſt eſſe altius deo? Secun/
dum hanc intelligentiam Abraam ſignifi/
cat deum patrē: ancilla Hieruſalem terre
nam: que abiecta eſt cum filijs ſuis: Libera
vero illam que ſurſum eſt Hyeruſalem. i.
illam perfectam viſionem pacis: ad quam
ſuſpirant anime electorum: cuius filij: neqꝫ
nubent neqꝫ nubentur: ſed ſunt ſicut ange
li dei in celo: ⁊ filij ſunt dei: cum ſint filij re
ſurrectionis. Hec de tribus intelligentijs
que pertinent ad fidem: ſpem ⁊ charitatē.
Siquidem tropologica pertinet ad fidē:
qꝛ fides ex auditu: auditus autem per ver/
bum Chriſti. Contemplatiua pertinet ad
ſpē: qꝛ illud querimus videre: qđ amamus
⁊ ſperamus. Anagogica: pertinet ad chari/
tatem: qꝛ deum quem querimus per eam.
Charitas eſt: ⁊ qui habet charitatē: habet
in ea totum ſimul qđ querit. Si enim dona
ſpiritus ſancti que data ſunt electis in die
penthecoſten: ⁊ danda omnibus electis in
nouiſſimo die deſignata ſunt in filio libere:
⁊ ipſorum donorum primum ⁊ ſummū: ip
ſa charitas eſt: liquet ꝙ ſicut charitas finis
precepti eſt: ita anagogica intelligentia: fi/
nis quinqꝫ intelligentiarum que preſcripte
ſunt eo ꝙ ea altior nulla ſit. Ut autem quin
qꝫ intelligentiarum que preſcripte ſunt: nō
pigeat producere claues: ſciēdum eſt ꝙ pri/
mā earum que vocatur hyſtorica deſigna/
ta eſt ꝓprie in duobus filijs Thare. Abraā
ſ. ⁊ Loth nepote ſuo qui egreſſi ſunt cū eo
de hur caldeorum: vt peruenirent in terrā
chanaam: qui tamen nō peruenit niſi vſqꝫ
in Aram: ⁊ mortuus eſt. Secunda que vo/
catur moralis: deſignata eſt in duabus vxo
ribus abrae. Peruenit autem Abraā vſqꝫ
ad terram promiſſionis: qꝛ ab hac intelligē
tia in antea incipiunt intelligentie ſpiritua
les. Significatur enim i Agar ſeruitus ope
ris: in Sarra libertas que eſt in fide ꝑ quā
certificatus eſt Abraam. Tertia que vocat
tropologica deſignat i duobus filijs iſaac:
quorum iunior accepit benedictionem ma
ioris: ſignificat enim in Eſau doctrina car/
nalis: que eſt ſm literam: que occidit in ia/
cob doctrina ſpiritualis: quam non ſagaci/
tas humana: ſʒ mater gratia iſpirat. Quar
ta que vocatur contemplatiua deſignatur
in duabus vxoribus iacob: quarum prima:
que vocata eſt lya ſignificat vitam conuen
tualium monachorū. Secunda cui nomē
Rachel: vitam heremitarum qui ſola cele
ſtia intuentur. Quinta que vocatur Ana/
gogica ſignificatur in duobus filijs ioſeph:
quorum primus qui vocatus eſt manaſſes:
ſignificat vitam temporalem. Secundus q
vocatur Effraim: beatam illam celeſtem vi
tam: qua fruuntur ſancti angeli ⁊ anime iu
ſtorum: non iam per ſpeculum in enigma/
te: ſed in perfecta viſione dei: definit gemi/
na annotatio huius ſancte progeniei in ef/
fraim qui fuit quintus ab Abraam: definit
⁊ aſcenſus intelligentiarū iſtarum in ago
gen qui eſt quintus ab hyſtorico: ⁊ eſt ſupe
rior intellectus. Mirabile vero quid ac/
cidit in myſterijs iſtis: vt viciſſim ſibi ſucce
derent mulieres ⁊ viri: ita vt in primo gra
du preirent duo viri: in ſecundo ſuccederēt
due mulieres: in tertio duo viri: in quarto
due mulieres: in quinto duo viri: quare au
tem iſtud: niſi qꝛ moralis ⁊ contemplatiua
intelligentia: illis magis conuenit qui edi/
ficari querunt: q̄ʒ qui edificare. i. ſubiectis
qui inſtitutoribus indigent: potius q̄ʒ pre
latis? Porro in primo gradu: tertio ⁊ quin
to: virilis ſignificatio neceſſaria eſt: qꝛ ⁊ cō/
iugatus cui conuenit hyſtoria habet ſub di
ſciplina vxorem ⁊ familiā: ⁊ doctor cui cō
uenit tropologica: habet ſub doctrina quā
informet eccleſiam: ⁊ qui egrediens ex hoc
mundo vadit ad patriam eorum quos di/
mittit in ſeculo: incipit quodammodo eſſe
pater. Idcirco autem commixte ſunt intel
ligentie iſte vt ⁊ requies contemplantium
operātiū



operantium ſollicitudine arguatur: ſi forte
aliquando deſidia eſt in cauſa: ⁊ ſollicitudo
operantium in primo ⁊ tertio gradu: con/
templantium otio temperetur. Et de his
pro loco ſatis dictum eſt. Ueniendum ē au
tem ad typicam intelligentiam: cuius eſſe
diximus ſpecies ſeptem: quas miſſi celitus
ſeptem ſpiritus operantur in terram.

## De ſeptē ſpeciebus intelligētie typice.

In prima ſpecie intelligentie typice
Abraam ſignificat pontifices iudeorū.
Agar ſignificat iſraeliticā plebem. Sarra
tribum leui cui conſtitutum eſt viuere de
labore filiorum iſrael. In ſecunda Abraam
ſignificat epiſcopos. Agar eccleſiam layco/
rum. Sarra eccleſiam clericorum. In ter/
tia intelligentia Abraam ſignificat prelatos
cenobiorum. Agar eccleſiam conuerſorū.
Sarra monachorū. Porro vnaqueqꝫ iſta
rum eccleſiarum habet natos ſuos ſimiles
ſibi: eos. ſ. qui inſtituuntur per eas. In quar
ta ſpecie Abraam ſignificat pontifices iu/
deorum ⁊ epiſcopos grecorum. Agar ſina/
gogam iudeorum. Sarra eccleſiam greco/
rum. Unde ⁊ per apoſtolum dicitur. Vir/
tus dei eſt euangelium in ſalutem oī credē
ti: iudeo primum ⁊ greco. In quinta intel
ligentia Abraam ſignificat pontifices iu/
deorum ⁊ epiſcopos latinorum. Agar ſigni
ficat ſinagogam vt ſupra. Sarra eccleſiam
latinorum. Secundum quem intellectum
accipiendum eſt ⁊ illud apoſtoli. Hec enim
ſunt duo teſtamenta: puto autē idcirco vo
luiſſe dicere duplicē eſſe eccleſiam: vt iſti
duo intellectus ad ſimilitudinem formarē
tur: vel potius vt in rebus creatis: creato/
ris ſimilitudo ⁊ perfectum myſterium cō
pleretur. In ſexta intelligentia Abraam ſi
gnificat prelatos ſcđi ⁊ tertij ſtatus. Agar
eccleſiam laborantiū que preſens eſt. Sar
ra eccleſiam quieſcentium que futura eſt
in tertio ſtatu: cum dabitur ſabbatiſmus
populo dei. Neceſſe eſt enim vt tranſeat ſi/
gnificatum petri: ⁊ maneat ſignificatū Jo
annis. Neqꝫ enim quicquid dicitur repro/
bum: ſm totum: reprobū dici poteſt: ſʒ ſm
partem. Alioquin ſi pro eo ꝙ ſinagoga iu/
deorum que in ſeruitute generauit: repro/
bata eſſe dicitur: ſm totum accipiendum
eſt ⁊ non potius (vt ait apoſtolus) ſm par
tem: quid dicemus de patriarchis ⁊ ꝓphe
tis: qui ⁊ ipſi ſm tēpus in ſeruitute genue/
runt? Sed reprobatur precedens quod bo
num ſecundum partem vt ſtatuatur ſubſe
quens quod perfectius eſt: non ꝙ illi q be
ne militauerunt ſm tempus non accipiāt
in regno mercedem ſuā: ſed vt deficiat imi
tatio eorum que bona fuit in tempore ſuo:
quatenus tranſeunte minori bono: ſtatuat
illico quod maius eſt. Ut enim inferamus
aliquid exempli cauſa. Edificanda erat do
mus dei ⁊ decoranda: ere: argento: ⁊ auro:
ita dumtaxat vt primum locum obtineret
in ea: es: ſecundum argentum: tertium au
rum. Hec tria neceſſaria pariter: ſed qꝛ mo
dus impoſitus eſt rebus: ſi hi qui conſue/
uerant offerre es: obtulerunt ad ſufficien/
tiam ⁊ receperunt mercedē ſuam. ⁊ leti re/
mearunt ad propria: quid adhuc querent:
qui veniunt poſt eos: inuitati ad offerēdū
argentum: iterum offerre es: cuius conſu/
matum eſt opus: ⁊ ſabbatizatū ab eo: aut
hi qui ſuccedunt vice tertia offerre iterū
argentum conſumato opere ipſius: ⁊ non
potius aurum ⁊ lapides precioſos: qđ ſuo
loco ⁊ tempore neceſſarium eſt. Nō igit re
probatur es: quod poſitum eſt in templo: ſʒ
reprobata eſt oblatio eris: non oblata in tē
pore ſuo: ⁊ reprobati ſunt offerentes es: a q
bus exigebatur argentum. Nec reprobat
argentum quod poſitum eſt in templo: ſed
neceſſe eſt vt deſinat oblatio eius: ne negli
gatur opus auri: quod in fine neceſſarium
eſt. Hac ꝓ cauſa aptū eſt: vt ſeruitus ⁊ liber
tas ſʒ tēpus ⁊ tēpus accipiende ſint: queʒ
admodum ſi ſeruitus aſcribatur ferro re/
ſpectu eris: eri reſpectu argēti: argēto ēt re
ſpectu auri: nimirum quia vnumquodqꝫ
ſm ꝙ eſt vilius: magis manet in vſu: ⁊ ſm
ꝙ eſt charius: in loco optimo cuſtoditur.

Circa hec enim tria verſant ſm id quod ſi
gnificant ſex ſpecies intelligentie typice q̄
ſupra notate ſunt. Nam tres earuꝫ que pri
me ſunt ſimpliciter ſunt intelligende: vna
queqꝫ in ſtatu ſuo: ita tñ vt ſm plus ⁊ mi/
nus in ſingulis ſtatibus extimetᷣ neceſſaria
oblatio trina: dummodo ſplēdidius ſit es
ſecūdi ſtatus: ⁊ es primi ſplēdidius es tertij
ere ſecūdi. Similiter ⁊ argentū ⁊ aurū: ita
vt non extimetur reprobatū generaliter es
tempore ſecundi aut tertij ſtatus: ſed es pri
mi. Nec argentum generaliter tēpore ter/
tij ſtatus: ſed argentum ſecundi. Ut eni tā
gamus cauſam (abſit) vt in ſecūdo ſtatu di
camus reprobatam vitam coniugalem: in
qua fuerunt primi parentes: ſed reprobata
eſt plane in hac parte imitatio Abrae qui
habuit ſimul duas vxores: ⁊ Jacob qui ha
buit duas ſorores conſobrinas ſuas ⁊ duas
pariter concubinas: ⁊ Dauid qui habuit ſi
mul plures ⁊ vxores ⁊ concubinas ⁊ face/
re libellum repudij: ⁊ ſi quid ſimile. Sꝫ for
te in eccleſia non eſt paſſus apoſtolus: ꝙ ſi
deus infunderet gratiam: imo ⁊ infundit ⁊
infundet plenius preferendum ſit: vt inue
niantur multi in populo chriſtiano qui nō
cauſa libidinis accipiant vxores: ſed cauſa
prolis: habentes vxores quaſi non habētes
vt non voluptate carnis ſed voluptate ſpi
ritus recreentur ⁊ ſeruiāt domino in corde
perfecto? Hoc ſi impoſſibile videtur homi
nibus: ſed non deo. Suſtineant paululum
donec percutiatur babilon: qm̄ precioſior erit
in auro: ⁊ homo: mūdo obrizo. Manet āt
ſeptima ſpecies in qua finis eſt omnium: ⁊
in ipſa ſumma pax: eo ꝙ es argentum ⁊ au
rum complectatur ſimul faciens vnitatē:
vt non ſit ſciſma inter ea: eo ꝙ vnūquodqꝫ
in loco ſuo neceſſarium ſit. Igitur ſm hāc
ſpeciem Abraam patriarcha ſignificat deū
patrem cum omnibus prelatis qui fuerūt
ab initio ſeculi vſqꝫ in finem. Scḋm queꝫ
intellectum in Ancilla deſignatur tota ele
ctoꝝ eccleſia a principio vſqꝫ in finem. In
Libera illa que ſurſum eſt Hyeruſaleꝫ que
eſt mater noſtra. Ut enim in quarto ⁊ quin
to intellectu iungitur eccleſia ſinagoge: in
ſexto eccleſie clericorum: eccleſia monacho
rum: ita in ſeptimo iungitur peregrinanti
eccleſie: illa que ſurſum eſt Hyeruſalem: cu
ius filij: ſunt filij reſurrectionis: ſicut eius
que peregrinatur in terris renati ex aqua
⁊ ſpiritu ſancto. Nec putandū hanc ipſaꝫ
eſſe vitam contemplatiuam que eſt vna de
quinqꝫ: qꝛ aliud eſt conſideratio quam ha/
bent ſancti de illa ciuitate: aliud eſt ipſa ci/
uitas. Ibi enim oſtenditur qualis ſit vita
eorum qui cogitant de illa ciuitate: hic qua
lis ſit ipſa ciuitas: que eſt mater noſtra.

¶ Itē ſm hanc ſpeciem Abraam patriar/
cha ſignificat omnes prelatos ab initio ſe/
culi vſqꝫ in finem. Ancilla ſignificat ſinago
gam cum ea parte eccleſie ſecundi ſtatus:
que pertinet ad Petrum. Libera eam par
tem que pertinet ad ioannem cum tota ec
cleſia tertij ſtatus: que ⁊ ipſa ſimul pertinet
ad ioanneꝫ. Et eniꝫ in primo ſtatu ſola fuit
eccleſia laborantium. In tertio ſola erit ec/
cleſia quieſcentium. In ſecundo pars vna
laborantium eſt. Altera vero quieſcentiuꝫ.

¶ Hec ſunt duodecim intelligentie: que
de trino fonte litere miro modo procedūt:
in quibus finem impoſitum eſſe puto inq/
ſitionibus noſtris: ſi tamen ſufficientes ſu/
mus aſſignare illas: vbi neceſſe ē: qꝛuis ne
mo poſſit eſſe ſufficiens ad minimam iſtaꝝ
per ſe: ſed ſm ꝙ deus diuidit vnicuiqꝫ mē
ſuram gratie tribuens ſingulis put vult.

¶ Aſſignatis autem duodecim intelligē/
tijs in litera veteris teſtamēti: que pari mo
do in litera noui: immo altiori ⁊ nobiliori
modo: iterum atqꝫ iterū aſſignari poſſent.
In Zacharia .ſ. ſacerdote ⁊ vxore eius He/
liſabet ⁊ matre domini ieſu. Supereſt vt ſꝫ
eas quindecim gradus ⁊ decem cordas aſ/
ſignare queramus: ita tamen vt in horum
aſſignatione non attendatur honor: ſꝫ nu/
merus. Non enim dominū gradus in hoc
loco: quia alius alio altior eſt: ſed quia is q
tranſit per illos ⁊ profuit ſe ipſo quottidie
maior fit. Quindecim ſane gradus ſunt: qꝛ
quindecim ſunt modi quibus loquitur ho



mo in diuina ſcriptura: Decem ſunt corde
quia decem ſunt intelligentie: que ſpeciali
ter pertinent ad notitiam dei: ⁊ ad magna
opera eius que operatus ē ⁊ operatur vſqꝫ
in finem ſm conſiliuꝫ voluntatis ſue. Nā
due inferiores que procedunt de litera ad
inſtitutionem vniuſcuiuſqꝫ vt ſupra dixi/
mus pertinere noſcuntur. Per iſtas enim
duas docemur quid agere debeamus: per
illas docemur agnoſcere ea que a deo facta
ſunt. Multum igitur intereſt inter ea que
fecit deus in ſapientia ſua: (inter que ⁊ ipſe
cognoſcitur:) ⁊ ea que vnuſquiſqꝫ noſtruꝫ
facere aut cauere debet (vt viuat). Sicut
multum intereſt inter ignem materialem
qui diuiditur in partes vt detur ſingulis:
⁊ lucem iſtam generalem que illuminat or
bem. Hoc idcirco dico vt notentur diligē/
tius que dicturi ſumus: ⁊ intelligamus al/
titudinem ſacramenti: quod in centūquin
quaginta pſalmis: (de quibus loqui cepi/
mus:) continetur. Siquidem quindecies
quindecim portiones inueniuntur rerum
ſignificantium ſimul ⁊ ſignificatarum: in
quibus quindecim gradus aſſignari que/
ant: ex quibus tamen quinqꝫ ſeorſum a de
cem conſiderande ſunt ratione preſcripta:
vt ſiue per decies quindecim portiones: ſi/
ue per quindecies: decem: ad centeſi/
mum quinquageſimum numerum perue
nire poſſimus.

¶ De quindecim ⁊ quindecim viris ſe/
gregatis in myſterium ſepeſcriptum: ⁊ de
duodecim intellectibus qui procedunt de
trino fonte littere.

Primo itaqꝫ aſſignādi ſūt ipſi gradus
ſm hyſtoriam ⁊ ſm concordiam tri/
um ſtatuum in tribus ſtatibus ipſis qꝛuis
in primo ⁊ ſecundo: eos ſm concordiaꝫ aſ/
ſignare poſſimus: in tertio adhuc nequaq̄ꝫ
qꝛ nec dum peruenimus ad diem ⁊ horam
in qua populus iudeorum cōuertetur ad
deum. Si auteꝫ ſicut tenet opinio. Enoch
⁊ Helyas: (⁊ apud aliquos: Moyſes: ſiue
aliquis alius in ſpiritu Moyſi:) reuelandi
ſunt:) qui melius q̄ꝫ ipſi accipi poſſent in
concordia: Abrae: Iſaac: ⁊ Jacob: ſiue Za/
charie ſacerdotis: Joannis baptiſte ⁊ ho/
minis Chriſti ieſu qui baptizat in ſpiritu?
Conſtat enim ꝙ Enoch pater fuit omniū
filiorum: Noe atqꝫ in hoc ſimilitudinē ha
buit cum Abraam: qui eſt pater omnium
credentium: ⁊ Zacharia patre Joannis ba
ptiſte. Sed ⁊ Moyſes ſimilis fuit Joānis
baptiſte: quia ille in mari: iſte i flumine ba/
ptizauit: vterqꝫ vt preiret euꝫ qui baptizat
in ſpiritu: Helyas quoqꝫ habet ſimilitudi/
nem cum Chriſto ieſu: quia ⁊ Helyas ſup
ignem poteſtatem accepit: ⁊ de Chriſto di/
cit Joannes. Ille vos baptizabit in ſpiritu
ſancto ⁊ igne. Apparuit eniꝫ ſpecies ignis:
quando miſſus eſt ad apoſtolos ſpiritus Joan.
ſanctus. Puto autem ꝙ cum venerit He
lyas: etiam alij atqꝫ alij eligentur a ſpiritu
ſancto qui mittantur predicare euangeliū
regni: ſicut factum eſt in exordio ſecūdi ſta
tus: quando dei filius venit in mundum.
Si autem quindecim homines fuerunt:
Abraam: Iſaac: ⁊ Jacob: ⁊ filij eorum duo
decim. Quindecim Zacharias: ⁊ Joānes
baptiſta: ⁊ homo Chriſtus ieſus: ⁊ apoſto/
li eius duodecim? ſiue eo modo quo dixi/
mus: ſiue alio. In exordio tertij ſtatus qui
decim eorum ſimiles ſunt futuri. Liquet
ꝙ ſm hyſtoriā: tres gradus aſſignari que
unt: quia aliud eſt qḋ factum eſt in primo
ſtatu: aliud quod in ſecundo: aliud quod
in tertio: futurum eſt. In primo itaqꝫ gra/
du accipiendi ſunt ſm literam illi quinde Primus gradus
cim viri de veteri teſtamento. In ſecun/
do quindecim de nouo: inter quos domi/ Secundus gradus.
nus ieſus ad complendam omnem iuſtiti
am: quaſi vnus eorum (ſicut ipſe ſibi teſti/
moniū perhibet:) factus ē. In tertio quin/ Tertius gradus
decim alij qui ſuo tempore reuelādi ſunt:
⁊ ſm ꝙ deus nouit melius i libro ſpūs
ſancti: ſcribendi. In quarto gradu obtinet Quartus gradus.
locum hyſtorica intelligentia: que prima ē
inter duodecim procedentes de fonte lite
re. Eſt autem hyſtoricus intellectus cū ali

quid ſit aut agnoſcitur eſſe factum ad ſimi
litudinem eorum que ordinata ſunt a deo:
vt dum tenetur ſimilitudo: appetantur ⁊
merita. Inde eſt ꝙ ad inſtar duodecim pa
triarcharum ⁊ duodecim apoſtolorũ: ob/
tinuit conſuetudo: vt duodecim monachi
regulares ad nouum monaſterium dirigã
tur: quod beatus etiã Benedictus i duo
decim monaſterijs ſigillatim feciſſe deſcri
bitur. Sed ſi hoc de duodecim ⁊ duodeci
quid de tribus patribus ſentiendum? Nũ
⁊ eorum ſimilitudo dari poteſt? Poteſt in
q̃z: Nam abbas qui preeſt monaſterio: de/
bet epiſco reuerentiam filialẽ. Epiſcopus
patri ſuo qui genuit eum ſm carnem. Sic
enim congruo ſatis myſterio extimantur
ipſi patres: ſi primus eorum laycus eſt. Se
cundus clericus. Tertius monachus. vt
nequis in alterutrum glorietur. Siquidẽ
cũ ſimul agit de tribus patriarchis. Abraã
ſignificat patres carnales in ordine coniu
gatorum. Iſaac epiſcopos in ordine clerico
quitus rum. Iacob quoſcunq; prelatos in ordine
gradus. monachorum. In quinto gradu obtinet lo
cum intelligentia moralis: ſm quã Abraã
ſignificat hominem exteriorem. Iſaac ho/
minem interiorem qui tegit carne. Iacob
liberum voluntatis arbitrium: Quinq; pa
triarche quinq; ſenſus exteriores. Viſus. ſ.
auditus: odoratus: guſtus: ⁊ tactus. Septẽ
reliqui: ſeptem motiones mentis: quibus
mouetur animus ad obtinenda ſeptem do
na ſpiritus ſancti. Sunt enim ipſe ſeptem
motiones quaſi ſeptem quedam aptitudi/
nes: quibus poſſint comprehendi ipſa do/
na: ſm ꝙ oculo capitur lux: ⁊ aure verbũ
⁊ naribus odor: ⁊ gutture cibus. Deniq;
⁊ illi quinque ſenſus exteriores: quaſi que/
nam vaſcula quinq; virtutum ſunt: quo/
niam quidem in tactu horridarum rerum
exercetur humilitas: i guſtu amare potio/
nis ⁊ inſipidi cibi exercetur patientia. In
auditu fides: in viſu ſpes: quia per hoc qđ
videtur: ſperatur quod non videtur. Et in
odore amor: q: nihil eſt qđ ita afficiat men
tem hominis ad amandũ quomodo odor.

bonus ⁊ ſuauis. Inde ẽ ꝙ licet aliqua res
videatur pulchra: licet ſit in ore dulcis ⁊ gu
ſtu delectabilis: ſi tamen fetida eſt: amari
nequit: ſi autem odorifera: etiã ſi deformis
ſit ⁊ amara diligitur. Unde ⁊ in canticis
Cant. ex voce ſponſe dictum eſt. Trahe me poſt
te curremus in odorem vnguentorũ tuo
rum. In ſexto gradu obtinet locum tropo
Sextus gradus. logica intelligentia: que eſt tertia ab hyſto
rica: ſm quam Abraam ſignificat legis pe/
ritum: iſaac ſermonem dei: iacob ſpiritum
intelligentie: duodecim filij: duodecim ſpe
cies ipſius ſpiritualis intellectus. i. quinq;
intelligentias quas ſuperius ſcripſimus ſz
quas ⁊ loquimur iſta ⁊ ⁊ ſeptem intelligẽ/
tias ſpetiales que in precedenti capitulo aſ
Septi. gradus. ſignate ſunt. In ſeptimo gradu obtinet lo
cum intelligentia contemplatiua que quar
ta eſt ab hyſtorica in qua non agitur de ſer
mone qui auditur auribus: ſed de vite per
fectione que mentis oculis infigatur. Ali/
ud eſt enim audire doctrinam apoſtolorũ
aliud conſiderare conuerſationem illorũ.
Secundum hãc igitur intelligentiã Abra
am ſignificat virum ſpiritualẽ: iſaac donũ
ſpiritus ſancti: iacob effectus ipſius doni.
¶ Quamuis hic intellectus ⁊ aliter aſſi/
gnari queat. Et enim q: electi dei: filij om/
nipotentis dei nominantur ⁊ ſunt: ⁊ maxi
me in illa ſuperna patria vbi nõ eſt adhuc
opus ſeruile tam beate quam libere conſti
tuti. Ita quidem in Abraam: Iſaac ⁊ iacob
intelligende ſunt tres perſone deitatis: vt
tamen in duodecim filijs intelligamus illa
centumquadragintaquatuormilia ſignato
rum cum cetera ſanctorum multitudine:
que pertinet ad muros ciuitatis Hyeruſa
lem: maxime cum in eodẽ loco habentur
ſcriptum. Audiui numerum ſignatorũ cẽ/
tumquadragintaquatuormilia ex omni tri
bu filiorum iſrael. Quod autem idem nu/
merus pertineat ad muros ciuitatis in lo/
co alio oſtenditur vbi dicit ioannes. Men
ſus eſt angelus muros ciuitatis centũ qua
dragintaquatuormilia cubitorum: menſu/
ra hominis que eſt angeli. Et ꝙ numerus



duodenarius ſit in cauſa qui diuiditur in
quinq; ⁊ in ſeptem duorum in ſe ſolemni/
um numerorum continet perfectionem:
Paulo ſuperius idem Ioannes intima/
uerat dicens. Menſus eſt ciuitatem de
arundine aurea: per ſtadia duodecim mi
lia. Sed iſte intellectus anagogicus eſt: ⁊
ille quem prius poſuimus ſimiliter anago
gicus eſt: videtur ꝙ plures habeat ſpecies
iſte intellectus ſicut ⁊ typicus. Sed ſcien/
dum eſt ꝙ vnus ⁊ idem intellectus eſt q
vocatur anagogicus: ſed non ſolum deum
tangit: verum etiam plerunq; ſanctos an
gelos ⁊ etiã ſanctorũ animas in illa eter
na patria cõſtitutas. Deniq; ⁊ vltima ſpe/
cies typica intellectus populos trium ſta/
tuum ſimul comprehendit in vnum. Et
tamen ipſa ſpecies vna eſt. Qua in re con/
ſiderare eſt ꝙ ſicut Ioſeph ⁊ duo filij eius
honore patrio ſimiliter p̃diti ſunt: ⁊ tamen
duodecim tribus ſcriptura ſacra ponere
conſueuit: ita ⁊ ſi tria dicuntur quibus aſſi
gnatur intellectus anagogicus: itellectus
ipſe tamen eſt vnus de duodeciz: haud du
bium ꝙ propter ſummam vnitatem que
eſt ibi inter deum ⁊ ſanctos angelos: ſiue
homines: dicente apoſtolo. Qui adheret
deo: vnus ſpiritus eſt cũ eo. Deniq; ⁊ apud
homines: aliud ẽ: eſt tria regna ⁊ tres poſ/
ſeſſiones: aliud plures homines regnare cũ
vno qui preſit oibus in vno regno. Quo/
circa vbi non eſt morum ſiue voluntatum
ſeu etiam poſſeſſionũ temporumq; varie/
tas diuerſitas totum eſt vnum: quicquid
eſt: ⁊ ſi non deſit ibi manſionum diſcretio.
¶ In quinq; patriarchis filijs iacob ſigni
ficatur quinq; dona generalia. i. humili/
tas: patientia: fides: ſpes: ⁊ charitas: de q/
bus in hoc opuſculo ſermo frequens. In
ſeptem reliquis: ſeptem ſpecialia. i. ſeptem
dona ſpiritus ſancti: de quibus ſecundarie
Octa/ locuti ſumus. In octauo gradu qui ceteris
uus gra felicior eſt: obtinet locum anagogica intel/
dus ligentia: que ſuper omnes eſt. Secundum
hanc intelligentiam tres patriarche: ſigni
ficant tres proprietates perſonarum: ſm

quas vnaqueq; perſona intelligitur eſſe p
ſe: ⁊ non eſſe altera. Quinq; patriarche fi/
lij iacob. Quinq; modos quibus dicitur
deus relatiue. Septem alij: ſeptem modos
quibus dicitur deus ad ſe. Oſtenſis autẽ
octo gradibus: qui diſtinguuntur in tres:
⁊ quinq; danda eſt etiam pars ſua alijs ſe/
ptem gradibus: dicente ſcriptura. Da par/
tes ſeptem nec non ⁊ octo. In nono itaq; gradu Nonus gradus
qui eſt primus inter ſeptem: Abraam ſigni
ficat patriarchas. Iſaac pontifices. Iacob
prophetas. Duodecim autem filij Iacob:
duodecim tribus: hoc eſt: quinq; ⁊ ſeptẽ:
ita enim diuiſe ſunt quando acceperũt he/
reditatem. In decimo gradu qui eſt ſecun Deci/mꝰ. gradus
dus inter ſeptem: Abraam ſignificat apo/
ſtolos: Iſaac epiſcopos: Iacob doctores.
Duodecim patriarche qui diſtincti ſunt: i
quinq; ⁊ ſeptem. Quinq; generales eccle
ſias: ⁊ ſeptem alias que ſcripte ſunt in libro
apocalypſis. In vndecimo gradu qui eſt Undecimꝰ gradus
tertius inter ſeptem: nondũ poſſumus aſ
ſignare: niſi forte ex parte: ⁊ hoc ipſum in
enigmate: quia de opere inchoato: ⁊ nec
dum vel in toto vel in maiori parte cõple/
to: non poteſt quis de facili iudicare: etiam
ſi aliqua iudicia eius preſumptionem face/
re videantur: Puto tamen in tribus illis
viris ſignificari: tria genera prelatorum in
ordine nouiſſimorum monachorum ſub re
gula beati Benedicti: quorum aliquos p̃/
ceſſiſſe arbitror: alios ſecutos eſſe: alios in
proximo ſecuturos. Sane vt quinq; tribus Nota
⁊ quinq; eccleſie generales claruerũt a pri/
cipio: ita ⁊ in ordine ciſtercienſi quinq; do
mus prime: aliarum omnium capita facte
ſunt: in quibus pars myſterij huius vide/
tur eſſe completa: quod tamen deus meli/
us nouit: qui facit alia poſt alia in tempori
bus ſuis. Quia vero ſeptem tribus mino/
res in ſenectute Ioſue acceperunt heredi/
tatem: ⁊ poſt obitũ Petri ⁊ Pauli ⁊ alio
rum apoſtolorum: in quorum diebus fun/
date ſunt quinq; prime eccleſie: quarũ vna
que occaſione Auguſti: vocata eſt proceſſu
temporis. Conſtantinopolitana ſub nomi

ne alterius eccleſie fundata fuit a Paulo: ſicut ⁊ alie multe. Septem eccleſie que ſcripte ſunt in Apocalypſi: ſub beato Joanne euangeliſta clariuiſſe noſcuntur: non eſt mirum ſi ſeptem cenobia ſimilia: ſeptem tribuum ⁊ ſeptem eccleſiarum necdum claruerunt in mundo: quia manente adhuc tempore Petri: non poteſt (eo ſuperſtite) ſeras vires (vt ita dixerim) exercere ioannes. Ubi autem pertranſierit quod ſignificat Petrus ſequens deum cum cruce ſua ſuccedet manifeſte quod deſignat Joãnes.

Duodecim⁹ gradus

In duodecimo: ⁊ decimotertio: ⁊ decimo quarto gradu iungendi ſunt ſtatus duo: ⁊ duo: primus. ſ. cum ſecundo: ⁊ hoc bis propter geminam eccleſiam. Et ſecundus cũ tertio: ita plane vt in primo accipiantur ſimul iſrael ⁊ populus Aſie vbi requieuit ioannes. In ſecundo populus iſrael ⁊ populus latinus. In tertio populus latinus: ⁊ populus qui creabitur: quem fecit dominus. In duodecimo ergo gradu accipiendi ſunt in Abraam patriarche ⁊ apoſtoli: in Iſaac pontifices ⁊ epiſcopi: in Jacob pphete ⁊ doctores Grecorum. In quinque filijs quinqꝫ tribus cum quinqꝫ eccleſijs. In ſeptem reliquis ſeptem tribus cum ſeptem eccleſijs. Et bene hoc: quia prima ſeptem tribuum fuit Beniamin: ⁊ Paulus qui fuit de tribu Beniamin: genuit i chriſto filios epheſine eccleſie; que fuit prima inter ſeptem: ita vt tribus Beniamin ⁊ eccleſia Epheſina: vna tribus in ſpiritu eſſe videatur: quod ⁊ de reliquis in ſpiritu ſentiendum eſt.

Decimus tertius gradus

In decimotertio gradu i abraam ⁊ Iſaac ſicut ſupra: in Jacob prophete ⁊ doctores latinorum. Quinqꝫ tribus ⁊ quinque eccleſie ſicut ſupra: ſeptem vero tribus cum ſeptem epiſcopatibus: qui ſpecialiter pertinent ad Romanam eccleſiam.

Decimus quartus gradus

In decimoquarto gradu Abraam ſignificat apoſtolos ⁊ quorundam prelatos cenobiorum. Iſaac ſucceſſores vtrorumqꝫ in ſecũdo gradu. Jacob ſucceſſores in tertio. Porro quinque filij: quinqꝫ eccleſias patriarchales cũ quinqꝫ cenobijs: ſeptem vero reliqui filij: ſeptem eccleſias que fuerunt in Aſia, cum ſeptem monaſterijs circa finez futuris.

Decimus quintus gradus

In quintodecimo gradu qui generalis eſt: eo q colligat in vnum totum genus humanum: Abraam ſignificat prelatos primi ſtatus. Iſaac prelatos ſecundi. Jacob prelatos tertij: quinqꝫ patriarche ſignificant quinque tribus cum quinqꝫ eccleſijs ⁊ quinqꝫ cenobijs Septem reliqui: ſeptem tribus cũ totidem eccleſijs Aſie. ⁊ totidem cenobijs circa finem futuris. Hec de quindecim gradibus breuiter dicta ſunt: vt ſciamus: vel quibus indigeamus bonis: vel que ⁊ qualia donata ſint nobis ab eo qui facit omnia ſecundum conſilium voluntatis ſue.



¶ Dicte rei exemplum.

Aſſignatio trine litere ⁊ duodecim intellectuum

Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem aſſument pennas vt aquile volabunt ⁊ non laborabunt.



¶ De ſignificatione Sarre: Rebecche: ⁊ Rachelis.

INter magna myſteria que dicta ſunt
de q̃ndecim gradibus. Occurrit ali/
quid q̃d nõ ſit pretereundũ ſilentio: ne ali/
quid minus dixiſſe vel aliter q̃z oportuit:
videamur: ſed reddentes ſingula ſingulis
p̃ tres ⁊ duodecim patriarchas: nõ ẽt triũ
illaꝝ magnaꝝ mulieꝝ vxoꝝ triũ patriar/
charum. Sarre. ſ. Rebecche: ⁊ Rachelis:
damus ſignificatũ: maxime cũ vt filios p̃ce
dũt matres: ita tres ille matres fideliũ po/
puloꝝ habeãt tria quedã deſignare p̃ ſingu
los itellectus: q̃ ſunt i ſinglis gradibꝰ. 12.
vt ita dicã filijs p̃ferẽda: Sʒ ad reveniamꝰ
Myſtoria i Sarra: accipiẽda ẽ aliq̃ bõa ma
trona. In Rebecha aliq̃ bona ꝯtinẽs: i Ra
chele aliqua ſanctimonialis. Moraliter in
Sarra accipiẽda eſt bona operatio: in Re/
beccha lectio: i Rachele iubilatio. Tropo
logice: in Sarra litera prioris teſtamẽti: in
Rebeccha noui: in Rachele regula vel i/
ſtitutio monachorũ. Cõtẽplatiue i Sarra
gratia p̃ueniẽs: i Rebeccha grã coop̃ans:
in Rachele grã ꝯſumans. Anagogice: in
Sarra pars illa ſup̃ne ciuitatis q̃ deſignat̃
in vicis iſrael: in Rebeccha pars illa que
deſignatur in ſuburbanis: in Rachele ipſa
ciuitas. Hec de quinqʒ intellectibus: Sar/
re: Rebecche: ⁊ Rachelis. Lya vero ⁊ due
ancille in alijs accipiẽde ſunt ſignificationi
bus. Scdʒ typicã intelligentiã: diſtinguẽ/
da ẽ plebs: p. 14. ⁊. 14. generatiões: (hoc
eſt:) ab Abrãã vſqʒ ad Dauid: ⁊ a Dauid:
vſqʒ ad trãſmigrationẽ babylonis: ⁊ a trã/
ſmigratiõe babylonis vſqʒ ad Xp̃ʒ. In pri
ma diſtinctione: ſignificatũ Sarre: in ſecũ/
da Rebecche: in tertia Rachelis. Similr̃
in ſecũdo ⁊ in tertio ſtatu. Porro in q̃rta ⁊
quinta: ⁊ ſexta ſpecie: duplicanda ſunt tp̃a
ſʒ ꝯcordiã: ſiue tp̃a p̃mi ſtatus ⁊ tp̃a ſcdi: ſi
ue tẽpora ſecundi ⁊ tempora tertij. Uerum
lʒ tm̃ vt ſciat̃: nõ vtrobiqʒ p̃feratur: q̃ infirmi
intellectus portarẽ nõ poſſunt. Sufficit ãt
de ſeptẽ ſpẽbus typice itelligẽtie: ſi q̃ñ agẽ
dũ ẽ tñ inter fratres: aſſignare tres p̃mas:
q̃ p̃tinent ad p̃prietatẽ triũ p̃ſonaꝝ ⁊ vlti/
mã q̃ ſpectat ad vnitatẽ ſbe. Igit̃ in ſeptia
ſpecie Sarra ſignificat totã ſynagogã: non
quo ad reprobos: ſʒ quo ad electos. Rebec
cha totã eccleſiã ſecũdi ſtatꝰ. Rachel ſimi
liter eccleſiã tertij. Et hoc q̃dẽ de myſte/
rijs triũ p̃iaꝝ mulieꝝ: ip̃aꝝ. ſ. ſimul nõ cũ
alijs in ſignificatione aſſumptis. In his ãt
que de quindecim gradibus in typo pſal/
terij dictã ſunt: illud ſũmope notari opʒ q̃
litera quã trinã eſſe diximus: nõ eſt accipi
enda in numero intelligẽtiaꝝ: q: lr̃a ſim/
plex res eſt ⁊ breuis. Intelligẽtie vero ſpi/
rituales h̃nt ſe ad multa. Quapp̃ trina ipſa
litera q̃ eſt fons intelligentiaꝝ: ⁊ ita valẽs
quo ad hoc in ſingulis: queãdmoduʒ ⁊ in
tribus: ſingula. n. plene hʒ intelligẽtias ip/
ſas: haud minus q̃ʒ tres ſimul: ſm̃ q̃ non
minus poteſt vna p̃ſona deitatis: q̃ʒ ſimul
tres: ſegregãda eſt in ſignificatione pſalte/
rij. Nec inequaliter videri debet: vt q̃nde
cim tm̃ p̃ſonas ad eã generalia myſteria d̃
ſignãda: a cetera multitudine fideliũ ſegre
gatas eſſe dicamus: ſiue in exordio p̃mi
ſtatus: ſiue in exordio ſecũdi: ſiue (quod fu
turũ arbitramur:) in exordio tertij: q̃ñ qui
dẽ ꝯſtat: q̃ ⁊ p̃ illos q̃ electi ſunt in princi
pio p̃mi ſtatus populus iſrael ſm̃ carnẽ:
⁊ p̃ iſtos q̃ electi ſunt in principio ſecundi
oĩs populus chriſtianus ſm̃ ſp̃ũʒ diſſemi/
natus ſit: ⁊ nihilominus p̃ illos q̃ vocan/
di ſunt in exordio tertij: vocãdus arbitra/
mur ad fidẽ reliquias iudeoꝝ ⁊ gẽtiũ. Igi
tur trina lr̃a ſegregata a duodecim intelli/
gentijs: in hoc tm̃modo queſtio manet: q̃
corde decem ſunt intelligentie duodecim.
Sed ſciendũ eſt q̃ ſicut duo ſeniores addi
ti ſunt ſeptuaginta: lʒ nõ eſſent de nume/
ro eoꝝ q̃ aſcenderunt in montem: ⁊ ſicut
Barnabas ⁊ Paulus ſup̃additi ſunt duo
decim apoſtolis: ⁊ tamen non p̃tinent ad
numerum duodecim: quos elegerat domi
nus a principio: ita due inferiores intelligẽ
tie: hyſtorice. ſ. ⁊ moralis: addite ſunt cete/
ris intelligentijs: propter eos qui heredita
tem capiunt ſalutis. His autem duabus ſe



gregatis: ad inſtitutionez fidelium: cetere
omnes intelligentie decẽ ſunt: tres. ſ. ſupe
riores: quarũ prima eſt tropologica: ſecũda
contemplatiua: tertia anagogica: ⁊ ſeptem
ſpecies intelligentie typice: de quibus ha/
ctenus tractatũ eſt: ⁊ in ipſis ꝯſumatum ẽ
ſpeciale myſterium: ⁊ tres q̃dẽ earũ ſigni
ficate ſunt in tribus filiabus Job: ſeptem
vero: in ſeptẽ filijs. Unaqueqʒ autem iſtaꝝ
ſicut ſupra oſtenſum eſt: habet quindecim
proportiones: Simul omnes centumquin
quaginta. Et in iſtis quidem decem oſten
Pſal. duntur magna opera dñi exquiſita in om/
nes voluntates eius. In illis autem duabꝰ
que ſup̃addite ſunt: oñditur homini quid
agere debeat: ⁊ quid cauere. Sed ſi decem
intelligentie diſtinguunt̃ a duabus: cũ ita
ſit: duodecim intelligẽtie: quomodo ſunt
duodecim patriarche: ⁊ duodeciʒ apoſtoli:
nunquid nõ duo patriarchaꝝ ⁊ duo apo/
ſtoloꝝ: nõ pertinent ad myſteriuʒ decacor/
di pſalterij: ꝑtinent inq̃ʒ ⁊ ipſi duo: ⁊ alti/
us aliquid p̃e decem ſignificant. Certe ⁊
enim ſuperius dictum eſt: q̃ aliq̃ñ quinqʒ
viri accipiendi ſunt in myſterio trinitatis:
propter quinqʒ modos relationis: ⁊ maxi
me vt principium oñdatur eſſe pater: prin
cipium filius: principiũ ſp̃ũs ſanctus. Nõ
ſi hoc teneri neceſſe eſt: minus q̃ʒ quinde/
cim viri non ſufficerent ad ꝯſumationem
pſalterij. Si enim in Abraam deſignat̃ pa/
ter: in Iſaac filius: in Jacob ſp̃ũs ſanctus.
Et rurſum in Iſaac pater: in Jacob filius:
in Joſeph ſp̃ũs ſanctus: rurſum in Jacob
pater: in Joſeph filius: in Effraiʒ ſp̃ũs ſan
ctus: ſiue vt hic exigit cauſa concordie. In
Jacob pater: in iuda filius: in Joſeph ſpi/
ritus ſcũs: liquet q̃ nõ ſunt niſi decem q̃/
bus ſacrum cordaꝝ myſteriũ oporteat adã
ptari. Quo circa ſi primũ tenere volumus
ſegregandi ſunt a numero alioruʒ. Leui: ⁊
dan. Si ſecundum. Dan ⁊ Joſeph: Si ter
tium Judas ⁊ Joſeph. Nõ eniʒ leui ſegre
gandus ſit aliquando a numero duodeciʒ
nõ eſt queſtio. Nõ autem aliquãdo debeat
pretermitti dan: oſtendit manifeſte Joan/
nes in eo loco vbi ait. Audiui numerum ſi Apoc.
gnatorum ex omni tribu filiorũ iſrael: vbi
cum veniretur ad cauſam: eo pretermiſſo
ſcriptus eſt Manaſſes. Ergo ⁊ in nouo te
ſtamento eodẽ modo accipiendũ eſt aliq̃ñ
myſteriuʒ trinitatis in Chriſto ieſu ⁊ duo
bus magnis apoſtolis: Petro. ſ. ⁊ Joãne:
quatenus in ipſo vero homine Chriſto ie
ſu: accipiamus ſimilitudinẽ patris. In Pe
tro ipſius filij: in Joanne ſp̃ũs ſancti: in re
liquis autem decem apoſtolis: myſteriũ de
ceʒ cordarũ. Uel certe vt in veteri teſtamẽ
to: aliq̃ñ in Beniamin ſimilitudo filij. In
Joſeph ſpiritus ſancti. Ita in nouo: in Ja
cobo ſimilitudo filij: in Joãne ſpiritus ſan
cti: nimirũ q: ⁊ ibi decem emulati ſunt du
os: ⁊ hic ſimiliter decẽ idignati ſunt aliq̃ñ
de duobus. Ut ergo Joſeph ⁊ beniamin fi
lij Rachelis ſegregari fuerunt quodãmo/
do a ſocietate alioꝝ ſm̃ quid: ⁊ ſicut Jaco
bus ⁊ Joannes (neſcio) quã priuatã gloriã
ſeorſum a ceteris poſtulaſſe a domino: viſi
ſunt: ita vt audientes decem indignarent̃
de duobus: ita aliud eſt quod exigit ſimili/
tudo ipſa pſalterij: aliud quod pertinet ad
decem cordas. Si autem Jacobus ⁊ Joã/
nes, accipiendi ſunt hoc modo cũ Chriſto
in ſimilitudinẽ pſalterij: decem vero reli/
qui diſcipuli in ſimilitudinem cordaꝝ ſm̃
q̃ tria ſunt genera doctoꝝ: decem vero in
telligentie p̃tinentes ad decem cordas q̃s
non videat q̃ʒ decẽter ad ſimilitudinẽ dua
rũ illaꝝ itelligẽtiaꝝ q̃ nõ p̃tinẽt ad pſalteri
uʒ: electi ſunt duo nouiſſimi ap̃li extra nu
merũ illũ ſolẽnẽ. 12. ap̃loꝝ. O vere altitu
do ſapiẽ ⁊ ſciẽtie dei: q̃ʒ icõprehẽſibilia ſũt
iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eius. In
mari (inq̃t Dauid:) vie tue dñe ⁊ ſemite
tue in aq̃s multis ⁊ veſtigia tua nõ cogno
ſcent̃. Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ in
manu Moyſi ⁊ Aarõ. Sʒ opʒ nos ſʒ ea q̃
dicta ſunt de q̃nqʒ viris ⁊ trina aſſignatio
ne pſalterij: p̃ more noſtro coaptare figu/
rã: vt adducta imagine ipſa pſal. corã oculis
carnis: ſp̃ũales mẽtis oculi (extra poſito:)
vt ita dixeriʒ:) luto ap̃iant̃ ad intellectũ.

Triplex figura ſeu immago pſalterij dicte rei exemplu͂.






¶ De centumquinquaginta proportioni
bus ſpiritualium intelligentiarum.

NOn fuit propoſiti noſtri intrare per
tot anguſtias viarum dei:⁊ aſſume-
re pennas velut aquile ad cōplenda ea oīa
que dicta ſunt:quia ⁊ plura mihi occurre-
runt in via:que antea neſciebam. Non in-
q͂z ꝓpoſiti noſtri fuit:vt hec de quindeciz
intelligentijs ſeriatim diceremus. Sed q͂
clauem dauid quam habet his qui apit : ⁊
nemo claudit:tetigimus vel ex parte viſi
ſumus aperto hoſtio intraſſe in tabernacu
Apo. lum eius:⁊ perueniſſe vſq͂z ad loca theſau
rorum ſapientie ⁊ ſcientie dei:⁊ tn͂ protuliſ
ſe parum id quod afferre potuimus. Nūc
ergo referentes gratias ei qui electis ⁊ ſeip
ſum libere largit͛ ⁊ ſua:reuertamur ad nos
⁊ electa vna breui ſemita peragamus de re
liquo iter noſtruz:maxime cū in alijs opu
ſculis noſtris:quibus intenti ſumus:gran
dis nobis adhuc reſtat via. De nūero pſal
moruz agere cepimus in hoc ſecūdo libro
ſimul ⁊ propter eum de quindecim gradi-
bus ⁊ decez cordis pro quoꝝ occaſione:ad
cōtemplandaz perfectionē denarij:⁊ quin
denarij numeri(innuente eo qui nos inui
tauit ad conuiuium ſuum)aduolare pſum
pſimus:⁊ vidimus quid ad pſalteriū:quid
ad decem cordas ſeu etiam ad quindecim
gradus pertineat:quemadmodum Jacob
cū duobus filijs ⁊ decez alijs patriarchis:
ſeu etiam homo Chriſtus ieſus cum duo-
bus diſcipulis ⁊ reliquis decem apoſtolis:
habeant in ſe:pſis:huius plenitudinem ſa-
cramenti:vt ipſi quoq͂z videantur eſſe qua
ſi quoddā ſpirituale pſalterium ad vniuer
ſa que diximus deſignāda:iuxta illud pſal
Pſal. miſte. Surge gloria mea:ſurge pſalteriū ⁊c.
Nunc conſiderare libet. Utrū centūquin-
quaginta proportiones que ꝯtinent͛ ſub in
tellectibus iſtis:ſm̄ numerum q̄ndeciz vi
rorum q dati ſunt in exordijs duoꝝ teſta-
mentoꝝ ad tā magnū myſteriū deſignādū
inter quos ⁊ homo Chriſtus ieſus:q nō de
ſpexit fieri omnia ad cōfundendā arrogā-
tiā ꝯtumatie noſtre:ꝑtineant ad quindeci
gradus:⁊ ſi ita eſt:que ſit cauſa taz archani
tamq͂z venerandi myſterij. Qđ autem ita
ſit ſatis eſt ad modum digeſtū in ſupraſcri
ptis. Si enim decem ſunt intelligentie per
tinentes ad pſalterium ⁊ vnaqueq͂z recipit
ſingulum per ſingulum ipſius de quo agi
tur teſtimonium:non poſſunt decem ipſe
intelligentie non oſtendere centūquinqua
ginta proportiones:quibus ⁊ quindeciz ꝑ
ſone aſſumpte ſunt i cauſa myſterij. Et.n.
ſi de tropologica agit͛:quindecim ꝓportio-
nes habere ꝯſtat. Si de cōtemplatiua ſimi-
liter:⁊ ſic de ceteris. Ita tn͂ vt magis tres
mulieres vxores patriarchaꝝ:q͂z ipſi aſſu
mantur ad completionem huius nume-
ri:vt videantur duodecim ⁊ duodeciz: ve
lud a matribus generari. Uerbi grā. Tro-
pologica intelligentia hz quindecim pro-
portiones:harum tres que conſtant in lite
ra vtriuſq͂z teſtamēti:⁊ myſterijs eccleſie:
ſignantur in Sarra: Rebeccha: ⁊ Rache
le. Duodeciz vero intelligentie intellectus
ſpiritualis in duodeciz filijs. Et nota ꝙ li
tera q̄ſi muliebris res eſſe videt͛: q͂ īfirma:
ſpūales vero intellectus viridē magis req
rūt aīuz:⁊ fidei integritate robuſtū. Cauſa
vero myſterij:illa eſt qua nūerus iſte q ex
tribus ꝯſtat iubileis:q̄daz occultiſſima dei
arte:pene vniuerſa cōplectit͛. Quo circa ſi
plenitudinē cauſe ꝓ dono oīpotentis dei:
aſſignare ꝯtendimus:facere id neq͂q͂z poſ-
ſumus:ſi cauſaꝝ diuerſitas dat͛ obliuioni.
Qđ.n.pſalteriū hz decē cordas:illud cā ē
qđ due.12.intelligētie:neq͂q͂z ꝑtinent ad
gaudiū pſalmoꝝ:ſz magis:ad penitētie lu-
ctū q ꝓponēda eſt neophitis:⁊ nup de va
nitate ſeculi ꝯuerſis: Qđ āt.15.ſunt gra-
dus quoꝝ ꝓpria cātica hn̄tur:(vt iā dixi-
mus:)in libro pſalmoꝝ:⁊ ꝙ ſz eundez gra
duū numerū.15.noiatos viros accepim⁹
ad ſacrū miſteriū intimādū:illud cauſe ē:
ꝙ vnaqueq͂z res cui iminet hoc myſteriū:
ita vſq͂z ad quindenariū numerū pōt in iā
dictis intellectibus ꝓpagari : vt vltra eū-
dem terminum non ꝓcedat. Uerbi gratia.
Moyſes ⁊ Aaron eduxerunt filios Iſrael

de terra egypti. Secūdū ꝯcordiā reqrunt
duos in principio ſecūdi ſtatus: ⁊ duos in
principio tertij. In pricipio ſecūdi ſtatus:
Paulū ⁊ Barnabā q̄ ꝓceſſerūt fideles ꝑ/
dicādo: vt oſtēderēt eis viā q̄ relicta ſinago
ga: intrarēt ad deſerta gētiliū. In principio
tertij ſtatus cognoſcet in tpe ſuo. Ecce ha
bemus tres gradus hyſtorice Moyſes: ⁊
Aarō ſignificāt aliquos viros fideles q̄ cō
Pſal. uenerūt in vnū: ⁊ dāt opaꝫ liberare inopē d̄
manu fortioris eius. e. ⁊. pa. adi. eū. Mora/
liter aarō ſignificat bn̄ opantē. Moyſes vi
rū morigeratū orōni. inſtātē: q̄ q̄ſi duo fres
boni dū bn̄ ꝯueniūt ſibi i actione ⁊ orōne li
berāt affectiones animi a ꝑtāte vitiorū ⁊
amouēt illas a carnalib⁹ deſiderijs q̄ mili
tāt aduerſus aiaꝫ: ⁊ p aſpaꝫ viā q̄ ducit ad
vitā: ꝑducūt illas ad trāqllitatē mētis. Tro
pologice Moyſes ſignificat doctorē ſpūa/
lē: Aarō virū ſcolaſticū hn̄teꝫ linguā erudi
tā. Qui duo dū ſibi ꝯueniūt in vinculo pa
cis: vt qd̄ vnus intelligit: alter loquat̄: eri/
piūt ſpūales intellectus: ⁊ eos qbus datuꝫ
ē poſſe capere a ꝑtāte hereſuꝫ: ⁊ p multos
ſcribēdi labores ꝑducūt illos ad notitiā ve
ritatis. Cōtēplatiue Moyſes ⁊ Aarō ſigni
ficāt duos aliquos ſpūales viros degētes i
ſolitudine: quales fuerūt Helyas ⁊ Helyſe
us: quoꝝ vnū amor dei rapiebat ad aſtra:
alteꝝ amor ꝓximi cōpellebat ꝑeſſe multitu
dini filioꝝ ꝓphetaꝝ. Quaſi. n. vita Moy
ſi ꝑtinere viſa ē ad amorē dei: vita Aarō ad
amorē ꝓximi: q2 alter eoꝝ intēdebat ad di
uina: alter ad humana. Porro hec duo da
ta liberāt ſpūales viros iſrael gerētes i va/
ſculis cordiū virtutes ſpūales: a ſeruitute
egyptioꝝ: vt non p adulationes ⁊ fauores
humanos pereāt inter homines ſeculares
ſed potius trahant̄ in ſolitudines mona/
ſterioꝝ: vt ibi exerceant virtutes ſuas: vbi
ſolus amor dei ⁊ religioſoꝝ fratrū charitas
ē in cauſa: ſine qua (teſte apl̄o) ocioſa ſunt i
oī hn̄te quecunqꝫ alia ſint dona ſpūs ſcti.
Scientes qm̄ qui ſic pugnant cōtra vitia
cito ꝯſequunt̄ p2mium pacis. Et notādū
ꝙ in morali itellectu agit̄ de pugna corpo
ralium vitioꝝ. In tropologica de pugna
hereſum. In contemplatiua: de pugna ſpi
ritualium impugnationum diaboli. Et il
la quidem pugna que pertinet ad moraleꝫ
deſignata eſt in tranſitu maris rubri: illa
que pertinet ad tropologicum in tempta/
tione deſerti: que autem ad contemplati/
uum deſignātur in acerrimis bellis Phy/
liſtinorum. Secundum anagogen Aaron
q̄ interpretatur mons fortitudinis: ſigni/
ficat filium: Moyſes ſpiritum ſanctum:
filij iſrael qui erant in egypto ſignificant fi
lios ſpiritus ſancti: qui ſunt in hoc mūdo
⁊ affliguntur ab his qui nati ſunt ſm̄ car/
nem: liberant autem eos ab egyptijs: ⁊ p
aſpera heremi ducunt ad terraꝫ promiſſio
nis: quia per mortem ⁊ ignem purgatori/
um perducunt ad requieꝫ. Hec de quinqꝫ
intellectibus. Quid de ſeptem?

## De ſeptem intellectibus ſpiritualibus. Prima ſpecies

In ꝑma ſpecie typici itellectus moy
ſes ſignificat prophetas: Aarō ſacer
dotes. Egyptus multitudinem carnaliuꝫ
iudeorum qui zelabant legem ſm̄ literam:
⁊ ſacrificia que ſe dominus deteſtari fatet̄.
Filij iſrael viros ſpirituales quales erant il
li qui morabantur in Bethel ⁊ Jerico: q̄
quidē ad exempla ⁊ admonitionē Helye
⁊ Helyſei diſcedentes a conſortio carnalis
ſynagoge aſpirabāt totis viribus ad ſocie/
tatē iuſtoꝝ. In ſecūda ſpecie Aarō ſignifi/ Secunda ſpecies
cat ſacerdotes eccleſie: Moyſes doctores:
filij iſrael q̄ ad vocē Moyſi ⁊ Aarō reliq̄/
rūt egyptū: ⁊ itrauerūt in deſertū: deſignāt
illos pios xp̄ianos q̄ relicta voluptate car
nis: ꝯferūt ſe ad ꝯſortiū canonicoꝝ regula
riū: qbus eſt votū viuere in caſtitate ⁊ ab/
ſtinere ſe a carnalibus ꝯcupiſcētijs q̄ mili/
tāt aduerſus aiaꝫ. In tertia ſpecie moyſes Tertia ſpecies
ſignificat viros ꝯtēplatores: Aarō quoſdā
ſpirituales abbates ꝑtinētes quidē ad ter
tiū ſtatū: ſed nō exptes a labore ſecundi. i.
illos ꝯtemplatores ⁊ abbates qui ſunt vel
erūt velut in itenere intrandi in tertium



ſtatū: ſicut erāt apl̄i in introitu ſcd̄i. Filij āt
iſrael q̄ tranſeūt in deſertū: ſunt illi fideles
q̄ ꝓuocati monitis ⁊ exēplis ſpiritualium
patrū: relicta vanitate ſeculi igrediunt̄ mo
naſteria. Reliquę tres ſpecies fiūt p coadu
nationem: ſicut ſupra diximus cū ageretur
Septi. ſpecies de Ancilla ⁊ Libera: ita vt in Aaron acci/
piant̄ priores: in Moyſe iuniores. In ſepti
ma ſpecie Aaron ſignificat pōtifices iudeo
rū: epiſcopos ⁊ abbates primi ⁊ ſcd̄i ſtat⁹.
Moyſes prophetas ⁊ doctores ⁊ ꝯtempla
tores ſimr̄ primi ⁊ ſcd̄i ſtatus. Filij iſrael q̄
relicta egypto trāſeūt p deſertū ituri i ter
rā ꝓmiſſionis: deſignant oēs electos vtri/
uſqꝫ ſtatus qui p ſucceſſionē itraturi ſunt
in illā parteꝫ que erit in tertio ſtatu: vt ha/
beant plenarie qd̄ in primo ⁊ in ſcd̄o ſtatu
aliqui guſtauerūt ſm̄ partē. Uerū hoc nos
dicere coegit ꝑfectio quindenarij numeri:
vt ſciremus que cauſa ſit: vt ex tribus ma/
gnis patriarchis duodeciꝫ viros: ⁊ ex eis
oē ſemen iſrael: is q̄ fecit oīa ſm̄ ꝯſiliū vo/
luntatis ſue: ac ſi ex qbuſdā fontibus deri/
uare voluerit: ita vt ſm̄ ꝙ duodeciꝫ fuere
patriarche: ita ſint nihilominus ⁊ duode/
cim tribus. Qui. n. poſſet numerare multi
tudinē filioꝝ iſrael: poſſet dinumerare ver
ba que de taꝫ multiplicibus rebus: ſub qua
libet duodecim intelligentiaꝝ: ꝓcedūt di/
Pſal. cēte de hoc ipſo Dauid. Magnus dn̄s no
ſter ⁊ magna virtus eius ⁊ ſapientie eius
nō eſt numerus. At ne qs putet non ēe ge
nerale qd̄ dicimus de intelligētijs iſtis: ali
ud quoqꝫ ꝓducemus exemplū. Precepit
deus filijs iſrael ſeruare ſabbatuꝫ ſingulis
hebdomadis: ſꝫ quē ritū: etiā ſeptimū mē
ſeꝫ ⁊ ſeptimū annū cuſtodiri precepit. Ar/
bitror auteꝫ ꝙ idcirco regem ſabbati iſmē
ſe ⁊ anno ſeptimo obſeruādū mādauit: q2
hoc cerimoniale mandatū ſm̄ ſupficiem li
tere: nec ſecūdus nec terti⁹ recepit ſtatus:
nimirū q2 nō illa ꝑtinēt ad ꝯcordiā: que in
iūcta fuerūt filijs iſrael: ſꝫ illa que facta ſūt
a dn̄o in tpibus ſuis: q̄uis ⁊ i populo xp̄ia
nō reputent̄ in ſabbata dies feſti: ⁊ in ordi
ne monaſtico: hore qbus vacāt monachi
lectioni. Igit̄ trinitas litere: vel eo vel iſto
modo accipiat̄. Uerumtn̄ ſm̄ ꝯcordiā: ſab/
batum habuerūt filij iſrael: cū intrarēt ter
raꝫ ꝓmiſſionis. Sabbatū habuerūt xp̄iani
cū data fuit pax eccleſie: in diebus ſancti io
annis euangeliſte. Sabbatū habituri ſunt
adhuc fideles: cū ꝯſumato labore ꝑdicatio
nis ſue: dabit̄ eis pax a laboribus ſuis. Sa/
ne ſm̄ hyſtoricā intelligentiā: diem mēſeꝫ
vel annū ſeptimū ſeruare: ē aliqn̄ feriari ab
actionibus mūdi: vt ſalteꝫ in diebus feſtis
vatent q̄ dicunt̄ xp̄iani: pſalmis ⁊ medita
tionibus diuinis. Secundū moralē intelle
ctū: ille optime ſeruat ſabbatū q̄ relicta va/
nitate ſeculi ꝯuertit ſe penitus ad ſeruitiū
dei. Porro ſm̄ tropologicā ſabbatū ſerua/
re eſt ceſſare ab obſeruatione legis ſm̄ lite
rā: ⁊ ſeruare legeꝫ: ſm̄ ſpiritū: vbi enim ſpi
ritus dei ibi libertas. Cōtemplatiue autēꝫ
ſabbatizare eſt de ꝑfectione vite laborioſe:
tranſire ad vitā ocioſam. Anagogice vero
ille ſabbatizat q̄ ſolutus mole carnis rege
ſcit in pace. Hec de quinqꝫ itelligētijs. In
prima ſpecie intelligentie typice: ſabbatuꝫ
habuerūt filij iſrael: qn̄ abolita ſeruitute le
gis: acceperūt ſpiritū adoptionis. In ſecū
da ſpecie ſabbatizabūt xp̄iani cū ꝯſumato
labore huius ſecūdi ſtatus quē ſuſtinēt ele
cti pp verbū crucis: rebelles quoqꝫ iudei
ꝯuertent̄ ad deū. In ſabbatū habebunt hi
q̄ in fine ſeculi ꝯuertent̄ ad deū: cū ꝯſuma
tis vniuerſis ꝑſecutionibus ſathane: dabit̄
pax in toto orbe terraꝝ. Puto āt ꝙ pp ea
erit in ſexto tpe duplex tribulatio: ⁊ reges
poſt ꝑmā: ⁊ reges poſt ſecūdā: vt q̄ſi duo
gomor colligant̄ i ſexto die ad ꝯſumationē
myſterioꝝ: ne iteꝝ laborare cogerēt̄ in ſab
bato. Erit ergo ſecūdū ſabbatū poſt ſextaꝫ
tribulationeꝫ: que fiet p gentes infideles i
tpe ſexto. Tertiū poſt aliā tribulationē que
ſequet̄ ſub eodē tpe ſexto: ⁊ durabit (vt pu
tat̄:) in ſexſenis menſibus aut ſeptenis. De
quo vꝫ tertio ſabbato: videt̄ dicere ſcriptu
ra. Erit menſis ex mēſe ⁊ ſabbatum ex ſab/
bato. Hāc poſterius tribulationis ſenariā:
(vt ita dixerim) fatigationem deſignauit la

